BIBLIOTHÈQUE DE LA REVUE D'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE

FASC. 10

Statuta Capitulorum Generalium Ordinis Cisterciensis

AB ANNO 1116 AD ANNUM 1786

Quae ex libris praesertim manu scriptis collegit, recognovit, annotatione critica enodationibusque instruxit et

EDIDIT

D. Josephus-M^ia^ CANIVEZ

ORD. CIST. REF.

TOMUS II

AB ANNO 1221 AD ANNUM 1261

1221 — 1261

BIBLIOTHECA DOMUS GENERALITIAE S. ORDINIS CISTERCIENSIS

Dr. P. M. QUATEMBER, S. o. Cist

ROMA, V. Giacomo Medici 3.

LOUVAIN

BUREAUX DE LA REVUE

40, RUE DE NAMUR, 40

1934

1134 - 1934

PATRI

VENERABILI

SANCTO STEPHANO HARDING

CISTERCII ABBATI TERTIO

INSIGNI CHARITATIS CHARTA

CAPITULORUM GENERALIUM

ALMO IMPULSORI

BEATAE MORTIS

IN HOC OCTINGENTESIMO ANNIVERSARIO

REVERENTER PIE AMANTER

FILIUS

INTRODUCTIO

De momento et utilitate textuum infra edendorum nihil dicendum relinquitur. Haec enim cum in *Introductione* ad tomum priorem tum in eiusdem tomi recensionibus iterum atque iterum satis sunt tractata [1].

Quod ad secundum tomum attinet, cui statuta anni 1221 usque ad annum 1261 insunt, materiam nunc primum editam ampliorem quam in priore collectam esse videbitur. Quod ut luce clarius appareat, collatio inter domni Martène *Thesaurum* [2] et praesentem collectionem confestim instituatur.

Anni	Statutorum numerus	
	apud Martène (*M*)	in hac nostra editione
1229	8	47
1236	13	67
1243	14	70
1244	12	68
1246	10	65
1251	11	75
1257	7	52

Complures enim per illos annos tam monachorum quam monialium abbatiae conditae sunt, quarum temporis et personarum circumstantiae, maxima quidem cum sollicitudine sed saepe in vanum ab historiographis quaesitae, nunc tandem in nostris statutis reperiuntur.

Dolendum est sane haec historiae elementa non integra ad nos

---

[1] Cf. Rm. Dom. B. Capelle, in periodico *Recherches de théologie ancienne et médiévale*, Louvain, t. VI (1934), p. 114 ; R. P. E. de Moreau, in periodico *Revue d'histoire ecclésiastique*, Louvain, t. XXX (1934), p. 136.

[2] *Thesaurus novus anecdotorum...*, Paris, 1717, t. IV, col. 1350 sq.

pervenisse. Fuliensis enim monachus (c. 1666), unicus transcriptor integri primi registri cisterciensis [1] ea nobis sub forma haud accurata tradidit, cum multis in locis scripturam saeculi XIII registri legere nesciverit, eaque causa personarum et locorum nomina non transcripserit [2]. Alio in loco eadem mutavit ita ut talia proponeret: Lingensi, Jutoria, Lutra, Mitrebor, Horlesporne, Hanslesporne, Stanlbero, Sine Awua, Anlicorne, Albrune, Rilquescede, Haldusfinden, Hasprogne, etc.

Partes tamen editoris textuum in eorum fidelissima transcriptione esse debent, ut ita unusquisque lector suam propriam interpretationem proponere ac praeferre possit. Nil mirum ergo si in eodem anno, imo in eodem decreto [3], idem verbum dissimili sub forma legitur.

Ut tales a fuliensi transcriptore (P^1) propositae ambages solverentur, sequenti ratione usi sumus.

Verba de quibus quaestio habetur, quamquam maxime corrupta, semper quodammodo, etsi tenue, primam et veram originem conservant ; unde verbum ex integro restituere licet.

Insuper e codicis fuliensis (P^1) lectione manifeste apparet monachum nostrum indiscriminatim litteram « n » pro littera « v », et vice versa ponere. Quae est via ad enodanda aliquando dubia. Exemplum sit Anneria, p. 183 ; legere debemus Avveria, seu Awiria, i. e. Aywières in Brabantia Belgii [4] ; Herynado, p. 179, pro Heryvado ; Canas, p. 284, pro Cava ; Renebi, p. 308 ; pro Revebi ; Pipnella, p. 403, pro Pipvella, Pipwella ; etc. Aliis in locis, non quod legit, sed potius quod audivit, videtur transcripsisse ; sic Bildoas, p. 10, pro Bildwas ; Cithi, p. 110, pro Sittich ; Deutiquen, p. 156, pro Wettingen ; Albrune, p. 414, pro Heilsbronn, etc.

Tutior et frequentior vere via fuit ad citatorum monasteriorum examen topographicum confugere. Querela, inter abbates orta, duobus vel tribus committitur abbatibus, qui a Capitulo generali legati semper eadem e regione assumuntur ; saepissime litigantes vicini sunt. Exceptionis, quamvis rarissimae, ratio in paternitatis vel filiationis relatione statim apparet, sic, v. g.

---

[1] Cf. de eo dicta in nostri primi tomi, *Introductione*, p. XIII et sq.

[2] Cf. ann. 1243, n° 26 ; 1244, n° 53, 56 ; 1245, n° 19 ; 1249, n° 39.

[3] Cf. ann. 1222, n° 19, 39 ; 1231, n° 25 ; 1235, n° 31.

[4] Cf. p. 196, 197, Averia ; p. ~~202~~ 198, Aneriis.

abbas de Aceyo in Burgundia saepe ad Hungariae abbatias missus est, quia ipse Pilisii abbatiae, e qua aliae oriuntur, pater est [1].

Item, locus in quo monasterium condendum est, semper a vicinis abbatibus inspicitur, quia illi id officium minori cum sumptu peragere possunt, illorumque novum monasterium maxime interest [2].

Si inter plures a Capitulo generali legatos, quidam suum nomen certe ac facile prodit, eius patria ac dioecesis maxima cum cura perquirendae sunt ut aliorum nominum quoque sensus aperiatur. Exempla sint Wagtejnejo, p. 150, pro Wettingen ; Koofort, p. 163, pro Rufford ; Famelisborne, p. 184, pro Almelunxborn ; Warnesuile, p. 191, pro Werschweiler ; Hines, p. 223, pro Iniscourcey ; Linguonniensis, ibid., pro Lincolniensis ; Suerre, p. 262, pro Swettl ; Mitrebor, p. 283, pro Otterberg ; Stanlbero, p. 366, pro Steinen in der Au ; Anlicorne, p. 381, pro Aberconwey ; Coberbuch, p. 460, pro Otterberg ; S. Vagio, p. 482, pro S. Sergio.

Iam primo in tomo saepe ad praeclarum Janauschek opus *Origines cistercienses* referebatur, ubi fontes ac bibliographia invenientur. Cistercium tamen et quatuor primas eius abbatias filias, nempe Firmitatem, Pontiniacum, Claramvallem et Morimundum frequentiorem propter mentionem notare omisimus.

Cum vero pro monialium abbatiis opere simili careamus, ad quosdam auctores recurrere oportet : pro Gallia et Belgio, citatur *Gallia christiana* (nova) ; pro Anglia Dugdale, *Monasticum anglicanum*, Londini, 1817, 8 vol. ; pro Germania, D. Huemer, *Verzeichnis der deutschen Cisterzienserinnenklöster*, editum in periodico *Studien und Mitteilungen zur Geschichte des Benediktiner-Ordens und seiner Zweige*, t. XXXVII (1916), p. 1-47 ; pro aliis regionibus citatur etiam D. Gaillemin, *Status generalis abbatiarum, prioratuum, monasteriorum in quibus Deo militant filii aut filiae S. Bernardi ordinis cisterciensis*, Lerinae, 1894.

Multi quoque monasteriorum cisterciensium codices manuscripti seriem seu generationem exhibentes, citandi essent, qui tum in publicis tum in privatis bibliothecis asservantur. Quorum quadraginta et amplius, quibus ad suum supra laudatum conficiendum opus usus est, iam recenset Janauschek. Plures alios,

---

[1] Cf. ann. 1222, n° 25 ; 1233, n° 52 ; 1234, n° 20 ; 1235, n° 53.

[2] Cf. *Statutorum prima collectio*, ann. 1134, n° XXXII ; ann. 1152, n° 1 ; t. I, p. 20, 45.

qui speciatim monialium enumerant monasteria simul cum conditus temporis et patriae dioecesisque indicatione, in manibus habuimus. Sed inter omnes ms. 925 bibliothecae dictae de l'Arsenal saepe citavimus, quia alius iam editus fons quem facilius lector consulere possit, adhuc deest.

SERIES FONTIUM MSS CUM SUIS SIGLIS

Hic illos tantum recensemus codices qui ad praesentem tomum contexendum aliquid contulerunt ; cf. t. I, p. XVII-XXIII ubi uberior habetur enumeratio et annotatio.

CODEX ABBATISVILLAE.

Ms. 28 (XVIII° s.) duo statuta annorum 1240 et 1256, deinde **A1**
compilationem anni 1289 continet.

CODEX CAMBERONENSIS.

Ms. e Camberonensi abbatia, in Hannonia Belgii, membranaceum scriptum in prima parte XIII^{i} saeculi ; continet fol. 100^{r} et **C1**
seq. Statuta capitulorum generalium ab anno 1204 ad annum 1234. Hodie asservatur in Montibus Hannoniae, in publica bibliotheca sub n° 31/192.

CODICES DIVIONENSES.

Ms. 615 (363), XVIII° saeculo confectum ad monialium usum, **D1**
titulum habet : *Les statuts de l'ordre de Cîteaux pour le gouvernement des religieuses qui en suivent l'institut.* Pauca tantum excerpta continet ab anno 1203 usque ad annum 1738 et in gallicam linguam translata.

Ms. 601 (354) membranac. saec. XII^{i} et XIII^{i} ineuntis. Fol. 159 **D3**
sq. leguntur « Diffinitiones capituli generalis » quae sunt anni 1182 et sq. ad annum 1220.

CODEX HISPANIENSIS.

Ex antiqua hispaniensi abbatia Matallanensi, ord. cister., nunc **H**
asservatus in bibliotheca monasterii Sancti Isidori de Dueñas,

ord. cisterc. in Hispania ; saeculo XII° et XIII° conscriptus, statuta continet annorum 1174 ad 1242, nonnullis tamen omissis.

CODEX LUCERNENSIS.

Tomus I tantum citatur ex octo qui hodie in Archivo Status Lucernae asservantur sub n° 544. In hoc tomo leguntur :

L1 p. 1 ad 290 : « Definitiones ab anno 1157 ad annum 1282 ».

L2 p. 291 ad 465 : « Extractum ex registro capitulorum generalium sacri ordinis cisterciensis ex anno 1190 ad 1266 inclusive ».

L1 Post p. 465, paginatio nova : « Capitula generalia ordinis cisterciensis ab anno 1387 ad annum 1405 ».

CODICES PARISINI.

P1 Ms. 926 (27 H. L.) bibliothecae dictae de l'Arsenal. Titulum habet : « Registrum capitulorum generalium ordinis cisterciensis, ab anno 1190 usque ad annum 1282 ».

P3 Ms. 783 (40 J. L.) eiusdem bibliothecae ; titulum prae se fert : « Excerptum ex quibusdam antiquis capitulis cisterciensibus, ab anno 1190 usque ad annum 1220. » Deinde p. 89 : Capitulum anni 1419 ; p. 361 : Statuta annorum 1601 ad 1651.

P4 Ms. 785 (40 J. L.) eiusdem bibliothecae, quod inter alia continet : « Definitiones capituli generalis Ordinis Cisterciensis, quae conditae fuerunt ab anno quinto post obitum B. Bernardi, id est ab anno 1157 usque ad annum 1201 ». Deinde « Definitiones aliquorum capitulorum generalium ordinis nostri, anno Domini 1207. Ex manuscripto Cheminionis ». Re vera statuta annorum 1207 ad 1233 continet.

P10 Ms. 1758 (2421) bibliothecae Mazarinae ; titulum habet : « Excerptum ex primo registro capitulorum generalium Cisterciensium ab anno 1190 usque ad annum 1282. »

CODEX LONDINENSIS.

Q Ms. 11294 Musaei Britannici saeculo XIII° exaratum, statuta anni 1257 ad annum 1288 refert ; edita fuerunt a J. T. Fowler, Londini, 1890.

CODEX PICTAVIENSIS.

R2 Ms. 128 (302) Pictaviensis bibliothecae, ex antiqua abbatia

cisterc. de Stella, saeculo XIII° confectum, fol. 54 statuta annorum 1260 ad 1264 refert.

CODICES TRECENSES.

Ms. 1285 Trecensis bibliothecae publicae, XVII° saeculo exaratum et referens : « Statuta capitulorum generalium ab anno 1180 usque ad annum 1651. » **T3**

Ms. 1309 eiusdem bibliothecae saeculo XIII° confectum et decreta capitulorum annorum 1207 ad 1233 conservat. **T4**

Ms. 1796 eiusdem bibliothecae saeculo XVII° confectum, et cui titulus : « Variae ordinationes seu decreta capitulorum generalium cisterc. ord. extracta ex antiquioribus manuscriptis in archivis asservatis ». Incipit cum anno 1221 et pergit ad annum 1699, multis tamen intermediis annis deficientibus. **T5**

CODEX VINDOBONENSIS.

Ms. 304 (2234) bibliothecae imperialis Vindobonensis, statuta annorum ab 1258 ad 1350 refert. **V**

CODEX MATRITENSIS.

Ms. B. 166 bibliothecae nationalis Matritensis, statuta annorum 1236 et 1237 conservat. **X**

CODEX AUGIENSIS.

Ms. inter annos 1787 et 1788 exaratum a D. Victore Frey, Maris Stellae (Wettingen) monacho et priore († 1818) ; vol. in-fol. 609 paginis constans, hodie in monasterio Augiae Maioris prope Brigantium (Bregenz) asservatur. Voluminis titulus et eius partes leguntur fol. 5° : **Y**

« 1. Ex Martène ab anno 1133 (ms. 133) usque ad 1190.

2. Ab anno 1190 usque ad annum 1403 inclusive ex vetustissimo codice ms. archivi Salem.

3. Ab anno 1403 usque ad annum 1738 denique ex originalibus et copiis authenticis transumpta. »

In 1_a et 2^a parte istius collectionis nimia deprehenditur egestas in citatis statutis ; saeculo tantum XVI° uberior habetur transcriptio.

CODEX MEDIOLANENSIS.

Z Ms. bibliothecae Ambrosianae sub signo Z, 71 superior, statuta annorum 1259 ad 1271, et 1290 ad 1313 continet ; sed sunt potius compilationes.

COLLECTIONES EDITAE.

Illas tantum hic notamus Collectiones quibus ad hunc secundum tomum conficiendum usi sumus.

M *Thesaurus Anecdotorum* a Domno Edm. Martène et D. Urs. Durand, Parisiis, 1715, tomus IV, col. 1243 ad 1646 continet : « Statuta selecta capitulorum generalium ordinis Cisterciensis ex variis codicibus manuscriptis. »

Q *Cistercians statutes* (1257-1288) edited by the Rev. J. T. Fowler London, 1890 (Reprinted from *The Yorkshire Archeological Journal*).

W Franz Winter in libro suo : *Die Cistercienser des nordöstlichen Deutschlands*, Gotha, 1868-1871, sub fine tertii tomi, p. 100-354, publici iuris fecit paucas quasdam definitiones capituli generalis cisterciensis ab anno 1182 ad annum 1351 quae, ut plurimum, ad abbatias Germaniae partium spectant.

SERIES AUCTORUM SAEPIUS CITATORUM

ASS *Acta Sanctorum*, edit. Palmé.

AC A. MANRIQUE, *Cisterciensium seu verius ecclesiasticorum annalium a condito Cistercio tomi IV*, Lugduni, 1642-1659.

BB U. CHEVALIER, *Répertoire des sources historiques du Moyen Age ; Bio-Bibliographie*, Paris, 1905.

DC DU CANGE, *Glossarium mediae et infimae latinitatis*, Niort, 1883.

GC *Gallia christiana in provincias distributa*, Parisiis, 1715-1877.

HC C. EUBEL, *Hierarchia catholica medii aevi*, 2ª editio, Monasterii, 1913-1923.

OC L. JANAUSCHEK, *Origines cistercienses*, Vindobonae, 1877.

SE P. GAMS, *Series episcoporum*, Lipsiae, 1931.


SG D. GAILLEMIN, *Status generalis abbatiarum, prioratuum, monasteriorum Ordinis cisterciensis anno* 1894, Lerinae, 1894.

SM *Studien und Mitteilungen zur Geschichte des Benediktiner-Ordens und seiner Zweige*, t. XXXVII, Salzburg, 1916.

TB U. CHEVALIER, *Topo-Bibliographie*, Montbéliard, 1894.



Ex libro PRIVILEGIORUM ORDINIS CISTERCIENSIS
impresso Divione a Petro Metlinger, 1491,
opera et impensa
Joannis de Cireyo, Cistercii abbatis



Nos . G . abbas Cistercii et Diffinito-
res et totum Capitulum generale compositio-
nem factam hoc anno per venerabilem patrem
Portuensem et Sancte Rufine episcopum apostolice sedis
legatum inter Cisterciensem et Clarauallensem accepta-
mus et ratam habemus et eam decernimus et statuimus
perpetuo conseruandam. Adicientes de con-
sensu omnium et volentes ut sit decetero ple-
na concordia inter eos et omnia sint hinc
inde remissa. ita quod quicquid a decimo
anno usque in quo facta est compositio per episcopum
supradictum apud Vernieres fuit ab alterutra
parte in preiudicium alterius partis acceptatum
vel factum vel dictum totum plenarie sit remissum.
ut numquam decetero tale factum vel dictum pos-
sit ei qui fecit vel dixit obici vel obiectum ei no-
ceat nec aliqua pena decetero ei infligi. Actum
anno domini M. CC. xxiiii. apud Cistercium tem-
pore Capituli generalis. presentibus venerabilibus patribus
G. Carnotensi. F. Tolosano Episcopis qui sigil-
la sua apposuerunt. N. N. et nos predictus G. Ci

CODEX CAMBERONENSIS (XIII° s.)
ex abbatia cister. Camberonæ in Hannonia
Belgii, nunc in Montibus sub n° 31 *(C¹)*

1221

Missa Beatae [a] Mariae [b] cum duobus ministris et cum *Gloria in* 1
excelsis secundum tempus, et in [c] praefatione videlicet : *Et te in*
veneratione, et sine genuflexione [d] in omnibus sabbatis omnino [e]
vacantibus celebretur, omissis collectis usitatis in conventu. In
diebus vero Septuagesimae [f], dicitur [g] tractus : *Gaude Maria ;*
in diebus [h] Resurrectionis duo *Alleluia ;* hoc praeviso ut propter
hoc missa pro defunctis [i] nullatenus dimittatur [j]. Abbas autem
in vigilia Assumptionis B. Mariae celebret in conventu. In om-
nibus vero sabbatis, monachi qui privatim celebrare voluerint,
secundum tempus *Gloria in excelsis* dicunt cum praefatione.

Committitur patribus abbatibus ut in filiabus suis secundum 2
modum et qualitatem [a] possessionum ordinent, auctoritate Capi-
tuli [b], de numero personarum [c].

Praecipitur de conversis qui passim et de consuetudine fran- 3
gunt silentium, et correpti [a] negligunt emendare, ut in familiares
redigantur, et [b] anni 1220 teneatur sententia.

Abbates quibus causae Ordinis committuntur, habeant auc- 4
toritate Capituli generalis omnem potestatem coercendi tam in
capite quam in membris, praeter depositionem abbatum [a] et
excommunicationem personarum, et generale interdictum eccle-
siae [b].

Indulgetur a Capitulo [a] ut [b] liceat abbatibus absolvere hospi- 5

---

1 : $C^1D^3L^2MP^1P^3P^{10}T^3$. [a] de sancta Maria : D^3. [b] Virginis : P^{10}. [c] cum : $C^1D^3P^{10}$. [d] genuum flexione : C^1D^3. [e] omnino : *deest* D^3. [f] quadragesimae : $D^3L^2MP^1P^{10}$. [g] dicatur : C^1D^3. [h] tempore quoque D^3. [i] Ordinis : *add.* C^1. [j] *Nihil aliud apud* C^1T^3.

2 : $C^1D^3L^2MP^1P^3P^{10}T^3T^4T^5$. [a] quantitatem : $C^1D^3L^2$. [b] generalis : D^3. [c] T^5 : Capitulum generale Cisterciensis Ordinis de anno 1221 committit patribus ... *etc. ut supra.*

3 : $C^1D^3L^1L^2MP^1P^3P^4P^{10}T^3T^4$. [a] correcti : $D^3L^1MP^3T^3$. [c] de ipsis recipiendis anni 1221 sententia teneatur : $C^1L^1T^3$; ac in ipsorum receptione ista sit consideratio ... : T^4, *cf. ann.* 1220, n° 1.

4 : $C^1D^3L^1L^2MP^1P^3P^4P^{10}T^3T^4$. [a] abbatum : *deest* L^1 ; abbatis : $D^3MP^1P^{10}$. [b] ecclesiae : *deest* D^3T^4.

5 : $C^1D^3L^2MP^1P^3P^4P^{10}T^3$. [a] generali : D^3P^1. [b] quod : C^1.

tes [c] apud se commorantes, si excommunicationem incurrerint, in illis dumtaxat casibus in quibus licet Ordini absolvere [d].

6 Monachus aut [a] conversus qui scienter in mensa fregerit silentium uno die sit in pane et aqua, et proximo [b] capitulo verberetur.

7 Antiphona *Salve Regina* cum collectis consuetis dicatur a singulis. Dicatur etiam *Verba mea*, et *Pater noster*, et *Ave Maria*, pro domino [a] Papa [1] et domino Portuensi [2].

8 Monachi vel conversi fugitivi usque tertio [a] iuxta [b] Regulam recipiantur. Praecipitur autem, auctoritate Capituli generalis, ne ulterius admittantur. Quod si quis abbas contra hoc facere praesumpserit, omni sexta feria sit in pane et aqua usque ad sequens Capitulum generale [c] et in [d] sequenti Capitulo veniam inde petat.

9 Qui autem de sodomitico vitio convictus fuerit, aut [a] publice confessus, expellatur de Ordine, numquam [b] in Ordine denuo [c] recipiendus [d].

10 Monachus vel conversus qui cum furto recesserit, seu [a] in proprietate aut [b] in furto deprehensus fuerit, ultimus omnium quos invenerit semper erit, et omni sexta feria per annum sit in pane et aqua, et quadraginta diebus grossiori pane vescatur. Conversus autem in terra [c] comedat per eosdem [d] dies, et in claustro sedeat non locuturus nisi de confessione et [e] cum abbate vel cum eo qui tenet conventum, et omnibus horis canonicis intersit, et omnibus capitulis per annum quibus intererit, verberetur. Monachus autem singulis capitulis per quadraginta dies in [f] capitulo verberetur [g]. Abbas vero [h] secundum modum [i] culpae manum suam poterit aggravare. Taxatio furti penes abbatem

---

[c] Ordinis nostri : C^1. [d] dispensare : D^3.
6 : $C^1D^3L^1L^2MP^1P^3P^{10}T^3T^5$. [a] vel : L^1 ; et : $D^3MP^1P^{10}$. [b] primo : D^3.
7 : $L^2MP^1P^3P^{10}T^3$. [a] domino : *deest apud M*.
8 : $C^1D^3MP^1P^3P^{10}T^3T^4$. [a] ad ter : T^3. [b] secundum : T^4. [c] ubi veniam petat : *M*. [d] eodem : T^4.
9 : $C^1D^3L^2MP^1P^3P^4P^{10}T^3T^4$. [a] vel : $C^1D^3P^1P^{10}$. [b] ulterius : *add.* D^3 [c] denuo : *deest* D^3. [d] reversurus : *M*.
10 : $C^1D^3L^1L^2MP^1P^3P^{10}T^3$. [a] vel in furto aut : C^1. [b] vel : L^1M. [c] ad terram : C^1. [d] hos : D^3. [e] vel : D^3. [f] suo : D^3P^1. [g] vapulet : L^1P^1. [h] autem : C^1. [i] culpam : L^1.

---

[1] Honorius III, 1216-1227 ; *BB*, I, 2176.
[2] Conradus d'Urach, antea abbas Villariensis in Brabantia, Claraevallensis abbas, 1215 ; Cisterciensis abbas 1217 ; Portuen. card. episc. 1219 ; † 1227 ; *SE*, p. IX ; *HC*, I, 5, 36.

sit. Abbas [j], prior, aut qui conventum tenuerit, si huius sententiae esset [k] negligens executor, omni sexta feria usque ad sequens Capitulum sit in pane et aqua. Abbas vero in sequenti Capitulo veniam inde petat.

Sacerdotes [a] fugitivi [b] qui in saeculo celebrare praesumpse- **11**
rint [c], cum reversi fuerint, tamdiu abstineant [d] a celebrando quamdiu celebraverint in saeculo, et [f] omni sexta feria per annum sint in pane et aqua, et [g] unam in ipsa die in capitulo accipiant disciplinam. Abbas [h] vero secundum modum culpae, vel merita personae, manum suam poterit aggravare, et sic fiat ut de cetero non oporteat super hoc [i] Capitulum onerari.

Visitatores una [a] tantum pitantia sint contenti, exceptis [b] ovis, **12**
caseo et butiro.

Praecipitur ut privatis diebus monachi hebdomadarii coquinae **13**
intersint missae, nisi [a] necessitas aliter exegerit, et illa [b] necessitas ostendatur priori [c].

Praecipitur ut *Gloria in excelsis* cum *Kyrie* [a] *eleison* solemniter **14**
dicatur in conventu in missa de Spiritu Sancto, in vigilia Sanctae Crucis apud Cistercium, sicut dominicis diebus.

Commemoratio de S° Aegidio fiat ante commemorationem **15**
S. Prisci, et [a] missa de ipso in conventu canitur [b], sicut notatur in Graduali de B° Benedicto.

Fratribus Calatravae conceditur ut in ecclesia et in aliis locis **16**
nobiscum intrent cum cucullis tamen, excepto capitulo et refectorio, clerici inter clericos, magistri inter [a] sacerdotes, laici inter monachos et novitios ; et in infirmitorio separati a nostris, ad

---

[j] Abbas vero, vel prior, vel ...: C^1. [k] si hoc facere fuerit : $D^3L^1P^1$; *apud* C^1 *in plurali numero.*

11 : $C^1D^3L^1L^2MP^1P^3P^{10}T^3$. [a] Sacerdos : D^3T^3. [b] Ordinis nostri : $C^1D^3L^1P^1P^{10}$. [c] celebraverint, regredientes a saeculo : C^1. [d] sustineat a celebratione : D^3. [e] quantum in saeculo fuerunt commorati : C^1. [f] insuper : $D^3L^1MP^1$. [g] et amplius si abbati visum fuerit et semel in ebdomada accipiat disciplinam : C^1. [h] Abbas ... : *deest apud* D^3. [i] super hoc : *deest* C^1.

12 : $C^1D^3L^1L^2MP^1P^3P^{10}T^3T^5$. [a] duabus : $C^1D^3T^3$. [b] exceptis, etc.: D^3P^3 ; *apud* C^1 : excepto butiro et caseo et aletiis salsis.

13 : $C^1D^3MP^1P^3P^{10}T^3T^4$. [a] grandis : D^3. [b] quae tamen : D^3. [c] P^4T^4 *add* : diebus autem quibus duae misssae canuntur teneatur sententia Usuum.

14 : $L^2MP^1P^3P^{10}T^3$. [a] Chyrie : P^1.

15 : $D^3P^1T^3$. [a] et de eodem dicatur missa sicut de sancto Benedicto : D^3T^3. [b] cantetur : P^1.

16 : $L^1L^2MP^1P^3P^{10}T^3$. [a] iuxta : L^1P^1.

benedictiones sicut monachi Ordinis [b] tam in eundo quam in redeundo accedant.

17 Prohibetur [a] ne in vecturis in grangiis et [b] abbatiis laborent diebus dominicis et festis quibus conversi non laborant, nisi in victualibus deferendis, et [c] ęcclesiis construendis [d]. Quicumque vero abbas, prior, cellerarius, contra hanc constitutionem [e] fecerit laborare, nisi [f] propter grandem necessitatem, toties sit in pane et aqua.

18 Abbas de Salzeda [1] qui commodavit [a] conversum cuidam nobili matronae ad cohabitandum, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et conversus revocetur. Abbas S. Joannis de Tarouca [2] hoc ei nuntiet [b].

19 Abbas Longae villae [3] de quo multa nobis dicta sunt, infra Natale Domini Cistercium se praesentet, et stet ad arbitrium Cisterciensis. Abbas Bonifontis [4] hoc ei denuntiet.

20 Abbas Prulliaci [5] qui non observavit modum in depositione abbatis Sacri [a] Portus [b] [6] sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et quadraginta extra stallum abbatis permaneat, et quotiens [c] aliquis abbas fuerit deponendus et amovendus, fiat sub testimonio duorum vel trium abbatum, et in Capitulo si poterit convenienter interesse.

21 Abbatiae in Hibernia quae conventum non habent, nec habere possunt, per patres abbates vel in grangias redigantur, vel infra sequens Capitulum penitus deleantur. Qui si huius mandati tepidi executores extiterint, a sancto Pascha usque ad sequens Capitulum omni sexta feria sint in pane et aqua, et extra stallum.

---

[b] nostri : L^1.

17 : $C^1D^3L^2MP^1P^3P^{10}T^3T^4$. [a] a Capitulo generali ne aliquis : $C^1D^3T^3T^4$. [b] vel : $C^1D^3T^4$. [c] vel : C^1. [d] et excepto tempore vindemiae : C^1. [e] institutionem : C^1. [f] quotiens contigerit totiens : $C^1D^3P^{10}T^4$.

18 : $D^3P^1P^3$. [a] commendavit : P^1. [b] *apud* D^3P^3 *lex generalis tantum* : De non commodandis monachis vel conversis antiqua sententia teneatur.

19 : P^1.

20 : $L^1L^2MP^1P^3P^{10}T^3$. [a] Sancti : P^1. [b] filii sui : P^1. [c] *hanc ultimam tantum partem habet* L^1.

21 : $L^2MP^1P^3P^{10}T^3$.

---

[1] Salceda, Salzedas, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 143.
[2] In Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 61.
[3] Villelongue, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 122.
[4] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[5] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[6] Alias Barbellum, Barbeaux, in dioec. Melden., *OC*, 111.

Correctio Mellifontis [1] committitur abbati Claraevallis, qui personas religiosas per quas Ordo possit in partibus illis reformari, in domo praedicta substituere auctoritate Capituli procuret. 22

Abbates Angliae qui sententiam Capituli generalis de stabulis equorum in abbatiis revocandis non observaverunt [2], sex diebus sint in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et infra sequens Capitulum emendetur. 23

Monacho Clarimarisci [3] qui in habitu saeculari eadem die subdiaconatum [a] et diaconatum suscepit, iniuncta sibi poenitentia ab abbate suo [b] competenti et peracta, de licentia Capituli generalis conceditur celebrare. 24

Patres abbates qui nec per se, nec per alios hoc anno filias suas in terra Albigensium visitaverunt, tribus diebus sint in levi culpa. 25

Abbas [a] de Bardonis [4] qui in visitatione filii sui [b] mulum accepit, et [c] de quo in aliis Capitulis multa fuerunt dicta et probata, Morimundo se praesentet, et stet ad arbitrium Morimundensis [d]. 26

De abbate Bonae Cumbae [5] qui minus ordinate locutus est subpriori Cistercii, duabus sextis feriis sit in pane et aqua. 27

De eo quod episcopus Firenensis [6] conqueritur de abbate Dieroto in Hybernia quod excommunicatos ad sepulturam receperit, committitur abbati Claraevallis qui de hoc diligenter inquirat, et si ita invenerit, auctoritate Capituli generalis corrigat prout viderit expedire, et quod inde, etc. 28

---

22 : $L^2MP^1P^3P^{10}T^3$. *cf. ann.* 1220, *n*° 12.
23 : P^1.
24 : $L^2MP^1P^3P^{10}T^3$. [a] subdiaconum : P^1. [b] ab abbate suo : *deest* P^3T^3.
25 : P^1.
26 : $L^1P^1T^5$. [a] Accusatur ibi abbas de Berdonis : T^5. [b] filiae suae : T^5. [c] item abbas Vallis Bonae qui mulum dedit in visitatione : T^5. [d] Morimundi abbatis : L^1.
27 : $L^1L^2MP^1P^3P^{10}T^3$.
28 : P^1.

---

[1] In Hibernia, dioec. Armacan., *OC*, 70.
[2] Cf. ann. 1220, n° 30.
[3] Clairmarais, in Artesia, dioec. Atrebaten., *OC*, 59.
[4] Berdona, Berdouës, in Vasconia, dioec. Auxitanen., *OC*, 48.
[5] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
[6] Albinus O'Mulloy, ord. cist., antea Vallis Salutis [Baltinglas] abbas, Fernensis episc. 1186-1223, *SE*, 221.

29 Causa abbatis de Dalona [1] contra abbatem Petrosae [2], interim committitur abbatibus de Obezina [3], de Boscanio [4] et de Albis petris, [5] ut secundum retractata procedant, et infra proximum Pentecostes causam istam studeant terminare, et quod inde, etc.

30 Iniungitur abbati Prulliaci [6] ut de facto cellerarii de Varennis [7] diligenter inquirat, et si invenerit quod manum miserit in abbatem, pedes mittatur ad Dominum Papam absolvendum, et postea ad domum aliam transmittatur, in qua poenam conspiratorum sustineat, numquam ad domum propriam reversurus nisi per Capitulum generale. Qui autem in hoc facto favorem, consilium, et auxilium praebuerint eidem, ad domum aliam mittantur et prout meruerint puniantur.

31 Abbas de Escharliis [a] [8] qui negavit utrem vini abbati graviter infirmanti, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

32 De illo qui fuit prior de Sancto Joanne de Tarauca [9], cum a domo propria sit expulsus, discurrit per Hispaniam in habitu, habens mulum in proprietate, praecipitur abbatibus et prioribus ut quicumque eum invenerit, auferat ei habitum et mulum, et pro excommunicato habeatur quoadusque satisfactioni debitae humiliter se supponat ; sed et de universis exordinatis discurrentibus eadem sententia teneatur [a].

33 Auctoritate Capituli generalis iniungitur abbatibus S. Joannis de Tarauca[a] [10] et de Horta[b] [11], assumpto secum tertio quemcum-

---

29 : P^1.
30 : P^1.
31 : $L^2MP^1P^3P^{10}T^3$. [a] Escharlies : P^3; Escarlies : P^1.
32 : P^1. [a] *generalem tantum legem notat* L^1 : Monachi exordinate discurrentes et vagantes in habitu, pro excommunicatis habeantur usque ad satisfactionem, et a quocumque abbate vel priore inveniantur, habitus eis auferatur.
33 : $L^2MP^1P^3P^{10}T^3$. [a] Taraucha : *M*. [b] Orta : $P^1P^3T^3$.

---

[1] Dalon, in dioec. Tutelen., *OC*, 147.
[2] La Peyrouse, in dioec. Petracoricen., *OC*, 134.
[3] Obazine, in dioec. Tutelen., *OC*, 106.
[4] Boscum cavum, Bouchaud, in dioec. Petracoricen., *OC*, 150.
[5] Aubepierre, in dioec. Lemovicen., *OC*, 115.
[6] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[7] Varennes, in dioec. Bituricen., *OC*, 111.
[8] Escharlis, in dioec. Senonen., *OC*, 20.
[9] In Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 61.
[10] Saint-Jean de Tarouca, in dioec. Lamecen., *OC*, 61.
[11] Horta, Huerta, in Veteri Castella, dioec. Seguntin., *OC*, 79.

que voluerint, Ordinis zelatore, ut visitent filias et neptes Claraevallis et Morimundi, utriusque scilicet generationis, et digne corrigant quae invenerint corrigenda, et quae per se corrigere in Hispania [c] non potuerint, sequenti Capitulo referant.

Prohibetur [a] ne venientibus aut redeuntibus abbatibus a Capitulo generali in Longo vado [1], et grangia Fontineti [2], sicilicet Ostormiar, pisces ad comedendum ministrentur, exceptis sepiis et granetiis. Monachus et conversus qui abbatibus a Capitulo redeuntibus perturbationem fecerunt non modicam in grangia supradicta, praecipitur ut monachus missus ad domum de Carleis [3], inde mittatur ad Curiam [4] non nisi per generale Capitulum revocandus; conversus etiam non nisi per generale Capitulum revocetur. **34**

Auctoritate Capituli praecipitur ut abbates ad Capitulum venientes in quatuor primas filias, non nisi cum duobus equis veniant, exceptis illis quibus a Capitulo generali aliter est concessum. Qui aliter praesumpserit, veniam inde petat in Capitulo. **35**

Abbates etiam qui domui Claraevallis in debitis tenentur obligati, a Divione vel a Claravalle non recedant, nisi prius abbati eiusdem domus vel cellerario satisfecerint competenter. **36**

Domino Papae scribatur [a] de eo quod episcopi et clerici exigunt a nobis professionem non addito : *salvo ordine nostro*, et quod [b] aliter profitentes per excommunicationem familiarium suorum et operariorum coerceant, et quod episcopi quidam repetant a nobis oblationes quae offeruntur [c] in exequiis eorum qui in fine sepeliuntur apud nos, et de hoc quod dicunt ad se pertinere de iure monachos nostros [d] in suis dioecesibus ad confessionem et absolutionem commorantes recipere, quod apud nos **37**

---

[c] per Hispaniam : P^1

34 : C^1P^1. [a] a generali Capitulo ne tempore Capituli generalis apud Longumvadum et grangiam Fontineti quae vocatur Extormer pisces a modo comedantur nisi in praecipuis ieiuniis : C^1 *haec tantum habet.*

35 : $L^2MP^1P^3P^{10}T^3$.

36 : P^1.

37 : $L^1L^2MP^1P^3P^{10}T^3$. [a] ut : P^3T^3. [b] alii : L^1 : aliqui : P^3T^3. [c] auferuntur : P^1. [d] et conversos : L^1P^1.

---

[1] Longuay, in dioec. Lingonen., *OC*, 118.

[2] Fontenay, in dioec. Divionen., *OC*, 8.

[3] Scarleis, in dioec. Senonen., *OC*, 20.

[4] Curia Dei, la Cour Dieu, in dioec. Aurelianen., *OC*, 6.

est hactenus inauditum, et pro aliis [e] prout domino Cistercii viderit expedire.

38 Praecipitur ut quoties recurritur ad Capitulum generale, de ipso Capitulo duo vel tres eligantur viri boni et discreti, qui causas terminent quae ad Capitulum deferuntur. Quod si quae questio fuerit quae merito desideret audientiam Capituli generalis, ad ipsum Capitulum referatur. Duo nihilominus eligantur qui litteras omnes diligenter inspiciant, et mentem ipsarum a tergo scribentes sub brevitate perstringant, nisi forte aliquae fuerint quae pro mittentis reverentia in omnium vero audientia debeant recitari.

39 Praecipitur abbati Grandis Sylvae [1] ut in domo Candelii [2] filia sua quae per annum caruit abbate, infra Natale Domini abbatem secundum formam Ordinis, studeat nuntiare. Abbas de Carlecio [3] hoc ei denuntiet.

40 Abbas Sancti Martini de Viterbio [4] qui debuit renuntiare Capitulo de petitione Capituli ad Dominum Papam sibi commissa [5], et non renuntiavit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua Abbas Casemarii [6] hoc ei denuntiet.

41 Praecipitur auctoritate Capituli generalis abbatibus Sancti Michaelis de Reata [7] et Sanctae Mariae de Arbona [8] ut accedant ad locum Sancti Leonardi [9] qui offertur fratribus Sancti Bartholomei [10] ad transferendam illuc abbatiam, qui loco diligenter inspecto, si idoneus fuerit et sufficiens, secundum quod viderint expedire faciant, non expectato Capitulo generali.

---

[e] vero : *L*¹.
38 : *P*¹.
39 : *P*¹.
40 : *P*¹.
41 : *P*¹.

---

[1] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
[2] Candeil, in Languedocio, dioec. Albien., *OC*, 132.
[3] Calercium, Calers, in comitatu Fuxensi, dioec. Riven., *OC*, 115.
[4] S. Martinus de Montibus Viterbii, in patrimonio S. Petri, *OC*, 124.
[5] Cf. ann. 1220, nº 24.
[6] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[7] Leg. S. Martini (alias S. Pastoris) in dioec. Reatin., *OC*, 222 ; cf. ann. 1222, nº 21.
[8] S. Maria di Rabona (Ara-Bona) in dioec. Theatin., *OC*, 215.
[9] An agitur hic de loco S. Leonardi qui in abbatiam monialium deinde erectus fuit, in Monte regali, dioec. Reatina ?
[10] Incertum est etiam de qua abbatia hic agitur ; cf. *OC*, p. LXI.

Praecipitur ut ad abbatiam de Surio [1] abbates Trium Fontium [2] 42
et de Altofonte [3] personaliter accedant, et diligenter inquirant
utrum abbas, nomine Haymo, ordinate in praesentia duorum vel
trium abbatum fuerit destitutus, nec ne. Quod si aliter invene-
rint, auctoritate Capituli generalis restituant contra ordinem
destitutum.

Causa abbatis de Chirchestede [4] de abbatia de Sancto Lauren- 43
tio [5] auctoritate Capituli generalis committitur abbatibus de
Suinesheved [6], de Boylei [7] et de Ponte Roberti [8], iudicio vel com-
positione terminanda, et quod factum fuerit, etc.

Causa abbatis Frigidimontis [9] et abbatis Fulcardimontis[10] com- 44
mittitur auctoritate Capituli generalis abbatibus de Bello becco[11],
de Prato[12] et de Mortuo mari[13], iudicio aut compositione termi-
nanda infra proximum Pentecostes, et quod factum, etc.

Causa abbatum de Saviniaco[14] et de Bochian [15] committitur 45
abbatibus de Eleemosyna[16], de Curia Dei[17], de Valle Richerii[18]
compositione terminanda infra proximum Pentecostes, et quod
factum, etc.

Causa [a] abbatis de Scala Dei[19] committitur abbatibus de Popu- 46

---

42 : P^1.
43 : P^1.
44 : P^1.
45 : P^1.
46 : $L^1MP^1P^8P^{10}T^3T^5$. [a] Item abbas de Scala Dei de nimia eius commoratione in visitationibus et de acceptione pecuniae : *haec tantum apud* T^5.

---

[1] Seu Inislounagh, in Hibernia, dioec. Lismoren., *OC*, 131.
[2] Trois-Fontaines, in dioec. Catalaunen., *OC*, 6.
[3] Hautefontaine, in dioec. Catalaunen., *OC*, 41.
[4] Kirksted, in dioec. Lincolnien., *OC*, 55.
[5] S. Laurentius de Revesby, in dioec. Lincolnien., *OC*, 76.
[6] Swineshead, in dioec. Lincolnien., *OC*, 101.
[7] Boxley, in dioec. Cantuarien., *OC*, 91.
[8] In dioec. Cicestren., *OC*, 173.
[9] Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.
[10] Foucarmont, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 97.
[11] Beaubec, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 96.
[12] Seu Bellumpratum, Beaupré, in dioec. Bellovacen., *OC*, 38.
[13] Mortemer, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 48.
[14] Savigny, in Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.
[15] Boquianum, in dioec. Briocen., *OC*, 47.
[16] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[17] La Cour Dieu, in dioec. Aurelianen., *OC*, 6.
[18] Val Richer, in Normannia, dioec. Bajocen., *OC*, 94.
[19] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.

leto [1], de Horta [b] [2], et de Petra [3], qui diligenter inquirant utrum sit verum quod dicitur de eo, videlicet, quod quando visitat filias suas, nimiam facit moram in illis, et cum multis equitaturis, et recedens accepit denarios pro expensis; et quod de iis quae proposita sunt contra filium abbatem quando visitabat, nihil emendavit, sed statuit et posuit in charta sua : quod si quis de cetero faceret mentionem conspiratorum sententiae per omnia subiaceret [c]. Quod si [d] ita invenerint, in instanti [e] deponant [f] eum auctoritate Capituli generalis, et quod inde de cetero, etc.

47 Querela abbatum de Carleum [4] et de Tinterna [5] committitur abbatibus de Bildoas [6] et de Blancha landa [7], auctoritate Capituli generalis compositione vel iudicio terminanda, et quod inde. etc.

48 Petitio Dominae Blanchae venerabilis comitissae Campaniae de abbatia monialium construenda ita exauditur, ut duo abbates, sicilicet de Vacellis [8] et de Prato [9] mittantur, qui locum diligenter inspiciant, et si viderint locum illum competentem, idoneum Ordini, indemnem et possessionibus sufficientem, abbati Claraevallis renuntient, in cuius potestate sit, auctoritate Capituli generalis, secundum quod audierit, infirmare vel confirmare, ita tamen quod includantur.

49 Petitio abbatum de facienda solemnitate S. Othonis, sicut in festivitate S. Ambrosii, illis domibus quas fundavit, exauditur.

50 Petitio abbatum Angliae de facienda solemnitate Edmundi, regis et martyris, ita exauditur ut eius festivitas in domibus Ordinis per Angliam, sicut de uno martyre celebretur cum duodecim lectionibus, collecta : *Esto Domine.*

---

[b] Orta : $L^1P^3T^3$. [c] subiacent : P^{10}. [d] Quasi : *perp.* P^1. [e] continenti : P^1. [f] deponatur : L^1.

47 : P^1.
48 : P^1.
49 : P^1.
50 : P^1.

---

[1] Poblet, in Catalonia, dioec. Tarraconen., *OC*, 127.
[2] Huerta, in Veteri-Castella, dioec. Seguntin., *OC*, 79.
[3] N. D. de Piedra, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 198.
[4] Caerleon, in dioec. Landaven., *OC*, 190.
[5] Tinterna Maior, in dioec. Hereforden., *OC*, 19.
[6] Bildwas, in dioec. Cestren., *OC*, 102.
[7] Albalanda, Whiteland, in Wallia, dioec. Meneven., *OC*, 61.
[8] Vaucelles, in dioec. Cameracen., *OC*, 24.
[9] Seu Bellum pratum, in dioec. Bellovacen., *OC*, 38.

Petitio abbatum Angliae de solemnitate S. Hugonis quondam Lincolniensis episcopi facienda sicut in festivitate S. Gregorii, ita exauditur ut in domibus Ordinis nostri in eadem dioecesi constitutis, cum duodecim lectionibus et una missa in conventu celebratur. **51**

Petitio abbatis Ursicampi [1] de solemnitate beati Eligii in domo sua solemniter facienda, videlicet sicut de beato Nicolao, exauditur. **52**

Petitio nobilis viri Joannis de Menemue [2], de construenda abbatia, hoc modo exauditur, quod mittantur tres abbates videlicet de Bilduas [3], de Bordesia [4], et de Brueria [5], qui diligenter inspiciant si locus idoneus sit ad fundendam abbatiam, si sufficientes habeat possessiones, si possit aedificari sine indemnitate aliarum abbatiarum, et quod invenerint, etc. **53**

Petitio archidiaconi de Braccan [6] de construenda nova abbatia hoc modo exauditur, quod mittantur tres abbates, videlicet de Alcubatia [7], de Seytia [8] et de S° Petro aquilano [9] qui diligenter inspiciant si locus idoneus sit ad fundendam abbatiam, si sufficientes habeat possessiones, si possit aedificari sine indemnitate aliarum abbatiarum, et quod invenerint inde, etc. **54**

Petitio Domini Ambianensis [10] de incorporanda abbatia de Pantemont[11] admittitur, licet praeceptum fuerit in Capitulo generali ne aliqua incorporetur ulterius ; sed idem Capitulum iudicat dispensandum maxime cum venerabilis pater [a] Conradus[12] tunc Cisterciensis [b] abbas, nunc Portuensis et S. Rufinae epis- **55**

51 : *P*¹.
52 : *P*¹.
53 : *P*¹.
54 : *P*¹.
55 : *L²MP¹P³P¹⁰T³*. [a] dominus : *P*¹. [b] Cistercii : *P³T³*.

[1] Ourscamp, in dioec. Bellovacen., *OC*, 17.
[2] Ioannes de Monmouth qui abbatiae Gratiae Dei fundator extitit, *OC*, 229.
[3] Bildwas, in dioec. Cestren., *OC*, 102.
[4] Bordesleya, in dioec. Wigornien., *OC*, 53.
[5] Bruernia, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[6] Braga, in Lusitania.
[7] Alcobaça, in Lusitania, dioec. Ulixbonen., *OC*, 110.
[8] Ceica, in Lusitania, dioec. Conimbrien., *OC*, 199.
[9] S. Petrus de Aquilis, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 159.
[10] Evrardus, Ambianensis episc., 1212-1222, *SE*, 487 ; *HC*, I, 85.
[11] N. D. de Pentemont, *GC*, VII, 924.
[12] Conradus d'Urach, card., antea Cistercii abbas, *SE*, IX ; *HC*, I, 36.

copus de incorporanda dicta abbatia domino electo Belvacensi [1] promiserit.

56 Abbas de Bongard [2], de quo multa dicuntur quae non sunt ad praesens recitatione digna, deponitur in instanti.

57 Abbas de Surio [3] qui contra formam Ordinis de Choro-Benedicti [4], de sorore in sororem fuit translatus, deponitur in instanti. Abbas de Valle Dei [5] hoc ei denuntiet.

58 De abbate Carrazeti [6], de quo dicitur quod ante promotionem suam conspirator fuerit manifestus, et quod abbatem suum diffamaverit coram rege, obiiciens ei quod mediante pecunia obtinuerit abbatiam, et quod domum suam subtrahere nitatur Ordini et multa alia dicuntur, committitur abbati S. Joannis de Tarouca [a] [7], qui assumptis secum abbatibus quos duxerit assumendos, diligenter de supradictis inquirant, et si ita invenerint, auctoritate Capituli generalis ipsum in instanti deponant, et alium iuxta formam Ordinis [b] instituant, non expectato Capitulo generali.

59 Abbas Vallis Bonae [8] qui mulum dedit in visitatione et qui psalmum *Deus laudem meam*, et alias imprecationes solemnes contra adversarium suum in conventu fieri iussit [a], et hoc negavit in Capitulo, cum inde nihilominus sit convictus, deponitur in instanti.

60 De abbate de Ardurello [9] de quo dicitur quod frater eius est prior, et nepos eius cellerarius, et non habet fratrem aliquem obedientiarium qui non sit de cognatione sua, et dicitur quod tradidit priori viginti quinque libras, qui reliquit ordinem et

---

56 : *MP¹W*.
57 : *MP¹*.
58 : *L²MP¹P³P¹⁰T³*. [a] Tarroca : *P³T³* ; Tauraca : *P¹*. [b] auctoritate cisterciensi : *P¹*.
59 : *L¹L²MP¹P³P¹⁰T³*. [a] instituit : *L¹P¹P³T³*.
60 : *L¹P¹*.

---

[1] Milo, Bellovac. episc., 1217-1234 ; *SE*, 511 ; *HC*, I, 132.
[2] Baumgarten, Pomarium, Verger, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 112.
[3] Seu Inislounagh, in Hibernia, dioec. Lismoren., *OC*, 131.
[4] Seu Monaster-Ore, in Hibernia, dioec. Cloynen., *OC*, 178.
[5] Seu Glandy, in Hibernia, dioec. Ossorien., *OC*, 184.
[6] Carracetum, Carracedo, in Legione, dioec. Asturocen., *OC*, 209.
[7] In Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 61.
[8] Valbuena, in Veteri Castella, dioec. Palentin., *OC*, 71.
[9] Ardorel, in Languedocio, dioec. Albien., *OC*, 108.

ivit ad scholas et modo reversus est, et factus est prior ; et isti dilapidant bona domus illius, comedendo carnes et pisces bonos, cum non sint infirmi, et bene vestiendo se, cum alii nudi sint, committitur abbatibus de Loco Dei [1], de Chalercio [2] et de Bona Cumba [3], qui diligenter inquirant de iis, et si ita invenerint, abbatem ipsum in instanti deponant auctoritate Capituli generalis ; et quod inde fecerint, etc.

1222

Sententiae furum additum est ut [a] in illis quadraginta diebus quibus in claustro commorari [b] tenentur [c], operentur in silentio [d] quod illis [e] iniunctum [f] fuerit ; et qui [g] secundo puniti super hoc [h] non emendaverint, a domo propria [i] in qua furtum fecerunt [j] emittantur, non reversuri nisi per Capitulum generale. 1

De pitantiis visitatoribus [a] faciendis, antiqua consuetudo cum omni [b] mensura et moderamine teneatur. 2

Conceditur ut abbatiae Ponliveti [4], de S° Joanne in Vineis [5], de S° Eligio [6], inter familiares scribantur. 3

Petitiones fratrum de Calatrava [7], sicut concessae fuerunt [b] eis a Capitulo anno Concilii [c] confirmantur, videlicet ut cum ad domos Ordinis nostri venerint, sint cum monachis nostris [d] in choro, in capitulo, in refectorio [e], in infirmitorio. In choro magister eorum post sacerdotes [f] immediate, alii laici fratres post om- 4

---

1 : $C^1L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] conversi : C^1. [b] remorari : L^1P^1 ; esse : C^1. [c] teneantur : P^{10}. [d] laborent ibidem : C^1. [e] eis : P^1. [f] iniungitur : C^1. [g] et si : $C^1L^1P^1$. [h] taliter puniti secundo non : C^1. [i] propria : *deest* C^1. [j] fecerint : C^1L^1.

2 : $C^1P^1P^4T^4$. [a] in visitatione : C^1 ; in visitationibus : T^4. [b] omni : *deest* T^4

3 : P^1.

4 : $C^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Calatravia : MP^4. [b] sunt : P^{10} ; [c] generalis : $C^1P^4T^4$. [d] inter monachos nostros : T^4. [e] refectorio : *deest* C^1 ; in dormitorio : C^1T^4. [f] post sacerdotes : *deest* C^1T^4.

---

[1] Loc-Dieu, in dioec. Ruthenen., *OC*, 149.
[2] Calers, in dioec. Riven., *OC*, 115.
[3] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
[4] Pontilevium, Pontlevoy, O. S. B., *GC*, VIII, 1379.
[5] Saint-Jean des Vignes, O. S. Aug., *GC*, IX, 456.
[6] Saint-Éloi, O. S. B. *GC*, IX, 1055.
[7] Militia ex ordine Cisterc. orta, *TB*, I, 547.

nes [g] monachos supra novitios locabuntur [h]; clerici vero eorum [i] inter monachos secundum tempus suum in Ordine habebuntur [j]. In capitulo autem magister eorum post abbatem aut priorem [k] sedebit; ceteri vero [l] tam clerici quam laici in capitulo et in refectorio ordinem suum [m] consequentur, eundo et [n] redeundo sicut monachi benedictiones accipiant [o].

5 Auctoritate [a] Capituli generalis inhibetur, ne ad pernoctandum, conventus tempore messionis ad grangias mittatur [b], nisi pro inevitabili necessitate. Liceat [c] tamen illis qui [d] in claustro remanent a labore, dum cantatur missa, missae interesse, et [e] abbatibus, si voluerint, celebrare.

6 Conversi [a] qui equitant cum abbatibus, et mercatores, et alii qui equitant, a festo S. Crucis, nisi fuerint in grangiis, ieiunium ut monachi teneant consuetum. Qui aliter praesumpserit, in crastino sit in pane et aqua.

7 Quoniam [a] confusio est de esu carnium verbum toties iterare, auctoritate Capituli generalis inhibetur, ut nullus omnino abbas, monachus vel conversus pro minutione, solatio aut consortio alicuius, aut aliqua levi occasione, nisi quemadmodum in Regula continetur, debilis fuerit omnino vel aegrotus, carnes praesumat vel audeat manducare. Qui [b] contra hanc institutionem carnes comederit, aut ad comedendum ministrare fecerit, sequenti die sit in pane et aqua [c]. Volumus autem hanc legem cursores nostros [d] observare.

8 Praecipitur ut [a] diffinitiones visitationum et [b] Capituli genera-

---

[g] omnes : *deest* C^1T^4. [h] collocabuntur : *M*. [i] locum : P^{10}. [j] collocabuntur : C^1; locum suum habebunt : P^4T^4; habebunt : P^{10}, [k] si abbas defuerit : C^1T^4. [l] autem : T^4. [m] ordines suos : *M*. [n] vero : C^1. [o] recipiant : P^1.

5 : $C^1L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Auctoritate Cap. gen. : *deest* C^1. [b] mittantur : $L^2P^1P^{10}$. [c] Qui autem in abbatia remanent missas intersint, et abbates quotidie celebrent si voluerint : C^1. [d] qui remanent a labore et sunt in claustro : P^4T^4. [e] et abbatibus ... etc. : *desunt* L^1.

6 : $C^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Conversi abbatum et mercatores et quicumque equitant post festum S. Crucis, nisi ... ieiunent sicut monachi. Transgressor huius sententiae sequenti die sit in pane et aqua : C^1.

7 : $C^1L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] *Brevius apud* P^4T^4: De carnibus infirmis ministrandis continetur dist. 13, cap. 2. *Apud* C^1: Abbates sive monachi vel conversi pro minutione, solatio aut... [b] Qui autem ... manducaverit aut ad manducandum ministrari : C^1P^{10}. [c] *Nihil amplius apud* C^1. [d] L^2P^1 *add.* : penitus.

8 : $C^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4T^5$. [a] C^1 *incip.* : Diffinitiones Capituli generalis et visitationum ... [b] et diffinitiones : $L^2P^1P^{10}$.

lis [c] singulis annis ter [d] recitentur [e] in capitulis [f], ne quis omnino de ignorantia se [g] valeat excusare. Abbas [h] qui [i] huius constitutionis [j] neglector fuerit, veniam super hoc petat in Capitulo generali.

De fundatoribus sepeliendis antiqua consuetudo teneatur. 9

Prohibetur [a] a Capitulo generali ne [b] petitiones fiant de faciendo 10
festo alicuius sancti, nisi de consensu et licentia domini Cistercii et Diffinitorum. Qui autem contravenire [c] praesumpserit, ad arbitrium Diffinitorum puniatur.

Statuitur a [a] Capitulo generali, ut quod in Carta Caritatis 11
continetur de promotione et depositione abbatum, simpliciter [b] et inviolabiliter ad omnibus [c] observetur ; et ne scrupulus, qui hoc impedire possit, valeat remanere, praecipitur abbati Claraevallis, ut litteras quas penes se habet, quas constat tempore Concilii impetratas contra Cartam Caritatis, maxime cum in eis contineatur, quod possit fieri recursus ad Diffinitores [d], infra festum Omnium Sanctorum reddat Cisterciensi [e]. Dominus autem Cistercii ita se habeat, ut in institutione et destitutione filiorum suorum, et in [f] omnibus agendis [g] suis non excedat fines patrum [h] antiquorum, servata in omnibus Regula S. Benedicti et Carta Caritatis.

Monachus vel conversus qui suggesserit [a] alicui [b] saeculari, 12
ut eleemosynas quas voluerit dare abbatiae, det conventui specialiter ad pitantiam faciendam [c], per totum annum careat pitantia, nisi infirmus fuerit vel minutus.

De beato Roberto primo abbate Cistercii fiat festum [a] XV° 13

---

[c] Capitulorum generalium : T^5. [d] ter in anno : C^1. [e] ne aliquis de ignorantia se excuset : C^1. [f] nostris : P^4T^4. [g] se excuset : P^4T^4. [h] autem : T^4. [i] hoc neglexerit veniam petat in Cap. gen. : C^1. [j] diffinitionis : T^4.

9 : C^1P^1.

10 : $C^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Inhibetur : C^1. [b] de cetero fiat petitio de faciendo festo, nisi de licentia Cisterciensis et diffinitorum : C^1 *et nihil aliud.* [c] contra hoc venire : P^1.

11 : $C^1L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] in : P^{10}. [b] semper : MP^{10}. [c] et inviolabiliter ab omnibus : *deest* $C^1P^4T^4$, *et hi codices statim pergunt* : Abbas vero Cistercii ... [d] diffinitiones : P^{10}. [e] Cistercio : P^{10}. [f] tum in agendis suis : C^1. [g] actibus : T^4. [h] patrum : *deest* T^4.

12 : $C^1L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] suggerit : *M*. [b] personae : C^1. [c] pitantias faciendas : L^1.

13 : $C^1L^1L^2MP^1P^{10}T^5$. [a] etc : T^5.

kalendas maii cum XII lectionibus, sicut de beato Hieronymo, et [b] una missa sicut de beato [c] Benedicto.

14 Abbates de Anglia qui stabula equorum non revocaverunt infra terminos abbatiae, sicut constitutum est in Capitulo generali, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; et si usque ad festum beati Joannis Baptistae non emendaverint, videlicet praesentis anni, ex tunc abbas, cellerarius sint omni sexta feria in pane et aqua donec fuerint emendati. Abbas de Brueria nuntiabit omnibus qui sunt in Anglia ; abbas de Tinterna nuntiabit illis qui sunt in Wallia.

15 Abbas de Locedio [1] qui filiam suam [2] non visitavit, nec tempore opportuno aliis iniunxit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

16 Idem sustineat abbas Claraevallis [3] qui non visitavit filiam suam Sanaevallis [4].

17 Idem sustineat abbas Sancti Martini [5] qui iniunctam sibi visitationem de Cliento [6] non peregit. Abbas de Fossa [7] hoc ei denuntiet.

18 Abbas de Fossa nova qui filiam suam de Ferraria [8] non visitavit eamdem poenam sustineat.

19 De abbate de Ulcotram [9] qui ad Capitulum generale non venit octo annis, ut dicitur, committitur abbatibus de Beilanda [10] et de Joriavalle [11], qui veritatem diligenter inquirant et quod invenerint sequenti Capitulo studeant nuntiare. Ipse etiam abbas de


---

[b] capit. collect. et missa sicut : *C*¹. [c] sancto : *C*¹*P*¹⁰.

14 : *P*¹.
15 : *P*¹.
16 : *P*¹.
17 : *P*¹.
18 : *P*¹.
19 : *P*¹.


---

1 In Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.
2 Quatuor abbatias genuit Locedio ; incertum est de qua hic agitur.
3 Chiaravalle propre Mediolanum, *OC*, 39.
4 Seu Follina, in ditione Venetorum, dioec. Ceneten., *OC*, 86.
5 S. Martinus de Montibus Viterbii, in patrimonio S. Petri, *OC*, 124.
6 In Piceno, dioec. Camerinen., *OC*, 66.
7 Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinen., *OC*, 37.
8 In regno Neapolitano, dioec. Theanen., *OC*, 178.
9 Holm cultram, in Cumbria, dioec. Karleolen., *OC*, 130.
10 Bellalanda, Byland, in dioec. Eboracen., *OC*, 104
11 Joraval, in dioec. Eboracen., *OC*, 119.


[illegible]

Innocentius episcopus servus servorum
dei dilectis filiis generali capitulo
cisterciensi salutem et apostolicam benedictionem.
In precelse dignitatis honore quo
nos pretulit exaltator humilium
quasi honus importabile nostris est
humeris alligatum. Cuius dum magni-
tudinem stupendam attendimus ad
instar apostolorum principis quem pela-
gi fluctus exterruit non inmerito
formidamus. Sed ubi quodammodo ex
fragilitatis nostre consideratione mer-
gimur ex fiducia divine clemen-
tie relevamur sperantes quod per [illegible] hu-
ius procellosi maris transire possimus angustias. Si nobis [illegible]
auxilium [illegible] deliciis [illegible] spiratis.
Non enim nobis ad eius pietatem negabitis
merentibus illam semper [illegible] odore
bonorum operum et candore virtutum.
Non apud reginam prefulgidam mariam
virginem gloriosam angelica vestra [illegible]
non habebit quorum meritis splen-
det ecclesia quorum exemplis viget et
proficit religio christiana. Non beata
sanctorum acies vestris votum non impertiet
affectibus que nobis benigna reddere
et pro laudis divine preconiis et vite

Ex ms. (XIII°/XIV° s.) abbatiæ cist. de Dunis,
nunc asservato in publ. biblioth.
civit. Brugensis sub n° 378
cf. Appendix, p. 487.



CODEX PICTAVIENSIS (XIIIe s.)
ex abbatia cist. de Stella,
nunc in publ. bibl. Pictaviensi
sub n° 128 *(R²)*

Hulcotram omni occasione postposita Cistercio se praesentet. Abbas de Furnesio [1] hoc eis denuntiet.

De abbatia de Sancto Bartholomeo [2] quae petit incorporari **20**
Ordini, committitur abbatibus de Ponte [3], de Charrero [4], et de Fonte [5] qui, si ita invenerint quemadmodum nuntiatum est Capitulo generali, suscipiant eam cum gaudio et honore et faciant eam incontinenti a Domino proprio [6] confirmari.

Abbates de Sancto Martino in Reata [7] et Sanctae Mariae in **21**
Arbona [8] qui non renuntiaverunt Capitulo generali commissa, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

De abbate de Rota [9] qui non venit ad Capitulum generale cum **22**
venire deberet, eo quod sicut ipse testatur in litteris suis costam fractam habeat et brachium, committitur abbatibus de Berola[10] et de Gimun[11], qui ad illum locum personaliter accedant et veritate diligenter inquisita et quod invenerint sequenti Capitulo studeant nuntiare. Ipse et abbas de Rota sequenti anno Capitulo se praesentent, super hoc responsurus.

De abbate de Cella Sanctae Mariae[12] in Thuringia, qui cele- **23**
brasse dicitur in abbatia sua mulieribus praesentibus, quod episcopus saecularis propter Ordinis instituta facere noluerit, et qui ita debilis est quod non potest abbatizare, committitur abbati Morimundi, qui usque ad Adventum Domini ita emendare studeat quod plane satisfactum sit Capitulo generali.

---

20 : P^1.
21 : P^1.
22 : P^1.
23 : P^1.

---

[1] Furness abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.
[2] Putat Janauschek, *OC*, LXI, hic agi de S. Bartholomeo de Factione, monast. bened. quod ad romanam Ecclesiam immediate pertinens Honorius III, 5° Kalendas sept. 1218, abbatiae Casae-novae reformandum commisit; huius commissionis incertus mansit effectus.
[3] Pons Trebiae, seu Quartazzola, in dioec. Placentin., *OC*, 221.
[4] Carreto, antiquum nomen abbatiae S. M. della Colomba, in dioec. Placentina., *OC*, 45.
[5] Fontevivo, in dioec. Parmensi, *OC*, 68.
[6] i. e. dioecesano episcopo.
[7] Alias S. Pastoris, in dioec. Reatin., *OC*, 222; cf. ann. 1221, n° 40.
[8] S. Maria di Rabona (Ara-Bona), in dioec. Theatina, *OC*, 215.
[9] i. e. Rueda, in Aragonia, dioec. Oscen., *OC*, 134.
[10] Seu Verola, Verula, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[11] Gimont, in Vasconia, dioec. Auxitanen., Rotae abbatia mater, *OC*, 78.
[12] Alias Vetus Cella, Altzelle, in dioec. Misnen., *OC*, 171.

24 Conceditur abbatibus de Scotia ut in abbatiis suis festum beatae Brigittae virginis celebretur.

25 De inhumanitate facta in abbatia et grangia de Pelis [1] abbati et monacho de Cicador [2], quae etiam multis aliis de Ordine exhibetur, committitur abbati de Aceio [3] ut quod videbit dignum emendatione corrigat et sequenti Capitulo quod actum fuerit studeat enuntiare.

26 Frater Richardus Saviniaci [a] [4] monachus, qui dixit quod dominus Cistercii non poterat iniungere in Capitulo generali nisi septem psalmos, [b] qui vocavit abbatem suum clericum, et qui dixit abbati Curiae Dei [5] qui erat iudex a Capitulo generali : *frangentur vobis cornua*, et multa alia convicia, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Qua poenitentia peracta in [c] domo sua, statim mittatur ad [d] aliam domum non reversurus nisi per generale Capitulum.

27 Abbati de Caro campo [6] qui de triplici mendacio coram Diffinitoribus convictus est et quemdam abbatem de equo more militari deiecit, et per quem multa scandala orta sunt, ut dicitur, praecipitur ut incontinenti vadat Pontiniacum et ibi stet ad arbitrium abbatis Pontiniaci.

28 De commutandis filiabus de Joiaco [7], de Risuanni [8], de Altofonte [9], abbatibus de Caduino [10] et de Fazia [11], committitur abbati Pontiniaci, qui consensus conventuum diligenter inquirat et au-

24 : P^1.
25 : P^1.
26 : $L^2MP^1P^{10}T^5$. [a] Savigniaci : $MP^{10}T^5$. [b] personis : P^1 ; etc, sit in levi culpa et postea expellatur ad aliam domum : T^5. [c] e : P^{10}. [d] in : P^{10}.
27 : P^1.
28 : P^1

[1] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 182.
[2] B. M. de Czikador, in Hungaria, dioec. Quinqueecclesien., *OC*, 71.
[3] Aceyum, in dioec. Bisuntinen., hodie S. Claudii, *OC*, 40.
[4] Savigny, in Normannia, *OC*, 95.
[5] La Cour Dieu, in dioec. Aurelianen., *OC*, 6.
[6] Cercamp, in Artesia, dioec. Atrebaten., *OC*, 66.
[7] Jouy, in Bria, dioec. Meldensi, *OC*, 12.
[8] Risu Agni, alias Bonus Locus, in dioec. Burdigalen., *OC*, 64.
[9] Hautefontaine, in dioec. Catalaunen., *OC*, 41.
[10] Cadouin, in dioec. Petracoricen., *OC*, 7.
[11] Faisia, La Faize, in dioec. Burdigalen., *OC*, 109.

ditis omnibus quae ad utilitatem huius rei et firmitatem sunt necessaria, faciat quid viderit expedire.

Querela abbatis Aureaevallis [1] et monialium de Herquenroda [2], committitur abbati Claraevallis, et monachus Aegidius qui, non expectato consensu abbatum delegatorum, appellavit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 29

Supplicandum [a] Domino Papae, ne compellat nos ad mittendos [b] monachos nostros et conversos ad cohabitandum cum monialibus, et in temporalibus eisdem providendis [c]; vergit enim res ista ad [d] praeiudicium Ordinis et periculum animarum. 30

Petitio canonicorum monasterii Lavacensis [3] Ordini nostro incorporari desiderantium, committitur abbatibus de Berdona [4] et de Foilant [5], qui ad locum personaliter accedant; et si invenerint fratres loci illius in hoc proposito et desiderio concordes [a], locum ipsum in possessionibus et ceteris commoditatibus Ordini competentem, sicut [a] in litteris eorumdem quas Capitulo generali miserunt continetur, abbati Bonifontis, cuius domum in matrem sibi dari desiderant licentiam dent, ut cum eis Romam mittat et faciant locum cum pertinentiis suis [b] a Domino Papa confirmari. 31

Petitio nobilis viri Joannis de Munemut de abbatia construenda exauditur, ita tamen quod abbatibus de Brueria [6] et de Bordelea [7] committitur ut cum ille omnia quae abbatiae promisit compleverit, habeant potestatem mittendi illuc conventum de domo de Dora [a] [8], auctoritate Capituli generalis. 32

Festum B. Joannis Evangelistae ante Portam latinam in Bisuntinensi dioecesi exauditur. 33

---

29 : *P*1.
30 : *L*1*L*2*MP*1*P*10. [a] Quod supplicandum : *L*2*P*10 ; est : *L*1*P*1. [b] mittendum : *L*1*P*1. [c] providendum : *L*1*M*. [d] in : *P*1.
31 : *L*2*MP*1*P*10. [a] et : *P*1. [a] quemadmodum : *P*1*P*10. [b] sibi : *MP*1*P*10.
32 : *P*1. [a] *ms* : Dedora.
33 : *P*1.

---

[1] Orval, in Belgio, dioec. Namurcen., *OC*, 23.
[2] Herkenrode, in Belgio, dioec. Leodien., *GC*, III, 1032 ; *TB*, I, 1412.
[3] Labaciae monasterium, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 227.
[4] Bredouës, in Vasconia, dioec. Auxitanen., *OC*, 48.
[5] Fulium, Feuillant, in Languedocio, dioec. Riven., *OC*, 157.
[6] Bruernia, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[7] Bordesleya, in dioec. Wigornien., *OC*, 53.
[8] Dore, in dioec. Herefordien., *OC*, 92.

34 Petitio Odonis de Barris in Hibernia de construenda abbatia, committitur abbatibus de Surio [1] et de Magio [2] qui personaliter accedant ad locum et circumspectis omnibus quae necessaria sunt ad abbatiam construendam, sequenti Capitulo quod invenerint studeant nuntiare.

35 Petitio abbatis de Eleemosyna [3] de anniversario fundatorum suorum faciendo et semel in anno sedendo admittitur.

36 Petitio abbatis de Egris [4] de festo S. Stephani regis Hungariae faciendo admittitur ; fiat de eo sicut de uno confessore non pontifice, et in terra sua.

37 Petitio episcopi Claromontensis [5] de festo S. Astromonii faciendo admittitur in abbatiis nostri Ordinis in sua dioecesi.

38 Sententia lata anno praeterito [6] de silentio non frangendo firmiter teneatur, hoc correcto quod qui ex consuetudine hoc fecerint, si saepius correcti non emendaverint, omni sexta feria sint in pane et aqua, et ultimi omnium usque ad nutum proprii abbatis.

39 Abbas de Alnebroch [7] qui confitetur se et alium suum socium Bertoldum nomine votum vovisse et sic iuramento firmasse quod ad domum de Alnebroch post reditum suum de transmarinis partibus, causa sumendi habitum venirent et hoc ipsum de consilio poenitentiarii Domini Papae habuerunt, et postea spreto voto ac iuramento ad aliam domum se transtulerint, tamquam qui contra votum ac iuramentum suum venerit, deponitur in instanti ; et tam ipse quam supra nominatus Bertoldus in domo de Arnelboch [a] remorentur suo satisfacturi iuramento.

---

34 : *P*¹.
35 : *P*¹.
36 : *P*¹.
37 : *P*¹.
38 : C¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰.
39 : *P*¹. [a] *sic ms.*

---

[1] Seu Inislounagh, in Hibernia, dioec. Lismoren., *OC*, 131.
[2] Alias Nenay, in dioec. Lismoren.. *OC*, 114.
[3] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[4] Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadien., *OC*, 117.
[5] Robertus de Alvernia, Clarom. episc., 1195-1227, *SE*, 538.
[6] Cf. ann. 1221, nº 6.
[7] Almesborne, Amelunxborn, in ducatu Brunsvicensi, dioec. Hildeshemen., *OC*, 38.

BIBLIOTHECA DOMUS GENERALITIAE S. ORDINIS CISTERCIENSIS

Abbas de Florido Campo [1] qui in Capitulo generali publice confessus est quod multos monachos et conversos sub conditione ad conversionem recepit, quod est species simoniae [a], deponitur in instanti. 40

Petitio domini C[onradi] Portuensis [2] et domini S[tephani] Cantuariensis [3] et domini R[ichardus] Sarisberiensis [4] de plenario officio conceditur, audito obitu eorum. 41

Garcionibus ad edendum carnes non dentur nisi graviter infirmentur. 42

1223

Sanctorum patrum nostrorum [a] inhaerentes vestigiis, qui statuentes [b] in Carta Caritatis scripserunt, quod si forte [c] aliqua controversia inter aliquos abbates emerserit, vel de aliquo eorum tam gravis culpa fuerit propalata, ut suspensionem aut etiam depositionem mereatur, quidquid inde fuerit a Capitulo diffinitum, sine [d] retractatione [e] observetur [f]. Suffulti quoque auctoritate trium Summorum pontificum Anastasii [5], Adriani [6] et Alexandri [7], qui in privilegiis suis Cartam Caritatis confirmantibus ita ponunt : « Praeterea si aliqua controversia inter aliquos [g] abbates de Ordine vestro emerserit, vel de aliquo illorum [h] tam gravis culpa fuerit propalata, ut suspensionem vel etiam depositionem mereatur, quidquid inde a Capitulo vestro [i] secun- 1

40 : $L^2MP^1P^{10}W$. [a] symoniae : P^{10}.
41 : C^1.
42 : C^1.
1 : $C^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] nostrorum : *deest* P^4T^4. [b] statuentes : *deest* P^4T^4. [c] forte : *deest* P^4T^4. [d] sine retractatione : *deest* P^4T^4. [e] firmiter : P^4T^4. [f] P^4T^4 *statim transeunt ad huius decreti dispositivam partem* : statuimus. [g] quoslibet : C^1. [h] eorum : C^1. [i] nostro : L^2P^{10}.

[1] Bloomkamp, in Frisia, dioec. Leovardensi, *OC*, 194.
[2] Cf. ann. 1221, nº 7.
[3] Stephanus Langton, Cantuar. archiep. 1207-1228, *SE*, 182 ; *HC*, I, 163.
[4] Richardus (the Poor), Sarisb. episc. 1217-1228, *SE*, 196 ; *HC*, I, 435.
[5] Anastasius IV, 1153-1154, Const. *Sacrosancta Ecclesia*, 5º idus dec. 1153.
[6] Adrianus IV, 1154-1159, Const. *Sacrosancta Ecclesia*, 12º Kal. martii 1156.
[7] Alexander III, 1159-1181, Const. *Sacrosancta Ecclesia*, idibus oct. 1163.

dum ordinem [j] fuerit diffinitum, sine aliqua retractatione teneatur [k] ». Adiuti nihilominus [l] exemplo patrum nostrorum, qui ante aliquot annos statuerunt in Capitulo generali, quod si quis [m] in Ordine nostro appellaverit, sit a Deo et ab Ordine anathema [n]. Freti etiam auctoritate domini Papae Honorii III sub cuius felici regimine degit in praesentiarum Ecclesia generalis, in cuius litteris [o] ad Cisterciensem [p] et Clarevallensem [q] transmissis, haec inter cetera continentur, videlicet, ne de cetero appelletur, statuimus [r] atque [s] praecipimus in virtute obedientiae, ne quis de cetero in [t] Ordine nostro vocem appellationis emittat. Excommunicamus etiam [u] et anathematizamus omnem tam conventum quam personam [v] qui vel quae in Ordine nostro contra Ordinis instituta, seu contra obedientiam de cetero taliter appellaverit, ita quod quisquis in Ordine nostro taliter [w] appellaverit, sciat se statim in canonem latae sententiae incidisse. Addimus etiam quod quicumque contra praesentem institutionem [x] vocem appellationis emiserit, si sit abbas, sciat se esse depositum, si monachus aut [y] conversus, poenam conspiratorum sustineat. Actum [z] anno gratiae [aa] M. CC. XXIII, in praesentia venerabilium patrum G[ualteri] [1] Carnotensis, F[ulconis] [bb] [2] Tholosani, in generali Capitulo, universis abbatibus huic constitutioni suum [cc] assensum praestantibus in eodem Capitulo constitutis.

2 Constitutionem sanctorum patrum [a] sequentes, qui statuentes in Carta Caritatis scripserunt, ne [b] aliqua ecclesia vel persona Ordinis nostri adversus communia [c] Ordinis instituta privile-

---

[j] nostrum : C^1. [k] observetur : C^1. [l] tamen : P^{10}. [m] aliquis : C^1. [n] amotum : P^{10}. [o] litteris : *deest* P^1P^{10}. [p] Cistercium : L^2 [q] Claramvallem : L^2. [r] de cetero : T^4. [s] atque ... obedientiae : *deest* P^4. [t] in Ordine nostro : *deest* P^4T^4. [u] etiam : *deest* $C^1P^4T^4$. [v] Ordinis nostri qui vel quae : P^4T^4 *et statim duo isti codices transeunt ad sequentis statuti similia verba* : privilegium seu indulgentiam... [w] taliter : *deest* P^1. [x] constitutionem : L^2P^1. [y] autem : P^1. [z] Authoritate : L^2P^{10}. [aa] Domini : C^1 *qui codex de episcoporum praesentia tacet.* [bb] Fratris : P^1. [cc] secum : *M*.

2 : $C^1L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^3$. [a] nostrorum : C^1. [b] in : P^1. [c] ipsius : C^1P^1.

---

[1] Gualterus, seu Walterus, ord. cist. antea Pontigniacensis abbas, dein Carnotensis episc., 1219-1234, *SE*, 536 ; *HC*, I, 167.

[2] Fulco, ord. cist. antea Grandisylvae abbas, dein Tolosanus episc., 1205-1231, *SE*, 638 ; *HC*, I, 488.

gium a quolibet postulare audeat, vel obtentum quomodolibet retinere. Subnixi quoque auctoritate trium Summorum pontificum praedictorum, qui in suis privilegiis Cartam [d] Caritatis confirmantibus [e] nominatim et expresse ponunt supra dictam clausulam et confirmant, excommunicamus [f] et anathematizamus omnem tam conventum [g] quam personam nostri Ordinis, qui vel quae privilegium, seu [h] indulgentiam, seu [i] litteras quascumque a quolibet postulaverit, adversus communia [j] Ordinis instituta, praeter consensum Capituli generalis, vel saltem domini Cistercii et quatuor primorum filiorum abbatum, seu qui tale [k] quid obtentum quomodolibet audeat retinere [l].

Ordinamus atque constituimus, ut in qualibet abbatia [a] certus **3**
sit numerus personarum, et [b] discretioni patrum abbatum hoc committitur taxandum.

Praecipitur [a] quod omnibus transeuntibus personis Ordinis **4**
nostri, sicut in aliis ita in ferraturis provideatur in omni loco et natione.

In [a] omnibus abbatiis Ordinis nostri processio fiat in Assump- **5**
tione B. Mariae : ita quod in egressu dicatur r[esponsorium] *Hodie Maria*, in secunda statione *Felix namque*, in introitu ecclesiae antiphona *Ascendit Christus* [b].

Antiqua sententia [a] de non mittendo ad Curiam teneatur. **6**

Inhibetur [a] ne de cetero possessiones abbatiarum gratis dentur **7**
saecularibus ad vitam [b], nisi pro evidenti domorum utilitate, et de consilio [c] patris abbatis et conventus.

---

[d] Cartam nominatim caritatis : C^1. [e] confirmantibus : *deest M.*
[f] excommunicavimus : *M.* [g] monachum : L^2. [h] vel : L^1.
[i] vel : C^1. [j] nostri : L^1P^{10}. [k] aliquid : C^1. [l] *Nota quod codices* $C^1P^4T^4$ *dispositivam tantum huius statuti partem conservant nempe* : Excommunivamus ... etc.

3 : $C^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Ordinis nostri : T^4. [b] et hoc taxandum committimus discretioni (committitur : P^4T^4) patrum abbatum qui tenentur providere qualiter ordo sustineri valeat et durare : $C^1P^4T^4$.

4 : $C^1L^1L^2P^1P^{10}$. [a] Inquisitio facta est in Capitulo generali de ferraturis equorum, praecipitur quod omnibus ... : C^1.

5 : $C^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Constituitur ut in omnibus ... : C^1. [b] De processione Assumptionis et de anniversariis regum, quaere distinct. 3, ubi agitur de divino officio : P^4T^3.

6 : C^1MP^1. [a] consuetudo : C^1.

7 : C^1MP^1. [a] auctoritate Capituli generalis : C^1. [b] ad vitam : *deest* C^1. [c] consensu : C^1.

8 Praecipitur [a] ut anniversarium Berengariae [1] reginae Anglorum [b] post eius obitum per totum Ordinem fiat.

9 Instituitur [a] a Capitulo generali ne [b] priores Ordinis nostri de cetero habeant scriptoria [c], neque claves, neque cappam, neque calcaria, sed [d] nihil omnino proprium ; neque eleemosynas recipiant [e] sub custodia sua. Additur [f] etiam ut [g] nihil omnino dare praesumant, tam ipsi quam cellerarii et [h] alii officiales domus [i], sine permissione [j] abbatis. Quod [k] qui transgressus fuerit, omni sexta feria sit in pane et aqua usque ad nutum abbatis sui.

10 Conceditur episcopo et capitulo Suessionensi ut associentur Ordini nostro, et inter familiares nostros conscribantur.

11 Anniversarium regis Angliae Richardi per Ordinem universum in crastino Annuntiationis dominicae [a] fiat sedendo, ita quod omnes sacerdotes celebrent pro ipso et in conventu dicatur collecta [b].

12 Monachi vel [a] conversi [b] qui ad [c] Ordinem [d] Praedicatorum vel Fratrum Minorum transierint [e], habeantur pro fugitivis [f].

13 Nos G[ualterus] [2] abbas Cistercii et Diffinitores et totum Capitulum generale compositionem factam hoc anno per venera-

---

8 : C^1MP^1. [a] Petitio dominae Berengariae de anniversario exauditur: C^1. [b] Angliae : P^1.

9 : $C^1L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Item institutum est in Capitulo ... : C^1. « P^4T^4 *incip.* : Item ne priores ... [c] scriptoria : *deest* L^1. [d] sed nihil omnino proprium : *deest* P^4T^4. [e] recipiant : *deest* P^4 ; accipiant : C^1. [f] Addiderunt : C^1. [g] ut : *deest* *M*. [h] quam : L^2P^1. [i] domus : *deest* L^1P^4. [j] *praecepto* : C^1P^4. [k] si factum fuerit : P^4T^4.

10 : $L^2MP^1P^{10}$.

11 : $L^2MP^1P^4P^{10}$. [a] Dominicae : *deest* *M*. [b] *apud* P^4T^4 *formula diversa, cf. supra stat.* 5, *nota b.*

12 : $C^1L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] et : L^2. [b] et conversi : *deest* L^1. [c] per : *M*. [d] Minorum fratrum transierint vel Predicatorum ; ... : C^1. [e] fuerint : P^1 ; se transferunt : P^4. [f] P^4T^4 *incip.* : Predicationis officium nullus usurpet nisi indultum ei fuerit, vel iniunctum a Capitulo generali ; qui autem presumpserit pro fugitivo habeatur. Item monachi vel conversi ...

13 : *Haec statuti* 13 *prolixior formula habetur tantum apud* C^1 ; *alii codices* $L^2MP^1P^4P^{10}T^4$, *imo et iterum* C^1 *brevius scribunt* : Compositionem factam per reverendum patrem (nostrum cardinalem : P^1) C[onradum] Portuensem et Sanctae Rufinae episcopum, apostolicae Sedis Legatum (celebratam : P^4T^4), inter abbatem et conventum Cistercii ex una parte et abbatem (et conventum : T^4) Claraevallis ex altera (inter Cisterciensem et Claraevallensem : *M* ; Cistercium et Claramvallem : L^2 ; cistercienses et Claraevallenses : P^1) approbamus et auctoritate Diffinitorum et totius generalis Capituli confirmamus.

---

[1] Richardi I uxor, 1191-1230, *BB*, I, 539.

[2] Gualterus, Cistercii abbas, 1219-1234 (?), *BB*, I, 1676.

bilem patrem Portuensem et Sanctae Rufinae episcopum, Apostolicae Sedis legatum [1], inter Cisterciensem et Claraevallensem acceptamus et ratam habemus et eam decernimus et statuimus perpetuo conservandam. Adicientes de consensu omnium et volentes ut sit de cetero plena concordia inter eos et omnia sint hinc inde remissa, ita quod quidquid a decimo anno usque [diem] in qua facta est compositio per episcopum supradictum apud Gernières fuit ab alterutra parte in praeiudicium alterius partis acceptatum vel factum vel dictum, totum plenarie sit remissum, ut nunquam de cetero tale factum vel dictum possit ei qui fecit vel dixit obici vel obiectum ei nocere nec aliqua poena de cetero ei infligi. Actum anno Domini MCC XXIII apud Cistercium tempore Capituli generalis presentibus venerabilibus patribus G[ualtero] [2] Carnothensi, F[ulcone] [2] Tolosano episcopis qui sigilla sua apposuerunt necnon et nos praedictus G[ualterus] Cistercii, et quatuor primi filii abbates sigilla nostra apposuimus in confirmationis testimonium instrumento presenti.

Abbas et conventus Sancti Dionysii [a] [3] inter familiares nostros conscribantur. **14**

Abbates Ordinis nostri [a] sic profiteantur [b] *salvo Ordine nostro* [c]; aliter, non. **15**

Anniversarium [a] piae recordationis Philippi [4] regis Francorum fiat per totum Ordinem 2° Idus Julii in perpetuum. Prima collecta: *Praesta, Domine, quaesumus*, singulariter; secunda *Fidelium* [b]. **16**

Abbas de Arnesburch [a] [5], qui depositus fuit in Capitulo generali eo quod male intraverat, sicut dicebatur, et modo restitutus est in eodem loco de quo eiectus fuerat, de misericordia Capituli **17**

14: *L²MP¹P¹⁰*. [a] benedicti: *P¹⁰*.

15: *C¹MP¹P⁴T⁴*. [a] sicut continetur in privilegiis Summi Pontificis profiteantur episcopo: *C¹P⁴T⁴*. [b] id est: *C¹*. [c] scilicet ut salvo Ordine nostro profiteantur: *C¹*.

16: *C¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Illustri regi Francorum Philippo conceditur anniversarium per totum Ordinem celebrandum 2° idus iulii: *C¹*. [b] *Cf. supra 5 stat. formula generalis cod. P⁴T⁴*.

17: *L¹MP¹P⁴P¹⁰T⁴W*. [a] Enerbarc: *P¹*; Enerbrach: *M*.

---

[1] Conradus d'Urach, antea Cistercii abbas, dein cardinalis, 1219-1227, *SE*, IX; *HC*, I, 36.

[2] Cf. huius anni statutum primum.

[3] Celebris abbatia O. S. B., *GC*, VII, 332; VIII, 1756.

[4] Philippus-Augustus, 1180-1223, *BB*, II, 3627.

[5] Castrum Aquilae, Arnsburg, in dioec. Maguntin., *OC*, 169.

remaneat in loco suo, cum de rigore Ordinis deberet [b] deponi. Sed ne omnino remaneat impunitus, extra stallum suum per quadraginta dies maneat, et sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Et pater suus de Everbach [c] [1], qui eum sustinuit, poena simili [d] puniatur. Et hoc [e] statuitur ut nullus [f] destitutus a [g] Capitulo generali [h] restituatur [i] in loco de quo depositus fuit, sine nutu Capituli generalis.

18 Abbas de Lenda [2] in Polonia qui hoc anno nec praeterito venit ad Capitulum cum venire debuisset, praecipitur ut sequenti Capitulo, omni occasione et excusatione remota, Cistercio se praesentet, veniam super hoc petiturus. Abbas de Andreo [3] hoc ei denuntiet.

19 De abbatia de Sancto Bartholomeo [4] quae petit incorporari Ordini, committitur abbatibus de Ponte, de Charreto, de Fontevivo, qui si ita invenerint quemadmodum nuntiatum est Capitulo generali, suscipiant eam cum gaudio, et a domino Papa quam citius potuerint [a] faciant confirmari.

20 Monachi Claraevallis qui [a], sicut a multis fide dignis asseritur, perturbatores sunt domus illius, videlicet Radulphus [b] Remensis, qui turpia et talia quae relatu non sunt digna contra dominum Cistercii [c] protulit, et hoc ipsum in Capitulo non negavit, mittatur ad [d] Dunas [5]. Philippus autem Trecensis, qui dixit domino Cistercii quod pepercit [e] ei ne inquisitio fieret super eum, eo quod sodomitam et haereticum sustineret, transmittatur ad domum de Albis Petris [f] [6]. Radulphus vero qui fuit Saviniacen-

---

[b] debeat : *M*. [c] Everbac : *P*¹. [b] filii : *P*¹. [e] *Dispositiva tantum legis pars legitur apud* *L*¹*P*⁴*P*¹⁰*T*⁴ : Statuimus ... [f] abbas depositus : *L*¹*P*⁴*T*⁴. [g] in : *P*⁴*T*⁴. [h] in eodem loco : *T*⁴. [i] nisi de licentia Cap. generalis : *P*⁴*T*⁴.

18 : *P*¹.

19 : *MP*¹. [a] poterunt : *M*.

20 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] qui : *deest* *L*¹. [b] Rodulphus : *L*¹. [c] Cisterciensem : *P*¹. [d] ad : *deest* *M*. [e] pepercerit : *L*¹*P*¹. [f] Petris-Albis : *L*¹.

---

1 Eberbach, in Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.
2 Seu Landa, in Polonia, dioec. Gneznen., *OC*, 90.
3 Andrejovia, Jedrzejow, in Polonia, antiq. dioec. Cracovien., *OC*, 117.
4 Cf. ann. 1222, nº 20.
5 Les Dunes, in Belgio, dioec. Brugen., *OC*, 51.
6 Aubepierre, in dioec. Lemovicen., *OC*, 115.

sis [1] qui probrose de domino Cistercii dixit, quod ipse pepercerat abbati Willelmo [g], ne deponeretur propter mille libras quas ei accommodavit et multa alia dixit quae turbant pacem Ordinis, et in quibus scandala gravia nutriuntur, transmittatur ad aliam domum ad voluntatem abbatis Claraevallis. Et his tribus regressus ad [h] Claramvallem omnino interdicitur, nisi per Capitulum generale. Henricus vero socius cellerarii deponitur de officio suo, et de cetero non equitet, nisi forte de consilio seniorum [i] abbati visum fuerit, quod eum necesse sit equitare.

Abbates de Brueria [2] et de Bordesleia [3], quibus fuit iniunctum, **21**
ut abbatiam quam dominus Joannes de Munemut [4] construere voluit, inspicerent : quod [a] facere neglexerunt, nec aliquid [b] in Capitulo generali renuntiaverunt, sex diebus sint in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et iterum eisdem idem [c] iniungitur ut infra sequens Capitulum id exequantur : ita quod si expedire viderint, conventum introducant, et quod inde [d] fecerint, omnibus modis sequenti Capitulo renuntient. Abbas de Margan [e] [5] hoc eis denuntiet.

Conceditur habitantibus in dioecesi Bisuntina ut festum B. **22**
Johannis ante Portam latinam celebrent, ita quod missa fiat sicut continetur in Gradali [a], lectiones sicut in alio festo, cum responsoriis de S° Marco.

De abbate de Pomoch [6] qui priorem suum misit ad Curiam, **23**
sicut dicitur, contra episcopum suum, committitur abbati de Ebra [7] ut rem diligenter inquirat, et prout viderit expedire [a] auctoritate Capituli emendet, secundum quod continetur in constitutione. Quid autem inde fecerit [b], sequenti Capitulo denuntiet.

---

[g] Guillelmo : *L*¹, Willermo : *L*², Vuillelmo : *P*¹, Vilermo : *P*¹⁰. [h] in : *P*¹.
[i] ut : *L*¹, et : *P*¹.

21 : *MP*¹. [a] quia id : *P*¹. [b] aliud : *P*¹. [c] idem : *deest M*.
[d] Quid autem : *M*. [e] Marquan : *M*.

22 : *MP*¹. [a] Graduali : *M*.

23 : *MP*¹*W*. [a] expedire : *deest P*¹. [b] etc. : *P*¹.

---

[1] Savigny, in Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.
[2] Bruernia, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[3] Bordesleya, in dioec. Wigornien., *OC*, 53.
[4] Jean de Monmouth, cf. ann. 1222, n° 32.
[5] Marganse coenobium, in Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 107.
[6] Alias Nepomuk, in Bohemia, dioec. Budvicen., *OC*, 83.
[7] Ebrach, abbatiae Nepomuk mater, in Bavaria, dioec. Herbipolen., *OC*, 13.

24 Abbas de Ponte Octrano [a] [1] qui litteras quas non inspexit sigillavit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; et monachus qui ei litteras obtulit, eadem poena puniatur, et in capitulo vapulet.

25 Abbas de Dunis [2] qui conspirationem in filia [3] neglexit digne corrigere, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua ; et infra festum Omnium Sanctorum sic corrigat, ut conversi qui in terra illa nimis sunt praesumptuosi [a], inflicta [b] sibi poenitentia, a consimilibus terreantur.

26 De monacho de Bella brancha [4], qui piscabatur in stagno, cuius piscationis occasione quidam submersus est, dicitur [a] ut Dominus Papa super hoc consulatur.

27 Abbati Sanctae Crucis [5] qui hoc anno debuit venire ad Capitulum et non venit, praecipitur ut sequenti Capitulo se praesentet, omni occasione remota. Abbas Morimundi faciat hoc ei denuntiari.

28 De mutatione abbatiae de Nucaria [6], committitur patri abbati [7], ut assumptis secum aliis abbatibus locum mutationis consideret, et faciat quod melius viderit expedire.

29 Petitio domini [a] Camerarii regis Hungariae de construenda abbatia exauditur, et committitur abbati de Sylyo [b] [8] et de Copurnice [c] [9], qui eant ad locum et ad camerarium regis ; et si impleverit quod promisit, habeant potestatem mittendi conventum de domo de [d] Camina [10].

---

24 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Otran : *M* ; Octrano : *L²* ; Etiam : *P¹⁰*.
25 : *MP¹W*. [a] sumtuosi : *M*. [b] conflicta : *P¹*.
26 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] ut dicitur : *L¹L²*.
27 : *P¹*.
28 : *MP¹*.
29 : *L²MP¹P¹⁰W*. [a] D. : *L²P¹*. [b] Scylcyo [?] : *P¹*. [c] Copurnico : *M*. [d] de : *deest P¹*.

---

[1] Pons Otranni, Pontrond, in dioec. Andegaven., *OC*, 32.
[2] Cf. supra statutum 20.
[3] i. e. abbatia de Thosan, seu Ter Doest, in dioec. Brugen., *OC*, 173.
[4] Bellebranche, in dioec. Cenomanen., *OC*, 132.
[5] Huius nominis quatuor virorum extiterunt monasteria, sed agitur hic de Heiligenkreuz in Austria, dioec. Vindobonen., Morimundi filia, *OC*, 36.
[6] La Nuara, in Sicilia, dioec. Messanen., *OC*, 164.
[7] i. e. Sambucinae abbas, in dioec. Bisianen., *OC*, 143.
[8] Sulejow, in Polonia, dioec. Gneznen., *OC*, 175.
[9] Koprzywnica, Clara Provincia, in Polonia, dioec. Cracovien., *OC*, 184.
[10] Alias Wachok, Vanchoscum, in Polonia, dioec. Cracovien., *OC*, 178.

Petitio Cantuariensis [1] et Domini Sarisberiensis [2] de abbatia iterum Ordini incorporanda exauditur [a]. **30**

Petitio Domini Tholosani [3] de abbatiis monialium incorporandis Ordini, videlicet abbatia de Pontio [a] [4] cum filiabus suis, admittitur, ita quod infra annum includantur. **31**

Petitio Marescalli imperatoris admittitur : ita quod committitur abbatibus de Capella [5] et de Belenhusa [a] [6] quod considerent et [b] locum et quantitatem possessionum, et quod invenerint Capitulo sequenti nuntient. **32**

De anniversario Roberti [7] Rothomagensis archiepiscopi in domo de Mortuomari [8] faciendo, exauditur. **33**

Petitio Garciae [a] Fernandi, pro quo supplicavit rex Castellae [9] pro abbatia construenda exauditur, et committitur abbatibus Vallis Bonae[10] et Sacramoeniae[11], qui eant ad [b] locum, et si invenerint quod promissum est, faciant quod conventus de S. Petro[12] cum [c] consilio praedictorum mittatur. **34**

Petitio Domini Odonis de Barri exauditur, de mittendo conventu committitur Claraevallensi et abbati [a] de Blancha landa[13]. **35**

Abbas de Florido Campo[14] qui depositus fuit propter symoniam **36**

---

30 : MP^1. [a] admittitur : P^1.
31 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] de Depontio : *M*.
32 : MP^1W. [a] Belantrura : *MW*. [b] et : *deest MW*.
33 : P^1.
34 : MP^1. [a] Garsiae : *M*. [b] considerent : *M*. [c] cum : *deest M*.
35 : MP^1. [a] abbati : *deest M*.
36 : P^1.

---

[1] Stephanus Langton, Cantuar. archiep., 1207-1228, *SE*, 183 ; *HC*, I, 163 ; *BB*, I, 1380.
[2] Richardus, Sarisber. episc., 1217-1228, *SE*, 197 ; *HC*, I, 435.
[3] Fulco de Massilia, ord. cist., antea Grandisylvae abbas, dein Tolosanus episc., 1205-1231, *SE*, 638 ; *HC*, I, 488 ; *BB*, I, 1536.
[4] Monasterium sancti Pontii de Gemenoso, *GC*, I, 698.
[5] Cappel, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 184.
[6] Bebenhusa, in antiq. dioec. Constantien., *OC*, 191 ; ex P^1 lectione evanescit dubium quod movet Winter, I, p. 216.
[7] Robertus Poulain, Rothom. archiep., 1208-1221, *SE*, 614 ; *HC*, I, 425.
[8] Mortemer in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 48.
[9] Ferdinandus III (Sanctus), 1217-1252, *BB*, I, 1483.
[10] Valbuena, in Veteri Castella, dioec. Palentin., *OC*, 71.
[11] Sagramenia, in Veteri-Castella, dioec. Segovien., *OC*, 67.
[12] S. Pedro de Gumiel, in Veteri Castella, dioec. Oxomen., *OC*, 198.
[13] Albalanda, Whiteland, in Wallia, dioec. Meneven., *OC*, 61.
[14] Bloomkamp, in Frisia, dioec. Leovardien., *OC*, 194 ; cf. ann. 1222, n°40.

quam confessus est in Capitulo generali, et iterum in eadem domo est promotus, tanquam ex ore proprio iudicatus, deponitur in instanti. Abbas vero qui eum instituit, in sequenti Capitulo inde veniam petat, et ad arbitrium Capituli iudicetur.

37 Abbas de Moriolo [a] [1], de quo multa mala dicuntur, et qui nimia laboret infamia apud bonos et graves, deponitur in instanti.

38 Praecipitur a Capitulo generali ut tam abbates quam ceteri officiales expensas accipiant de communi, et in singulis computationibus eas exprimere non omittant.

39 Item de cultellis acuminatis, antiqua sententia teneatur.

1224

1 Tales de cetero recipiantur in conversos [a], qui in labore taliter occupentur, quod evidens sit et certum [b] ipsos in [c] officio sibi commisso laborem unius mercenarii compensare, exceptis [d] magistris grangiarum, qui singulis diebus excitent et compellant ad opera mercenarios [e] et conversos.

2 Nullus dirigatur in via [a], nisi pro evidenti domus utilitate. Si [b] cui [c] vero in spe utilitatis monasterio [d] proveniendae vel etiam procurandae concedenda fuerit licentia equitandi, primum [e] in capitulo licentiam illam [f] petat. Quod si pro urgente necessitate non potuerit capitulum expectare, reversus inde veniam petat, licentiam sibi datam, et causam licentiae similiter [g] manifestans [h].

3 Parcitatem esus carnium approbet [a] visitator et reprimat, non foveat murmurantes, regularis tamen misericordiae non oblitus.

37 : *MP*¹. [a] Mariolo : *M*.
38 : *P*⁴*T*⁴.
39 : *C*¹.
1 : *C*¹*HL*¹*L*²*MP*¹*P*⁴*P*¹⁰*T*⁴. [a] Quilibet conversus in tali labore manuum...: *H*. [b] et certum : *deest L*¹. [c] ipso : *H*. [d] solis : *T*⁴. [e] *hic desinit L*¹.
2 : *C*¹*HL*²*MP*¹*P*⁴*P*¹⁰*T*⁴. [a] viam : *L*²*P*¹⁰ ; ad petitionem suam : *H*. [b] tamen : *P*¹. [c] Si vero alicui : *P*⁴. [d] monasterio ... etiam : *deest H*. [e] primo : *H*. [f] istam : *H*. [g] communiter : *HL*²*P*⁴ ; omnibus : *add.* : *P*⁴. [h] manifestet : *C*¹*T*⁴.
3 : *C*¹*HL*²*MP*¹*P*⁴*P*¹⁰*T*⁴. [a] comprobet : *H*.

[1] B. M. de Moroliis, Moro lio, Moureilles, in dioec. Rupellen., *OC*, 132.

Monacho de via venienti cum converso [a] portario loqui licet, 4
sive sit domesticus, sive hospes [b], quamdiu est extra terminos [c] abbatiae.

Nullus a domo sua [a] emittatur, cuius culpa sine gravi periculo 5
vel [b] scandalo in eadem domo poterit emendari [c].

Quadrigarii nostri [a] contenti sunt illa mensura avenae quae 6
dabitur equis domus illius in qua fuerint hospitati, et mensuras propria in domibus aliis non attendant [b].

Nullus ad instantiam suam ad domum aliam emittatur [a]; 7
sed in [b] sua [c] moriatur [d] aut vivat.

Diffinitiones Capituli generalis omni anno ab omnibus unifor- 8
miter habeantur, sicut fuerint ab originali Diffinitorum transcriptae.

Dicatur [a] omnibus a Capitulo generali, ut omnes qui tam ex 9
parte Capituli [b], quam ex parte Cisterciensis [c] abbatis [d] habent litteras quaestuosas, omni occasione postposita reddant eas, nec [e] de cetero tales habeat aliquis [f], nisi super hoc veniam petierit [g] in Capitulo generali.

Indulgetur [a] abbatibus [b] Ordinis nostri [c] auctoritate Capituli 10
generalis, qui [d] sibi crediderint expedire, dare saecularibus [e] terras [f], vineas et etiam grangias, et alias possessiones ad excolendum cum [g] consensu et voluntate conventus sui et patris abbatis, vel [h] visitatoris, facta tamen prius [i] de decimis compositione assensu et auctoritate [j] episcopi [k] dioecesani [l].

---

4 : $C^1HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] converso : *deest M.* [b] ospes : *H.* [c] *hic desinit H.*

5 : $C^1HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] propria : HL^1. [b] gravi : $L^2P^1T^4$. [c] emendare : *M.*

6 : $C^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Ordinis : P^1. [b] ostendant : C^1T^4.

7 : $C^1HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] mittatur : P^4. [b] domo : $C^1L^1L^2P^1$. [c] propria : $C^1L^1P^4T^4$. [d] aut moriatur aut vivat : P^4T^4.

8 : $C^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$.

9 : $C^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Item precipitur ut omnes ... : $C^1P^4T^4$. [b] generalis : C^1. [c] Cistercii : L^2. [d] abbatiae : P^1. [e] alius : P^1. [f] aliquis : *deest* P^1. [g] petat : C^1.

10 : $C^1HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Item iniungitur : P^4T^4. [b] omnibus : C^1H. [c] Ordinis nostri : *deest* HP^4T^4. [d] si eis viderit expedire : HP^4T^4. [e] saecularibus : *deest H.* [f] ad excolendum cum consensu tamen et voluntate : *H.* [g] de assensu : P^4. [h] et : L^1; etiam : *H.* [i] prius : *deest* P^4. [j] voluntate dyocesani : P^4. [k] et : L^2MP^{10}. [l] L^1 : Conceditur a Capitulo generali licentia locandi terras et possessiones abbatiarum saecularibus, petito consensu et voluntate conventus ....

11 Abbas qui mutuaverit pecuniam [a] contra Ordinis instituta, illi etiam quorum consilio dictum mutuum factum fuerit, poenam sustineant quae est [b] contra transgressores huiusmodi diffinita.

12 Cum abbas aliquis [a] mittitur a patre abbate visitare [b] cum [c] plenitudine [d] potestatis [e], exponit Capitulum generale ut eamdem potestatem habeat tam in capite quam in membris qui mittitur, quam haberet [f] pater abbas [g] qui mittit [h].

13 Praecipitur [a] auctoritate Capituli generalis, ut qui [b] pro culpa [c] ad aliam [d] mittantur [e] abbatiam [f], quamdiu ibi fuerint, nisi promotionis vel alia causa necessaria equitare minime permittantur.

14 Petitio [a] dominae reginae uxoris quondam bonae memoriae Philippi [1] Francorum regis exauditur [b], ut eius anniversarium post eius obitum fiat per Ordinem universum.

15 Nulla persona Ordinis nostri vadat vel mittat [a] pro rege Francorum [b] [2] contra regem Angliae [3], vel e converso, vel [c] pro [d] principibus contra principes terrarum. Qui contra hoc venire [e] praesumpserit, si abbas fuerit, deponatur ; si monachus vel conversus, eiiciatur [f] de domo propria, non [g] nisi per Capitulum generale reversurus.

16 Fratribus Calatravae [a] [4] conceditur [b] a Capitulo generali, ut in ingressu suo in Ordine cuculla ab aliquo benedicatur ab-

11 : L^1MP^1. [a] saecularibus : L^1. [b] olim : L^1.

12 : $C^1HL^2MP^1P^4P^{10}T^3$. [a] alius : P^1. [b] visitator : P^{10}. [c] in : C^1. [d] plena potestate, sic illud « plena potestate » ... : *H*. [e] sic intelligitur illa plenitudo ... : P^4T^4 ; sic id « cum plenitudine potestatis » : $L^1L^2P^1P^{10}$. [f] habet : P^4T^4. [g] abbas : *deest* P^1. [h] misit : *M*.

13 : $HL^1L^2MP^1P^4$. [a] a Capitulo generali : HP^4. [b] L^1 *incip.* : Qui pro culpa .... [c] sua : HP^4. [d] domum : P^4. [e] missus est : L^1 ; mittuntur : P^1. [f] non permittatur equitare, nisi missus fuerit causa promotionis suae vel alia evidenti necessitate : *H*.

14 : $L^2MP^1T^4P^{10}T^4$. [a] Item anniversarium reginae uxoris Philippi quondam regis Francorum post eius obitum ... etc. : P^4T^4. [b] videlicet : $L^2P^1P^{10}$.

15 : $C^1HL^2MP^1P^4T^4$. [a] vel mittat : *deest* C^1. [b] Franciae : *H* ; Angliae ... Franciae : P^4T^4. [c] contra alium principem terrae, vel intromittat se de matrimoniis dirimendis vel procurandis. Quod qui permiserit, si abbas ... etc. : *H*. [d] nec pro aliquo principe : *H*. [e] venire : *deest* C^1P^4. [f] emittatur : P^4. [g] nec reversurus nisi : P^4T^4.

16 : $C^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Calatraviae : L^2MP^1. [b] P^4T^4 *incip.* : Conceditur priori fratrum de Calatravia ut cum venerit ... etc.

[1] Philippus-Augustus, 1180-1223.
[2] Ludovicus VIII, 1223-1226.
[3] Henricus III, 1216-1272.
[4] Militia ex Ord. cist. orta, *TB*, I, 547.

bate. Conceditur etiam priori domus illius, ut cum venerit ad domos Ordinis nostri post priorem loci illius permittatur esse [c] ubique.

Anniversarium [a] domini Richardi [b] [1] regis Angliae fiat semper [c] **17**
tertia feria post octavam [d] Paschae sedendo [e]. Prima collecta [f]: *Praesta, Domine, quaesumus* [g]; secunda : *Fidelium Deus.* Quod [h] si eadem die supervenerit festum XII lectionum, in crastinum [i] fiat idem [j].

Inhibetur [a] abbatibus Ordinis nostri [b], ne sub alia [c] forma **18**
debeant profiteri [d], quam sub forma illa, quam [e] Dominus Cistercii facit episcopo Cabilonensi [2], quae talis est : « Ego N. abbas Cistercii, subiectionem, reverentiam, et obedientiam a sanctis patribus institutam secundum Regulam S. Benedicti tibi pater N. episcope, tuisque successoribus canonice substituendis et sanctae sedi Cabilonensi, salvo ordine nostro, perpetuo me exhibiturum promitto [f] ». Quicumque abbas ausus fuerit aliter profiteri, sciat [g] se in sequenti Capitulo deponendum. Eamdem etiam [h] poenam sustineat qui se ab aliquo saeculari permiserit installari.

Quando aliquis promittit Capitulo generali construere [a] abba- **19**
tiam monachorum Ordinis nostri : si mutaverit voluntatem, et ibi [b] posuerit moniales, illae [c] nunquam incorporentur Ordini nostro. Et si incorporentur [d], abscindantur.

Petitio dominae [a] Comitissae Campaniae [3] pro conversis de **20**

[c] stare in omnibus locis : P^4T^4.

17 : C^1HMP^1. [a] illustris regis Anglorum transmutetur et fiat ... : C^1. [b] illustris regis Anglorum : *H*. [c] semper : *deest* C^1. [d] octavas : *H*. [e] sedendo : *deest H*. [f] dicatur : C^1. [g] singulariter dicenda : *H*. [h] Quando : *H*. [i] crastinum : *deest M*. [j] differatur : *H qui pergit* : festum tamen Roberti ... *cf. infra n°* 22.

18 : $C^1HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] omnibus : C^1H. [b] Ordinis nostri : *deest* $C^1HP^4T^4$ *qui add.* : auctoritate Capituli generalis. [c] illa : P^{10}. [d] episcopis vel archiepiscopis : $C^1HP^4T^4$. [e] sub forma illa quae est ab Ordine instituta. Quicumque ... etc : *H* ; in novis Usibus continetur ; qui vero aliter profiteri praesumpserit ... : P^4T^4. [f] Transgressoribus depositionis poena imponitur : L^1. [g] noverit se in proximo generali Capitulo : *H*. [h] etiam : *deest* HP^4 ; quoque : T^4.

19 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] constituere : P^{10}. [b] ibi : *deest* P^1. [c] moniales : L^2. [d] incorporatae fuerint : L^2P^1.

20 : $C^1L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] dominae : *deest* C^1L^1.

[1] Richardus, dictus Cœur de Lion, 1189-1199.

[2] Ad cuius dioecesim tunc pertinebat Cistercii abbatia.

[3] Blancha, filia sancii regis Navarrae, uxor Theobaldi Campaniae ducis, 1195-1229, *BB*, I, 612.

Argenseolis [b] [1] abbatiae monialium, quam construxit, taliter exauditur, ut conversi praedicti, si tamen [c] habuerint ordinatum habitum in tonsura, barba et vestibus, et scierint ordinem suum [d], cum per domos Ordinis nostri transierint, admittantur in oratoriis et refectoriis conversorum, in [e] ultimo tamen loco.

21 De illis [a] qui in sodomitico vitio fuerint deprehensi statuitur, ut expellantur ab [b] Ordine, omni spe reversionis ablata, nisi quod [c] in extremis agentes in infirmitorio pauperum [d] misericorditer admittantur [e], et [f] defunctis ac vere confessis [g] plenarium [h] servitium persolvatur. Sed si convaluerint, iterum expellantur ab Ordine [i], sicut prius. Concedantur tamen eis litterae generales omnibus communi vita degentibus.

22 Festum beati Roberti [a] [2], sicut statutum est, fiat III° kalendas maii [b].

23 Abbates et monachi et conversi [a] ubique extra abbatias, quando exeunt in [b] expensis propriis [c], vel etiam [d] Ordinis nostri, una [e] tantum pitantia piscium sint contenti.

24 Quidquid receptum fuerit ad usuras in visitationibus [a] recitetur.

25 Statuitur [a] a Capitulo generali ne aliqua domus Ordinis nostri quamdiu fuerit debito [b] centum marcarum ad pondus Trecense obligata, personam aliquam recipiat in monachum vel conversum, nisi fuerit talis persona quae sine scandalo repelli [c] non possit [d].

26 Item inhibetur a Capitulo generali ne de cetero dentur cursori-

---

[b] Argenteola : C^1 ; Argenteolis : $L^1L^2P^{10}$. [c] ordinatum habuerint : L^1L^2. [d] nostrum : L^1. [e] in : *deest* L^1P^1.

21 : $C^1HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Item de his qui : P^4T^4. [b] de : HL^1. [c] qui : *H*. [d] pauperum : *deest* C^1. [e] recipiantur : *H*. [f] ipsis vere confessis et defunctis : C^1. [g] conversis : P^1. [h] plenum : *H*. [i] ab Ordine : L^1.

22 : C^1HMP^1. [a] transmutetur et fiat 3° kalendas maii, sicut dispositum est : C^1. [b] servatis omnibus quae superius fuerunt ordinata : *H*.

23 : $HL^1L^2MP^4P^{10}T^4$. [a] et conversi : *deest* L^1P^{10}. [b] ipsius : P^4. [c] suis : *H*. [d] in : P^{10}. [e] uno tantum ferculo : *H*.

24 : $C^1HL^2P^1P^4$. [a] visitatione : C^1.

25 : HP^4T^4. [a] *H incip.* : Nullus abbas quamdiu .... [b] debitis obligatus usque ad summam taxatam in sententia quae legitur in forma visitationis, nullam personam recipiat, nisi ... : *H*. [c] expelli : P^4T^4. [d] poterit : P^4 ; *H add.* : nec quidquam emat possessionis absque consilio patris abbatis.

26 : C^1.

---

[1] Argenceolae, Argensolles, in dioec. Suessionen., *GC*, IX, 478 ; *TB*, I, 207.

[2] Sanctus Robertus, Cistercii domus fundator, † 1110, *BB*, II, 3999.

bus vel transeuntibus sive aliis saecularibus subtalares panni vel vestimenta vel tale aliquid, exceptis pedulibus vel aliis rebus minimis.

1225

Auctoritate Capituli generalis praecipitur, ut abbates quibus 1
causae Ordinis committuntur attente provideant, quod in causis sibi commissis odiosi [a] conflictus [b], subtiles cavillationes saecularium, in [c] quantum fieri potest [d], evitentur, et simplicitas Ordinis observetur, nec unquam admittantur advocati clerici [e] saeculares.

Redariis Ordinis nostri avenae mensura sufficiens tribuatur [a], 2
et ipsi ad propriam [b] mensuram [c] praebendas [d] non exigant equis suis.

Sententiae de recipiendis conversis [a] et de ferculis piscium anno 3
praeterito editae, quia opportune servari non poterant [b], revocantur [c].

Firmiter praecipitur ut legatis Papae [a] omnis honor [b], omnis 4
reverentia omnisque humanitas [c] secundum domorum possibilitatem [d], ad quas venerint, exhibeantur, in quantum fieri potest [e] ordinate [f], et qui non fecerit, a generali Capitulo [g] digne prout meruerit [h] puniatur.

De electione Claraevallensi [a], de qua multi scandalizati sunt 5
propter formam ipsius, et non propter personam, statuimus licet omnibus remittendum esset, quia [b] pro bono pacis ad hoc inducti sunt ; tamen propter pacem et honestatem Ordinis, omnes tam electores quam abbates, quorum consensu vel consilio hoc [c] factum est, una die infra Adventum in pane et aqua absti-

1 : $HL^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] odiosi : *deest* P^4T^4. [b] et subtiles : P^4T^4. [c] in : *deest* T^4. [d] poterit : $P^4P^{10}T^4$. [e] cleri : *M*.

2 : $HL^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] tribuetur ut : L^2. [b] propriam : *deest* P^1. [c] suam : P^1. [d] praebendam : P^4T^4.

3 : $L^2P^1P^4P^{10}T^4$. [a] qui laborem unius mercenarii compensarent, et de uno ferculo : P^4T^4. [b] poterunt : P^1. [c] servantur : P^{10}.

4 : $HL^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] et cardinalibus : P^4T^4. [b] oportune : P^4T^4. [c] reverentia humanitus : *M*. [d] opportunitatem : *M*. [e] poterit : P^4T^4. [f] in ordine : *M*. [g] a gener. Cap. : *deest* P^{10}. [h] prout meruerit : *deest* MP^{10}.

5 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Clarae-vallensis : *M*. [b] eo quod : P^1. [c] illud : L^2P^{10} ; istud : P^1.

neant. Illa vero electionis forma quae tunc [d] dispensatione concessa est, de cetero nullatenus attrahatur ad consequentiam. Quod si fieri contigerit, qui sic institutus fuerit, deponatur.

6 Statuitur et firmiter praecipitur observari, ut nulli de cetero anniversarium ita de facili, sicut hactenus [a] factum est, concedatur. Si autem necesse fuerit, quod [b] forsitan alicui [c] concedatur, sic intelligi debeat, ut in unaquaque abbatia pro eo, cui concessum fuerit, annuatim una missa privatim tantummodo celebretur [d].

7 Sententiae monialium anno gratiae [a] M. CC. XIX editae, quae praecipitur firmiter observari, additur quod abbatissae [b] et [c] priorissae, quae taxatum numerum personarum [d] transgredi praesumpserint, sciant se [e] deponendas. Nullus autem praeter visitatores claustra earum [f] ingrediatur, nec detur eis licentia loquendi cuiquam [g] nisi per fenestram ad hoc honestius preparatam [h]; et per eamdem fenestram loquantur etiam de confessione, nec ullae de cetero incorporentur Ordini, aut [i] incorporatae [j] ad novas mittantur abbatias, donec peractis competenter aedificiis, et ita possessionibus et rebus necessariis sufficienter dotatae fuerint et ditatae [k], quod possint includi penitus, et inclusae sustentari de suo, ita quod eas non oporteat mendicare. Illae autem quae a quatuor [l] annis incorporatae sunt, sicut statutum est, includantur, aut ab Ordinis corpore abscindantur [m].

8 Conceditur ut domus monialium de Argenceolis [a] [1] in filiabus suis, si quas ipsa [b] genuerit, eamdem habeat potestatem quam de consuetudine et constitutionibus [c] solent matres in filiabus suis [d] obtinere, hoc excepto, quod abbatissa [e] dictae domus sine consilio et assensu abbatis Claraevallis [f], nec destituere [g],

---

[d] tantum : P^1.

6 : $HL^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] actenus : P^1. [b] ut : P^4T^4. [c] aliter : P^1. [d] celebrabitur : P^4T^4.

7 : $D^1L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Domini : T^4. [b] L^1 *incipit* : Abbatissae [c] etiam : P^1. [d] personarum : *deest* M. [e] esse : L^2M. [f] ipsarum : L^1P^1. [g] cuiquam : *deest* $L^2MP^4T^4$. [h] paratam : L^1 ; deputatam : P^4T^4. [i] aut : *deest* M. [j] incorporandae : L^2MP^{10}. [k] fuerint et ditatae : *deest* M. [l] maiorum : P^1. [m] *Apud* D^1 *integrum istud decretum in gallicam linguam translatum legitur sub* n° 1, 2, 3, 4, 5.

8 : $L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Argenteolis : $L^1L^2P^4P^{10}T^4$; Argenseolis : M. [b] ipsa : *deest* M. [c] Ordinis : P^1. [d] suis : *deest* L^2MP^{10}. [e] abbatissae : P^{10}. [f] Claravallensis : P^1. [g] constituere : P^{10}.

---

[1] Argensolles, in dioec. Suessionen., *GC*, IX, 478 ; *TB*, I, 207.

nec instituere [h] poterit [i] abbatissas. Conceditur etiam conversis filiarum [j] dictae domus, si quos habuerit, ut quo modo concessum est conversis de Argenceolis [a], cum ad domos Ordinis venerint, possint ingredi refectorium conversorum.

Domino abbati Sancti Vulmari [1] in nemore, et conventui, **9** conceditur auctoritate Capituli generalis ut inter familiares Ordinis conscribantur.

Venerabili [a] patri abbati Molismensi [2], de cuius domo tam- **10** quam de radice sancta prodierunt sancti patres, a quibus totius Ordinis religio pullulavit, conceditur, ut cum eius obitus fuerit nuntiatus, tantum [b] fiat pro eo per Ordinem universum, quantum pro unoquoque nostrum fieri consuevit ; hoc addito quod [c] audito eius obitu, a singulo [d] sacerdote una missa pro eo celebretur ; prima collecta *Inclina* singulariter, secunda *Fidelium Deus*.

Abbas Sancti Matthaei [3] de Reata, qui hoc anno non venit ad **11** Capitulum generale cum venire deberet, sit extra stallum abbatis et omni sexta feria sit in pane et aqua, donec Cistercium [a] se praesentet [b]. Abbas Sancti Anastasii [4] hoc ei denuntiet.

Causa quae vertitur inter domos de Gilmundo [a] [5] et de Grandi **12** silva [6], super pascuis, iniuriis et damnis illatis, committitur abbatibus de Dalone [b] [7] et de Caduno [8], pace vel iudicio infra sequens Capitulum generale terminanda ; qui excessus digne corrigantur [c] secundum instituta, et tam in hac quam in aliis causis Ordinis conflictus et mos causarum saecularium, in quantum fieri poterit [d], caveatur, et simplicitas Ordinis observetur.

---

[h] nec destituere : P^4 T^4. [i] poterunt : P^{10}. [j] eiusdem : L^1MP^1.
9 : P^1.
10 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Venerando : P^{10}. [b] tam : P^1. [c] ut audito : *M*. [d] singulis sacerdotibus : P^1.
11 : MP^1. [a] Cistercii : *M*. [b] presentaverit : P^1.
12 : MP^1. [a] Guitmundo : *M*. [b] Valone : P^1. [c] corrigant : *M*. [d] potuerit : *M*.

---

[1] Huius nominis erat abbatia O. S. B. in agro Boloniensi, *GC*, X, 1593, et abbatia O. S. Aug. in urbe Boloniensi, *ibid.*, 1611.
[2] Odo II, Molismensis abbas, *GC*, IV, 736.
[3] Al. San Pastore, in dioec. Reatin., *OC*, 222.
[4] Ad Aquas Salvias, prope Romam, *OC*, 62.
[5] Gimundus, Gimont, in Vasconia, dioec. Auxitanen., *OC*, 78.
[6] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
[7] Dalon, in dioec. Tutelen., *OC*, 147.
[8] Caduinum, Cadouin, in dioec. Petracoricen., *OC*, 7.

13 De abbate Utinae Vallis [1], de quo multi multa loquuntur, de Lucella [2] et de Salem [3] abbatibus committitur, ut rem diligenter inquirant, et secundum quod invenerint, auctoritate Capituli digne studeant emendare, et quod inde, etc.

14 Conceditur abbatibus de Wallia [a], ut eant aut mittant ad Curiam pro iniuriis sibi ab episcopo Menevensi illatis, et Domino Papae pro eis a Capitulo supplicetur.

15 Abbas Aquae Formosae [a] [4], qui interfuit et non contradixit institutioni supprioris de Mattina [5] in abbatem Sanctae Trinitatis [6] inordinate celebratae, tribus diebus sit in levi culpa.

16 Abbas de Rocha amatoris [7] in Sicilia, qui numquam, ut dicitur [a], venit ad Capitulum generale, sequenti anno, omni occasione remota veniat ; qui si non venerit, sciat se esse depositum. Abbas de Matina hoc ei denuntiet.

17 De conspiratione fratrum in domo Sancti Galgani [8], committitur Sancti Anastasii [9] et de Cliento [10] abbatibus qui diligenter inquirant et secundum Ordinis instituta districte corrigant auctores, scilicet David quondam priorem, Magnum quondam cellerarium et Joannem quondam portarium, extra matrem domum emittantur et secundum statuta Capituli generalis graviter puniantur. Quod autem inde fecerint sequenti Capitulo denuntient.

18 De abbatiis Azimariae [a] [11] et Sancti Claudii [12] in Hispania, quae petunt incorporari Ordini, committitur abbati Claraevallis qui inde faciat quod viderit Ordini expedire.

---

13 : *P*¹.
14 : *MP*¹. [a] Vallia : *P*¹.
15 : *MP*¹. [a] fremosae : *M*.
16 : *MP*¹. [a] ut deberet : *P*¹.
17 : *P*¹.
18 : *MP*¹. [a] Azimaria : *M*.

---

[1] Uterina Vallis, Eusserthal, in Bavaria, dioec. Spiren., *OC*, 114.
[2] Lucelle, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[3] Seu Salmansweiler, in magno ducatu Badensi, dioec. Constantien., *OC*, 50.
[4] In Calabria citeriore, dioec. Cassanensi, *OC*, 201.
[5] In Calabria citeriore, dioec. S. Marci, *OC*, 179.
[6] SS. Trinita del Legno, in Calabria citeriore, dioec. Rossanen., *OC*, 185.
[7] Roccamadore, in Sicilia, dioec. Messanen., *OC*, 196.
[8] S. Galgano, in Tuscia, dioec. Volaterran., *OC*, 205.
[9] Ad Aquas Salvias, prope Romam, *OC*, 62.
[10] Cliente, in Piceno, dioec. Camerinen., *OC*, 66.
[11] S. M. de Acibeiro, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 228.
[12] In Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 228.

De abbate Mansiadae [1] cui imponitur quod quemdam nobilem **19**
excommunicatum sepulturae tradidit, committitur patri eius
abbati Bonaevallis [2], qui rem diligenter inquirat, et quod corri-
gendum invenerit, corrigat. Deferat ei [a] litteras ex parte Capituli
generalis [b] ad archiepiscopum Viennensem et episcopum Vivarien-
sem pro pace ipsorum excusatorias eius quod abbati Mansiadae
impositum est.

Prior Boni radii [3] qui infirmum abbatem inhumane recepit, **20**
tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Querimonia episcopi Dolensis de abbate Veteris villae [4] abbati **21**
Savigniaci [5] committitur.

Abbas de Pelisio [a] [6] qui sabbato sancto balneum intravit et [b] **22**
in [c] balneo radi se fecit, quadraginta diebus sit extra stallum
abbatis, et sex in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et
omni sexta feria ad usque Pascha sit in pane et aqua. Abbas [d] de
Egris [7] hoc ei denuntiet.

Abbas de Villa longa [8], qui [a] pendente lite inter domum suam **23**
et moniales de Garriga [b] [9], commissione quoque super hoc a
Capitulo generali facta, irreverenter dictas moniales excommu-
nicavit, violenter claves domus illarum [c] abstulit, cartas et muni-
menta [d] fregit, alterum de iudicibus suis [e] in fraude [f] circum-
venire tentavit, datos iudices a Capitulo [g] recusavit, dictas [h]
moniales apud nobiles et ignobiles vulgariter diffamavit, depo-
nitur in instanti [i]. Commutatio quoque grangiarum inter dictas
moniales et domum de Longa villa, pro nulla habeatur, tum

19 : MP^1. [a] etiam : *M*. [b] generalis : *deest* P^1.
20 : MP^1.
21 : P^1.
22 : $L^1L^2MP^1P^{10}W$. [a] Pelicio : L^2; Pilesio : *M*. [b] balneum intravit et : *deest* L^2MP^{10}. [c] in eodem : L^1. [d] Abbas ... etc. : *deest* L^1.
23 : L^1MP^1. [a] litem pendentem : L^1. [b] Garciga : L^1. [c] earum : L^1P^1. [d] monimenta : L^1. [e] suis : *deest* L^2MP^{10}. [f] fraudem : L^1. [g] generali : P^1. [i] etiam : L^1P^1. [j] incontinenti : L^1.

[1] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivarien., *OC*, 9.
[2] Bonnevaux, in Delphinatu, dioec. Viennen., *OC*, 7.
[3] Bouras, in dioec. Senonen., *OC*, 7.
[4] Ste Marie de la Vieu-Ville, in dioec. Redonen., Britannia Minori, *OC*, 105.
[5] Savigny, in Normannia, *OC*, 95.
[6] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 182.
[7] Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadien., *OC*, 177.
[8] Villelongue, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 122.
[9] In Cebennis montibus, Gallia meridionali.

quia sine consensu patrum abbatum facta est, tum quia simoniacam [j] continere visa est pravitatem.

24 Abbas de Camberon [1] et de Valcellis [2] adeant comitissam Flandriae et audiant qualiter abbatiam monialium fundare voluerit et dotare, ita quia [a] eas mendicare non oportet [b] sed clausae remaneant, sicut visum est Capitulo generali expedire. De alia etiam paupercula sic ordinet, et sic larga manu eis provideat, si tamen ei Dominus [c] inspiraverit, ut sicut hactenus, eas non oporteat amplius [d] mendicare.

25 Committitur de Camberon et de Valle Dei [3] abbatibus ut inquirant de homicidio cuiusdam hominis G. de Scotem domini de Breda, quam ipse G. dicit de voluntate abbatis Villariensis [4] et cuiusdam conversi sui interfectum, et quod invenerint Capitulo generali sequenti renuntient.

26 Conversus de Altacumba [5] qui abbates ad Capitulum generale venientes inhumane tractavit, eo quod abbatem suum in generali Capitulo proclamaverant [a], emittatur de domo propria, non reversurus usque ad sequens Capitulum.

27 De abbate Bonae vallis [6] qui asportavit res Mansiadae [a] [7], praecipitur ei ut restituat eas [b] secundum beneplacitum illius abbatis.

28 Abbatia de Furneio [a] [8] scribatur in tabula eodem loco a quo nuper abrasa est, donec ad sequens Capitulum [b] de prioratu inter ipsum et abbatem de Vuaverleia [c] [9] determinetur.

---

[j] symoniacam : *P*¹.

24 : *MP*¹*W*. [a] in qua eas : *MW*. [b] oportet : *MW*. [c] Deus : *P*¹. [d] amplius : *deest MW*.

25 : *P*¹.

26 : *MP*¹. [a] tractaverant : *M*.

27 : *MP*¹. [a] de Mansiade : *P*¹. [b] eas : *deest M*.

28 : *L*²*P*¹*P*¹⁰. [a] Furneis : *L*² ; Abbas de Furneis : *P*¹⁰. [b] generale : *L*². [c] Vuaneleia : *P*¹.

---

[1] Cambron, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 113.
[2] Vaucelles, in dioec. Cameracen., *OC*, 24.
[3] Val-Dieu, in dioec. Leodien., *OC*, 179.
[4] Villers-en-Brabant, in dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[5] Hautecombe, ad lacum Burgeti, in dioec. Camberien., *OC*, 34.
[6] Bonnevaux, in Delphinatu, dioec. Viennen., *OC*, 7.
[7] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivarien., *OC*, 9.
[8] Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.
[9] Waverley, in dioec. Wintonien., *OC*, 16.

Controversia inter abbatem et conventum de Fontanis [1] in Turonia et moniales de Monceio [2], committitur de Curia Dei [3] et de Eleemosyna [4] abbatibus ut de omnibus generaliter terminent, et quod inde fecerint, sequenti Capitulo renuntient generali. 29

Querela abbatum de Fonteneto [5] et de Quintiaco [6], committitur de Pontiniaco et de Claravalle abbatibus, et quid inde, etc. 30

Querela abbatis et conventus de Cumir [7] ex una parte, et abbatis et conventus de Pola [8] ex altera, de Dora [9], de Alba domo [10] et de Parlion [11] abbatibus committitur compositione vel iudicio terminanda. Quid autem inde fecerint renuntient sequenti generali Capitulo. Abbas de Parlion hoc eis denuntiet. 31

Querela abbatum Chingesuude [12] et de Margan [13] committitur de Boueris [14] et de Stausleia [15] in Vute Syrius abbatibus compositione vel iudicio terminanda, et quod inde etc. Abbas de Steth [16] hoc eis denuntiet. 32

Querela abbatum de Pipewelle [17] et de Comba [18] committitur abbatibus de Straford [19] et Vubua [20] abbatibus compositione vel 33

29 : *P*¹.
30 : *P*¹.
31 : *P*¹.
32 : *P*¹.
33 : *P*¹.

[1] Fontanae Albae, Fontaines-les-Blanches, in dioec. Turonen., *OC*, 100
[2] Moncey, abbatia monialium cisterc., *GC*, XIV, 335.
[3] La Cour-Dieu, in dioec. Aurelianen., *OC*, 6.
[4] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[5] Fontenay, in Burgundia, dioec. Divionen., *OC*, 8.
[6] Quincy, in dioec. Senonen., *OC*, 27.
[7] Cumira, Cumhir, in Wallia, dioec. Meneven., *OC*, 74.
[8] Stratae Marcellae aliud nomen, in Wallia, *OC*, 159.
[9] Dore, in dioec. Hereforden., *OC*, 92.
[10] Albalanda, Whiteland, in Wallia, dioec. Meneven., *OC*, 61.
[11] Karlionum, Caerleon, in Anglia, dioec. Landaven., *OC*, 190.
[12] Kingeswoda, Kingswood, in dioec. Glocestren., *OC*, 58.
[13] Marganense monasterium in Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 107.
[14] Bruernia, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[15] Stanleia, Stonley, in dioec. Wigornien., *OC*, 125.
[16] Neth, Neath Abbey, in Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 98.
[17] Pipewella, in dioec. Lincolnien., *OC*, 76.
[18] Combe Abbey, in dioec. Conventren., *OC*, 121.
[19] Stratford Langthorne, in dioec. Londonien., *OC*, 102.
[20] Woburna, in dioec. Lincolnien., *OC*, 43.

iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas de Brueria [1] hoc ei denuntiet.

34 Querela abbatum de Fontibus [2] in Anglia et de Beelanda [3], committitur abbatibus de Furnesio [4], de Rievalle [5] et de Belloloco regis [6], pace vel iudicio terminanda ; ita quod sententia lata de compositione facta teneatur et Bellandesibus interim licet operari in mineria.

35 Abbas Clari campi [7], qui propter aegritudinem iam [a] tertio anno non venit ad Capitulum, cum venire deberet, omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abbatis donec Cistercio [b] se praesentet.

36 Abbas de Faesia [8] qui fratrem Petrum quondam abbatem de Morelio [9] recepit et retinet cum rebus quas dictae surripuit abbatiae, sex diebus sit in levi culpa duobus eorum in pane et aqua, et sit extra stallum abbatis usque ad sequens Capitulum generale, quo se praesentet [a] inde veniam petiturus. Monachus vero dictus ab ipso tamdiu in vinculis teneatur quosque fur ille [b] ablata restituat, et de tanto excessu poenam sustineat congruentem.

37 De abbate de Lanvavet [a] [10] qui permisit mulieribus suam ingredi abbatiam et eis celebrari divina per multos dies, committitur patri abbati de Langoneto [11], qui excessum huiusmodi taliter investiget et puniat, ne [b] ipse de remissione vel negligentia valeat castigari.

38 Abbas Pontigniaci qui non bene correxit, sicut debetur [a], ex-

34 : *P¹*.
35 : *MP¹W*. [a] iam : *deest MW*. [b] Cistercii : *M*.
36 : *MP¹*. [a] ibi et : *P¹*. [b] ipse : *P¹*.
37 : *L¹P¹*. [a] Lanval : *P¹*. [b] ut : *P¹*.
38 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] dicitur : *L²MP¹⁰*.

[1] Bruernia, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[2] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.
[3] Bellalanda, Byland, in dioec. Eboracen., *OC*, 104.
[4] Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.
[5] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[6] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210.
[7] Klaarkamp, in Frisia occident, dioec. Leovardien., *OC*, 154.
[8] La Faise, in dioec. Burdigalen., *OC*, 109.
[9] B. M. de Moroliis, Moureilles, in dioec. Rupellen., *OC*, 132.
[10] Leg. forsan Carnoët, quia haec abbatia in dioec. Corisopiten., unica fuit Langonii filia, *OC*, 175.
[11] Langonnet, in dioec. Corisopiten., *OC*, 41.

cessum illum qui factus est in domo de Joyaco [b] [1] contra abbatem eiusdem domus, qui etiam [c] regi Hierosolymitano et sociis familiae eiusdem carnes ad comedendum ministrare praesumpsit, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et quadraginta extra stallum abbatis, qui [d] utique gravius puniretur, nisi eum praesens infirmitas excusaret. Prior autem Joyaci, qui in excessu [e] iam dicto non videtur carere nota consensionis occultae, deponatur, et a domo propria emittatur, non reversurus, nisi ad nutum domini Cistercii, et frater eiusdem prioris, qui est apud abbatiam Fontis Johannis, non habeat licentiam equitandi.

Johannes de Murmur qui promisit facere abbatiam Ordinis **39**
et non facit, moneatur ex parte Capituli generalis per abbates de Margan [a] [2] et de Bordeleia [b] [3] et de Bildevas [c] [4], ut usque ad sequens Capitulum compleat [d] quod promisit.

Supplicetur ex parte Capituli generalis Domino Papae, ut **40**
generaliter inhibeat universis archiepiscopis et episcopis [a] ne aliam formam professionis ab abbatibus Ordinis [b] exigant, quam ab antiquo noscitur instituta.

Abbas de Clivio [5] qui inconsulto abbate cessit, de praecepto **41**
Capituli generalis infra quindecim dies postquam ei a patre abbate fuerit nuntiatum, ad domum propriam revertatur, quod si non fecerit pro fugitivo habeatur.

Abbas de Bulleio [6], qui recepit in grangia sua conversum qui **42**
se abscidi fecit in saeculo contra instituta Capituli, sit tribus diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et conversus de grangia illa expulsus ad domum aliam emittatur.

---

[b] domo de : *deest M.* [c] et : *P*[1]. [d] qui : *deest L*[2]*MP*[10]. [e] excessui : *L*[2]*MP*[10].

39 : *L*[2]*MP*[10]. [a] Marquan : *MP*[10]. [b] Bardeelia : *M.* [c] Bildena : *M* ; Boldaus : *P*[10].

40 : *L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] episcopis et archiepiscopis : *M.* [b] nostri : *P*[1].

41 : *P*[1].

42 : *P*[1].

---

[1] Jouy, in Bria, dioec. Melden., *OC*, 12.
[2] In Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 107.
[3] Bordesleya, in dioec. et comit. Wigornien., *OC*, 53.
[4] Bildewasium, in dioec. Cestren., *OC*, 102.
[5] Clivense coenobium, seu Vallis Florida, in dioec. Bathonien., *OC*, 202.
[6] Buellium, Boyle, in Hibernia, dioec. Elphinen., *OC*, 113.

43 Abbas Sancti Johannis de Taura [1] de quo multa dicuntur a fide dignis, infra quindecim dies vadat Claramvallem et ibi audiat a patre abbate mandatum Capituli generalis.

44 Praecipitur abbati Pontis Otranni [2] ut novitium de quo inter ipsum et filium suum abbatem de Mellerio [3] quaestio orta est, ad eamdem domum remittat, cum rebus et possessionibus suis, et abbas de Oratorio [4] novitium istum [a] ad hoc faciendum competentius quam potest moneat et inducat; et abbas de Ponte Otranni qui novitium [b] inordinate recepit, quadraginta diebus sit extra stallum abbatis et omni sexta feria in pane et aqua usque ad Pascha.

45 Abbas de Bongard [5] qui ante promotionem suam et post intolerabili laboravit et adhuc laborat infamia, vadat ad domum Belli prati [6], cum patre abbate, ibidem mandatum Capituli auditurus.

46 De priore Firmitatis qui munera in visitatione recepit, committitur abbati de Firmitate qui [a] eum deponat auctoritate Capituli generalis.

47 De domo Aquae longae [7], de qua dicitur quod non potest [a] esse abbatia vel grangia, committitur de Sancto Andrea [8] et de Casa nova [9] abbatibus, qui [b] ad eamdem domum accedant; et si ita esse invenerint concedant eam auctoritate Capituli generalis monialibus de Sancto Spiritu civitatis Astensis [10]. Abbas de Tileto [11] hoc eis denuntiet.

48 Causa quae vertitur inter domum de Pola [12] et domum Vallis

---

43 : *P*¹.
44 : *MP*¹. [a] ipsum : *P*¹. [b] ipsum : *P*¹.
45 : *MP*¹*W*.
46 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*T*⁵. [a] quod : *M*.
47 : *MP*¹. [a] possit : *P*¹. [b] quod : *M*.
48 : *P*¹.

---

[1] S. Joannes de Tarouca, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 61.
[2] Pontrond, in dioec. Andegaven., *OC*, 32.
[3] Mellereium, Melleray, in dioec. Nanneten., *OC*, 85.
[4] Le Loroux, in dioec. Andegaven., *OC*, 10.
[5] Baumgarten, Pomarium, in dioec. Argentinen., *OC*, 112.
[6] Beaupré-sur-Meurthe, in Lotharingia, dioec. Nanceien., *OC*, 33.
[7] S. M. di Acqualonga, in Pedemontio, dioec. Papien., *OC*, 209.
[8] S. Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Januen., *OC*, 22.
[9] In Pedemontio, dioec. Taurinen., *OC*, 121.
[10] Asti, in Pedemontio, *TB*, I, 241.
[11] Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquen., *OC*, 9.
[12] Cf. supra statutum N° 31.

crucis [1], committitur de Albadomo [2], de Chomio [3] et de Deulatres [4], qui causam audiant et ad utilitatem Ordinis studeant terminare et quid inde, etc. Abbas de Basinquuer [5], hoc eis denuntiet.

De ducentis marcis argenti quas Durandus de Boscho burgensis cluniacensis contulit Capitulo generali, committitur de Firmitate et de Benedictione Dei [6] abbatibus qui eleemosynam praedictam efficaciter requirant diligentius et procurent, et quod invenerint sequenti Capitulo studeant nuntiare. **49**

Abbas de Condonio [7] qui hoc anno ad Capitulum venire deberet et non venit, sit extra stallum abbatis et omni sexta feria in pane et aqua donec Cistercium se praesentet. **50**

Conceditur domino Cisterciensis ut mittat conventum ad abbatiam sibi concessam a Domino Papa, secundum quod sibi viderit expedire. **51**

Prior Saltus novalis [8], qui manifeste mentitus est, dicens pueros domini Cistercii viginti duo paria calceorum accepisse, cum non acceperint nisi duo, deponatur ab officio prioratus, et hoc abbas de Spina [9] fieri faciat auctoritate Capituli generalis. **52**

Abbas de Novo castro [a] [10], qui hoc anno venire debuit ad Capitulum, et non venit, et quia professionem inordinatam fieri fecit, et missam in porta permisit celebrari a monacho, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, sit etiam extra stallum abbatis et omni sexta feria in pane et aqua, donec Cistercio [b] se praesentet, pecunia vero quam est pro his excessibus **53**

49 : *P*¹.
50 : *P*¹.
51 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰*T*⁴. [a] Cistercii : *L*²*M*.
52 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰.
53 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰*W*. [a] Novi-Castri : *P*¹. [b] Cistercii : *M* ; Cistercium : *P*¹.

[1] Seu Llanegwast, in Wallia, dioec. S. Asaphi, *OC*, 205.
[2] Seu Alba Landa, in Wallia, *OC*, 61.
[3] Cumhir, in Wallia, dioec. Meneven., *OC*, 74.
[4] Dieulacresium, in Anglia, dioec. Conventren., *OC*, 142.
[5] Basingwerk, in Wallia, dioec. Assaven., *OC*, 99.
[6] In dioec. Lugdunen., *OC*, 53.
[7] Gondonium, Gondon, in dioec. Aginnen., *OC*, 11.
[8] Sandoval, in regno et dioec. Legionen., *OC*, 161.
[9] Espina, in Legione, dioec. Palentin., *OC*, 108.
[10] Neubourg, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 18.

assecutus pauperi domui de Loco crescenti [1] integre persolvatur ; et hoc abbati de Lucela [c] [2] iniungitur exequendum.

54 Abbati de Populeto [3] iterum committuntur duae abbatiae monialium de quarum excessibus multa denuntiantur, ita quod abbatissam quae se voluit violenter defendere, sine retractatione deponat et si contumax et rebellis extiterit, eam excommunicet auctoritate Capituli generalis.

55 Abbas Claraevallis qui modo indebito abbatem de Fonmoriano [a] [4] filium suum deposuit, sit extra stallum abbatis ubique usque ad Natale Domini, et sex diebus in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et omnibus sextis feriis in pane et aqua in adventu et quadragesima huius anni, cui pro reverentia ipsius et domus Claraevallis parcitur, cum debuerit graviori animadversione puniri. De sene illo miserrimo, qui huius inordinatae depositionis fuit malitiosissimus procurator, dicendo se ipsum [b] simoniacum, ut abbatem suum respergeret infamia simoniae [c], de quo solo verbum huius infamiae emanavit, mittatur in Claramvallem et sit ibi omni sexta feria in pane et aqua per annum, et in capitulo eisdem diebus accipiat disciplinam.

56 Abbas Rievallis [5] qui contra dominum Pontiniaci quaedam protulit inhonesta sit tribus diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

57 Querela abbatum de Fontanis [6] et de Beellanda [7] et de Rievalle [8] committitur abbatibus de Vuaverleia [9] et de Gerodona [10] et de Cambemare [11] ut causam compositione vel iudicio auctori-

---

[c] Lucelant : *MP*[10].
54 : *P*[1].
55 : *L*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Fonmorinensi, *L*[2]*MP*[10]. [b] se : *deest L*[1]*MP*[10].
[c] et : *P*[1]*P*[10].
56 : *P*[1].
57 : *P*[1].

---

[1] Lieu-Croissant, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 33.
[2] Lucelle, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[3] Poblet, in Catalonia, dioec. Tarraconen., *OC*, 127.
[4] Fons Morigniaci, Fontmorigny, in dioec. Bituricen., *OC*, 115.
[5] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[6] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.
[7] Bellalanda, Byland, in dioec. Eboracen., *OC*, 104.
[8] Cf. stat. praeced.
[9] Waverley, in dioec. Wintonien., *OC*, 16.
[10] Geroldonia, Garendon, in Anglia, dioec. Conventren., *OC*, 30.
[11] Cumbermera, in dioec. Conventren., *OC*, 100.

tate Capituli generalis studeant terminare, et quod inde fecerint sequenti Capitulo renuntient.

58 De prioratu Carazeti [a] [1], ubi comedunt carnes, faciunt minutiones [b], recipiunt novitios, ut dicitur, praecipitur ut vel ibi [c] construatur abbatia, cum largas habeat possessiones, vel per omnia se habeant sicut illi qui sunt in grangiis.

59 Petitio principis Achaiae de construendo monasterio Ordinis nostri committitur abbati Morimundi.

60 Petitio abbatis Altae [2] de transmutatione abbatiae exauditur a Capitulo generali.

61 Petitio nobilis viri Bernardi de Vesta de construendo nostri Ordinis monasterio committitur abbatibus de Dobrelu [3] et de Cella Sanctae Mariae [4], qui ad locum ipsum personaliter accedentes diligenter considerent si aptus sit ad construendum monasterium, et quod invenerint vel per se vel per alios sequenti Capitulo studeant nuntiare.

62 Petitiones abbatis et conventus Sancti Georgii de Jubino [5] exaudiuntur videlicet de anniversario P[etri] [6] patriarchae Antiocheni et de festo S. Georgii in eadem domo tantummodo celebrando et quod de tertio anno ad minus in tertium annum per maris discrimina visitetur, et in sexto anno veniant ad Capitulum generale.

63 Petitio ducis Poloniae de nova abbatia construenda admittitur, et fundationis inquisitio committitur abbatibus de Syleyo [a] [7] et de Copevenia [b] [8], qui modis omnibus provideant de loci con-

58 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Carrazeti : *L²MP¹⁰*. [b] munitiones : *L²MP¹⁰*. [c] inde : *P¹*.
59 : *L²MP¹P¹⁰*.
60 : *P¹*.
61 : *P¹*.
62 : *P¹*.
63 : *L²MP¹P¹⁰W*. [a] Syleo : *L²P¹⁰* ; Sylec : *P¹*. [b] Copovenico : *L²* ; Copcuenite : *P¹* ; Copuinice : *P¹⁰*.

[1] Carracetum, Carracedo, in Legione, dioec. Astoricen., *OC*, 209.
[2] Alta ? — crista, — cumba, — ripa, — silva ? Haec sunt quatuor nomina cisterc. abbatiarum.
[3] Dobraluca, Dobrilugk, in Lusatia, dioec. Misnen., *OC*, 153.
[4] Seu Vetus Cella, Altzelle, in dioec. Misnen., *OC*, 171.
[5] In Montana Nigra, prope Antiochiam Syriae, *OC*, 217.
[6] Antea abbas de Firmitate, ord. cist., dein Iporediensis episc., Antioch. patriarcha 1209, † 1217, *SE*, 816, 433 ; *HC*, I, 296, 93.
[7] Sulejow, in Polonia, dioec. Gneznen., *OC*, 175.
[8] Koprzywnica, Clara Provincia, in dioec. Cracovien., *OC*, 184.

venientia et possessionibus sufficientibus ; et quod invenerint abbati de Morimundo renuntient, qui si sibi conveniens visum fuerit, illuc mittendi [d] conventum [e] habeat potestatem.

1226

1 In [a] processionibus quae fiunt in Ordine [b], duo cerei ante crucem a duobus monachis [c] indutis albis candidis deportentur [d].

2 Quaestio [a] de casulis olosericis [b] et unius coloris diu [c] ventilata sic a Capitulo definitur, ut qui casulas unius coloris et sine aurifrigio [d] habent [e], et [f] in posterum per eleemosynam habuerint, Deo dante, eis utantur ; et qui in casulis de serico [g] emptis scienter celebraverit [h], quoties celebraverit [i], toties sit in pane et aqua.

3 Diffinitioni factae de ingressu mulierum in abbatiis [a] Ordinis nostri tempore consecrationis ecclesiarum hoc additur, ut [b] eaedem mulieres infra septa abbatiarum pernoctare [c] minime permittantur [d].

4 Sententiae [a] furum additur, ut conversi qui summam seu [b] valorem viginti solidorum monetae currentis in patria [c] excesserint [d] in furando, quamcumque [e] rem, vel [f] bladum, vel aliud, seu proprietatem habendo, ab Ordine [g] expellantur, omni spe reversionis ablata. Concedantur tamen eis litterae generales extra Ordinem ad omnes vita communi degentes. In extremis tamen laborantes in hospitio pauperum admittantur sepulturam cum pauperibus habituri. Qui [h] tamen si convaluerint, expellantur [i] sicut [j] prius.

---

[c] qui si sibi : *deest* P^{10} ; qui sibi dum : L^2. [d] mittendo : L^2P^{10}.
[e] conventum : *deest* L^2.

1 : $HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Indulgetur a Capitulo generali ut in ... : P^4T^4. [b] nostro : P^4T^4. [c] in cucullis mundis et candidis : P^4T^4. [d] defferantur a duobus monachis : *H*.

2 : $HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Quaestio : *deest* P^4T^4. [b] holosericis : P^{10} ; praecipitur ut qui casulas ... : *H*. [c] diu : *deest* L^2MP^{10}. [d] aurifragio : P^1. [e] licenter eis utantur ; qui vero aliter fecerint quotiens in eis ... : *H*. [f] vel : T^4. [g] de cetero : $HL^2P^4P^{10}T^4$. [h] celebraverint : P^4. [i] hoc fecerint ... sint : P^4.

3 : $HL^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] abbatias : T^4. [b] eodem tempore : P^4T^4. [c] pernoctari : *H*. [d] patiantur : P^1.

4 : $HL^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] de furibus : T^4. [b] ad : P^4 ; vel : T^4. [c] patriam : P^4T^4. [d] exceperint : L^2. [e] quamlibet : P^4. [f] in blado : *H*. [g] penitus : P^4T^4. [h] si autem convaluerint : P^4. [i] iterum : P^1. [j] ut : P^4.

Sententiae [a] de prioribus [b], quod non habeant eleemosynas [c] sub cura [d] sua, additur [e] : nec per alium faciant custodiri, nec de ipsis [f] se aliquatenus [g] intromittant [h]. Priores [i] transgressores huius sententiae deponantur. Ad nutum autem abbatis tam eleemosynae quam cetera omnia [j] disponantur. **5**

Statuitur a Capitulo generali ut abbates ad Capitulum venientes ultra tres dies, excepta die qua ingrediuntur in domo [a] Cistercii [b], ante festum S. Crucis moram non faciant, nisi graviter infirmentur. **6**

De introductione vero [a] monachorum [b] servientium [c] et equitaturarum in Cistercium [d] et in quatuor primas [e] domos et in eas [f] quae sunt infra tempore Capituli generalis, antiqua sententia teneatur. **7**

Statuitur a Capitulo generali, ut nulla persona [a] Ordinis carnes comedat a Septuagesima usque ad [b] Pascha. **8**

In vigilia S. Benedicti [a] semper per totum Ordinem fiat commemoratio de S° Cudberto, pontifice et confessore ; collecta : *Deus qui conspicis*. **9**

Abbas et conventus Soxinensis [1] inter familiares conscribatur. **10**

Petitio de Latiniaco [a] [2] et de Juliaco [3] abbatum et conventuum, ut inter familiares nostri Ordinis conscribantur, et ut illi anniversario aggregentur, quod annis singulis celebrari solet pro nostris familiaribus, exauditur. **11**

Abbas de Stucebrune [a] [4], qui monachum cum pecunia alterius **12**

---

5 : $HL^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] priorum : *H*. [b] 1223 editae in qua dicitur (continetur quod : *H*) ne priores : P^4T^4. [c] non custodiant : *H*. [d] custodia : P^1. [e] ut : P^4T^4. [f] eis : P^4T^4. [g] ullo modo : *H*. [h] Imo hec sicut et cetera per abbatem disponantur. Priores vero ... : *H*. [i] Priores ... deponantur : *deest* L^2P^{10}. [j] omnia : *deest* P^1.

6 : $HMP^1P^4P^{10}T^3$. [a] domum : T^4. [b] Cisterciensi : *H*.

7 : $HP^1P^4T^4$. [a] vero : *deest* P^4. [b] et : P^4T^4. [b] in equitaturis : P^4. [d] Cistercio : *H*. [e] primis : *H*. [f] eis : *H*.

8 : $HL^1MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] nostri : $P^1P^4T^4$. [b] in : *H*.

9 : HP^1. [a] commemoratio de s. Cuberto fiat et dicatur collecta : Deus qui conspicis quod ex nulla nostra virtute ; et versus confessoris pontificis : *H*.

10 : P^1.

11 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Latiniato : P^1 ; P^{10} *add* : qui cum pecunia monachum.

12 : $L^2MP^1P^{10}W$. [a] Stulteburne : *M* ; Storcbrune : P^{10}.

---

[1] Soricinium (?), O. S. B. *GC*, XIII, 354.
[2] Lagny, O. S. B, *GC*, VII, 490 ; *TB*, II, 1613.
[3] Juilly, O. S. Aug., *GC*, VIII, 1676 ; *TB*, I, 1586.
[4] Stürzelbronn, in Lotharingia, dioec. Meten., *OC*, 72.

abbatiae recepit, et priorem [b] fecit illum in sua domo, qui et alium monachum infamem et lubricum in suis litteris appellavit brachium suum dexterum, de quo dicta sunt et alia, omni sexta feria sit in pane et aqua, nisi grandis solemnitas aut gravis [c] infirmitas hoc impediat faciendum; per idem etiam tempus usque ad Pascha [d] maneat extra stallum. Pecuniam vero praedictam reddat abbati de cuius domo fuit. Monachus autem praedictus de prioratu deiectus mittatur ad [e] aliam domum, ubi nec potestatem, nec licentiam habeat evagandi.

13 Committitur Casaemarii [1] et Casaenovae [2] abbatibus ut in propria persona omnas abbatias de Calabria, de Apulia et de Sicilia, tam suas quam alias de quarum aliquibus dicitur quod male vivant et inordinate, visitentur in plenaria potestate et emendent et corrigant quae viderint corrigenda, ita quod qui fuerint earum excessus et qualiter fuerint emendati, anno sequenti renuntient Capitulo generali.

14 Contentio abbatum de Furnesio [3] et de Vaverleia [4] super prioratu domorum suarum, committitur de Pontiniaco et de Claravalle et de Eleemosyna [5] abbatibus, ut anno sequenti quando praesentes esse debent dicti abbates rei veritatem diligenter inquirant, quis eorum debeat esse prior et statuant quod inde viderint statuendum.

15 Correctio domus Mellifontis [6] et generationis ipsius committitur abbati Claraevallis ut eam auctoritate Capituli generalis corrigat per se, vel per illos quos illuc miserit in plenaria Ordinis potestate, prout viderit expedire.

16 Querimonia abbatis de Claustro [7] super conversis suis infir-

---

[b] primum *P*[10]. [c] gravis : *deest L*[2]*M*. [d] usque ad Pascha : *deest L*[2]*MP*[1]*W*. [e] aliquam bonam : *L*[2]*P*[10].

13 : *P*[1].
14 : *P*[1].
15 : *P*[1].
16 : *P*[1].

---

[1] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[2] In Aprutio ulteriori, dioec. Pennensi, *OC*, 199, vel alia eiusdem nominis in Pedemontio, *OC*, 121.
[3] Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.
[4] Waverley, in dioec. Wintonien., *OC*, 16.
[5] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[6] In Hibernia, dioec. Armacan., *OC*, 70.
[7] Seu Himmerod, in dioec. Treviren., *OC*, 31.

mantibus, qui in domo Sconaugiae [1] dure recipiuntur et inhumane tractantur, ut dicitur, committitur abbatibus de Cuerbach [2] et Villariensi [3], qui causa diligenter discussa laborent, pro ut potuerint, quod caritas Ordinis ad domesticos praecipue non tepescat, et quod inde decreverint faciant auctoritate Capituli firmiter observare.

Excessus abbatis Fossae novae [4] per venerabilem patrem C[onradum] [a] [5] Portuensem et S. Rufinae episcopum cardinalem Capitulo generali intimatus, videlicet quod dictus abbas piae recordationis N[icolaum] [6] quondam episcopum Tusculanensem [b] in extremis laborantem, et eius familiam nimis inhumane in domo sua tractavit [c]; monachum eius, sicut dicitur, capi fecit, verberari ac spoliari, et ipsum episcopum cum mitra tantum et annulo sine aliis insigniis episcopalibus, cum ea penes se haberet, ut dicitur, sepelivit ; deponitur in instanti ; ita tamen quod Altae cumbae [7] et Casemarii [8] abbates personaliter cum reverentia, qua convenit, accedant ad dominum Portuensem, qui si culpabilem, ut dicitur, invenerint dictum abbatem, denuntient hanc depositionem eidem. Si vero repertus fuerit sine culpa, et placatus fuerit dominus Portuensis et alii cardinales, restituatur ab eis. Quod si [d] forte in sacrosancta romana Ecclesia ortum fuerit intolerabile scandalum de abbate, sententia depositionis in eum lata remaneat inconcussa. **17**

Abbas de Bona cumba [9], qui scandalizavit venerabilem patrem dominum cardinalem Romanum [10], deferendo ad ipsum litteras Raymundi [a] quondam comitis Tolosani excommunicati, in quibus continebatur quod idem Raymundus [b] prohibebat domino cardinali, ne suam terram intraret, et excommunicatio communicavit, omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abba- **18**

---

17 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] C. : *apud L² tantum*. [b] Tusculanum : *M*.
[c] tractaverit : *P¹*. [d] Quorum : *P¹*.
18 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Raimundi : *M*. [b] Remundus : *P¹*.

---

1 Schönau, in Palatinatu, dioec. Wormatien., *OC*, 81.
2 Eberbach, in Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.
3 Villers-Betnach, in Lotharingia, dioec. Meten., *OC*, 26.
4 In Campania romana, dioec. Terracinen., *OC*, 37.
5 Conradus d'Urach, antea Cistercii abbas, card. 1219-1227 ; *SE*, IX ; *HC*, I, 36.
6 *SE*, XIX ; *HC*, I, 38.
7 Hautecombe, ad lacum Burgeti, dioec. Camberien., *OC*, 34.
8 Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
9 Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*., 155.
10 Romanus Bonaventura, card. diac. S. Angeli. *SE*, IX ; *HC*, I, 49.

tis, et abstineat a divinis, donec gratiam obtineat domini cardinalis, et cum litteris eius continentibus offensam eiusdem sibi remissam, Cistercio [c] se praesentet.

19 Querimonia de monachis Vallis magnae [1] moram indebitam apud Montem Pessulanum, ut dicitur, facientibus, committitur patri abbati ipsius.

20 Abbati de Frasneda [2], qui quatuor marchas argenti Capitulo debitas cuidam dicitur mutuasse, praecipitur ut eas anno sequenti, omni occasione cessante, restituat Capitulo generali. De quibusdam autem notabilibus propositis contra ipsum, committitur de Re [3] et de Morolia [4] abbatibus qui, rei veritate diligenter inquisita, culpam eius, si reperta fuerit, auctoritate Capituli corrigant et emendent in plenaria potestate.

21 Committitur auctoritate Capituli generalis de Frigidomonte [5] et de Borbona [6] abbatibus ut commutationem grangiarum factam inter abbatiam Villae longae [7] et moniales de Garriga [8] denuntient partibus nullam esse. Abbas de Calertio [9] hoc eis denuntiet.

22 Abbas de Fulcardimonte [10], qui contra praeceptum et consilium domini Cistercii monachum suum furem [a] absolvit a vinculis quibus tenebatur, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

23 Auctoritate Capituli generalis statuitur ut conversi de Bondelo [11] quorum unus, instigante diabolo, abbatem proprium interfecit propter quod ab eadem domo omnes merito sunt eiecti, de cetero

---

[c] Cistercii : *M.*
19 : *P*¹.
20 : *P*¹.
21 : *P*¹.
22 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*T*⁴. [a] furem : *deest L*¹.
23 : *P*¹.

---

[1] S. M. de Valmagne, in Languedocio, dioec. Montispessulan., *OC*, 138.
[2] Frenade, in dioec. Engolismen., *OC*, 129.
[3] B. Maria in Insula Rea (Ré), prope Rupellam, *OC*, 139.
[4] Moureilles, in dioec. Rupellen., *OC*, 132.
[5] Legend. forsan Frigidofonte, Fontfroide, in dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[6] Bolbona, Boulbonne, in dioec. Tolosan., *OC*, 123.
[7] Villelongue, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 122.
[8] Cf. ann. 1225, nº 23.
[9] Calers, in comitatu Fuxensi, dioec. Riven., *OC*, 115.
[10] Foucarmont, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 97.
[11] Baudeloo, in civitate et dioec. Gandaven., *OC*, 227.

minime revocentur, et domus ipsa quinque conversorum numero in perpetuum sit contenta.

Indulgetur auctoritate Capituli generalis abbati de Suetia [1] ut domus Gothonandiae [2], quae filia eius est, de tertio anno in tertium visitetur, qui tamen abbas domus illius statum per aliquem monachorum suorum addiscere studeat annuatim. 24

De monacho Joiaci [3] de quo dicitur quod abbatem proprium per novaculam voluit occidere, committitur patri abbati [4], qui rem diligenter inquirat, et si tanti flagitii reum invenerit, in carcerem perpetuum retrudatur [a]. 25

Similiter committitur abbati Pontiniaci ut assumptis secum Igniaci [5] et Ursicampi [6] abbatibus, diligenter inquirat de eorum malitia, qui abbati de Charoliloco [7] mortem minati fuisse dicuntur ; et si nefandae comminationis vere [reum] invenerit, perpetuo carceri mancipetur [a]. 26

De abbate Sanctae Crucis [8] in Hungaria, de quo dicitur quod quemdam monachum suum usque ad mortem fecit verberari, et confirmationem pro domo de Egris [9] impetrandam a Curia romana titulo Sanctae Crucis impetravit, committitur de Bocean [10] et de Pelis [11] abbatibus, qui rei veritatem diligenter inquirant, et si ita invenerint, sicut dicitur, deponatur. 27

De sortilegio quod in domo Sancti Godardi [12] dicitur esse factum, committitur abbati Trium fontium [13], qui rei veritatem dili- 28

---

24 : P^1.

25 : HP^1. [a] *apud H lex generalis tantum* : Item praecipitur quod conversi qui minantur mortem abbati perpetuo carceri retrudantur.

26 : P^1. [a] *Cf. stat. praeced. H.*

27 : P^1.

28 : P^1.

---

[1] Nydala, in Suecia, dioec. Lincopen., *OC*, 74.

[2] Guthualia, Gudvala Kloster, in insula Gothlandia, *OC*, 152.

[3] Jouy, in Bria, dioec. Melden., *OC*, 12.

[4] Pontiniacensis abbas.

[5] Igny, in dioec. Remen., *OC*, 14.

[6] Ourscamp, in dioec. Bellovacen., *OC*, 17.

[7] Chaalis, in Insula Franciae, dioec. Bellovacen., *OC*, 44.

[8] Heiligenkreuz, in Austria, dioec. Vindobonen., *OC*, 36.

[9] Egresium, Eres, in Hungaria, dioec. Csanadien., *OC*, 177.

[10] Abbatia de Curc in Bokan, alias Zircium, Zircz, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 181.

[11] Pilisium, Pilis in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 182.

[12] S. Gotthardus, in Hungaria, dioec. Sabarien., *OC*, 183.

[13] In dioec. Catalaunen., *OC*, 6.

genter requirat, et si factum invenerit sortilegium, digne pro meritis patrati sceleris puniantur auctores.

29 Petitio domini Carnotensis de abbatia monialium quae vocatur Sancta Martha [1] de aquis Ordini socianda, committitur abbatibus de Eleemosyna [2] et de Curia Dei [3] ut personaliter accedant ad locum, et si invenerint ut habeant sufficientes proventus, et quod sint inclusae secundum formam Ordinis, exauditur. Abbati vero de Eleemosyna committitur visitatio earumdem.

30 Petitio domini Stephani [4] cardinalis ut abbati de Sancto Galgano [5] concedatur licentia habendi societatem cum saecularibus de animalibus nutriendis, ob necessitatem domus et domini cardinalis reverentiam, exauditur.

31 Petitio domini Henrici de Tempres Viler de fundanda [a] abbatia Ordinis nostri et abbatiae de Salem [6] substituenda, committitur de Paris [7] et de Caissey [8] abbatibus, qui accedant ad locum et inquirant de possessionibus [b], de loco, et quod invenerint anno sequenti renuntient Capitulo generali.

32 Petitio abbatis Casamarii [9] de facienda commemoratione S. Dominici exauditur.

33 Petitio domini Senonensis de quadam abbatia monialium, quae vocatur Curia Sanctae Mariae [10], Ordini socianda, committitur abbatibus de Pontiniaco et de Sacracella [11], ut personaliter accedant ad locum, et si invenerint quod moniales sufficienter habeant unde vivant et inclusae secundum statutum Capituli generalis fuerint, exauditur.

---

29 : *P*¹.
30 : *P*¹.
31 : *P*¹. [a] fundenda : *ms.* [b] processionibus : *ms.*
32 : *P*¹.
33 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰.

---

[1] Eau-lès-Chartres, *GC*, VIII, 1328 ; *TB*, I, 939.
[2] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[3] La Cour-Dieu, in dioec. Aurelianen., *OC*, 6.
[4] Stephanus de Ceccano, ord. cist. antea Fossaenovae abbas, card. 1212-1227, *HC*, I, 39.
[5] In Tuscia, dioec. Volaterrana, *OC*, 205.
[6] Seu Salmansweiler, in magno ducatu Badensi, dioec. Constantien., *OC*, 50.
[7] Parisium, Pairis, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 56.
[8] Kaisheim, Kaisersheim, Caesarea, in dioec. Augusten, in Bavaria, *OC*, 32.
[9] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[10] Cour-Notre-Dame-lès-Gouvernay, *GC*, XII, 29 ; *TB*, I, 811.
[11] Cercanceaux, in dioec. Melden., *OC*, 180.

Petitio viri nobilis Petri [a] de Barris de abbatià monachorum construenda, committitur de Landesio [1] et de Callovio [2] abbatibus, qui personaliter accedentes ad locum, diligenter considerent et inquirant de situ loci, de possessionibus abbatiae collatis, maxime si cum pace episcopi et capituli Nivernensis, et hominum vicinorum istud possit effectui mancipari. Quod autem invenerint, anno sequenti Capitulo generali studeant renunciare. 34

Querela abbatum Furnesii [3] et Jorevallis [4] super quibusdam pasturis committitur abbatibus de Sarleia [5], de Fontibus [6] et de Vlecressae [7] qui pace vel iudicio dictam querelam studeant terminare, et quid inde, etc. 35

Abbas de Dalone [8] qui in visitatione domus suae super quibusdam adversus eum propositis non est ausus expectare probationem, sed non requisitus dedit suae litteras cessionis et duobus mendaciis de uno quod dixit in sua domo, de altero convictus est in audientia Capituli generalis, deponitur in instanti. 36

Abbas de Caduino [9] propter nimiam dissolutionem et multa gravia et peremptoria, quae contra ipsum proposita sunt et probata, deponitur in instanti. 37

Abbas de Grosso bosco [a] [10], qui pecuniam Capitulo missam sine nutu Capituli in proprios usus expendit, et super hoc rite [b] convictus in Capitulo et requisitus in animam suam, inficiatus est veritatem ; et postmodum coram Diffinitoribus octo [c] libras se expendisse confessus est, tam pro fraude quam pro mendacio deponitur in instanti. 38

---

34 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Petri : *deest P¹*.
35 : *P¹*.
36 : *P¹*.
37 : *MP¹*.
38 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] bosto : *P¹*. [b] rite : *deest P¹*. [c] abbatibus : *P¹*.

---

[1] Landais, in dioec. Bituricen., *OC*, 16.
[2] Chalivoix, in dioec. Bituricen., *OC*, 52.
[3] Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.
[4] Joraval, in dioec. Eboracen., *OC*, 119.
[5] Salleia, Sawley Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 109.
[6] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.
[7] Dieulacres, in Anglia, dioec. Conventren., *OC*, 142.
[8] Dalon, in dioec. Tutelen., *OC*, 147.
[9] Cadouin, in dioec. Petracoricen., *OC*, 7.
[10] Grosbois, in dioec. Engolismen., *OC*, 155.

1227

1 In [a] infirmitoriis dicatur [b] communiter in audientia officium defunctorum, et illi qui circa defunctum in ecclesia vigilant, vigilias [c] Beatae Mariae simul cantent [d].

2 Moniales nostri [a] Ordinis si excommunicatae fuerint, a patre abbate debent absolvi, vel ab alio cui ipse super hoc commiserit vices suas.

3 Sententiae falsariorum addatur [a], quod si falsarius [b] inventus fuerit alias [c] fugitivus, si capi potuerit, in domo de qua fuit, carceri mancipetur.

4 Qui monachos quacumque [a] de causa miserit vel conversos, vecturas eis tradat [b], si voluerit [c] ut [d] equitent ; alioquin pedes eant, et nullus eis vecturas [e] tradere teneatur [f], nisi [g] forte aliquis [h] pro negotiis domus suae vel Ordinis missus fuerit, et in via defecerit, vel mortuus fuerit equus suus.

5 Festum dedicationis quando suo die fieri non potuerit, transferatur.

6 Quoniam multae domus in Ordine [a] in multis terris et specialiter in regno Franciae multis debitis sunt oppressae, et de necessitate ac debito caritatis [b] est [c] omnes [d] illas quae se habent aliquanto [e] melius vel minus male, oppressarum onera [f] supportare, statuitur ut nullus in dicto regno recipiatur hoc anno, nisi sit persona multum utilis, quae non possit sine gravi damno vel [g] scandalo recusari. Illud statutum teneatur ubique in domibus

---

1 : $C^1HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] P^{10} *inc.* : Anno 1227, Gregorio 9° papa, B° Jacobo abbate Cistercii 21°, statuta sunt apud Cistercium in Capitulo generali ; L^1P^1 *inc.* : Statuta sunt quae sequuntur in Capitulo generali ; C^1 *inc.* : Anno MCCXXVII statutum est in Capitulo generali ut in infirmitoriis ... [b] dicatur : *deest* L^2MP^{10}. [c] horas : $C^1HP^4T^4$. [d] dicant : C^1 ; persolvant : P^4.

2 : $C^1HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] nostri : *deest* P^4T^4.

3 : $C^1HP^1P^4T^4$. [a] additur : P^1P^4. [b] aliquis : P^4T^4. [c] alias : *deest* P^4.

4 : $C^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] quaque : P^1. [b] provideant : P^4T^4. [c] equitare : C^1. [d] quod : P^4T^4. [e] vecturam : C^1T^4. [f] *hic desin.* C^1. [g] equus eorum fuerit mortuus vel debilitatus : P^4T^4. [h] alias : P^1.

5 : $C^1L^2P^1P^4P^{10}T^4$.

6 : $C^1HL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Ordinis : H. [b] caritas vult : P^{10} ; caritas : L^2. [c] obportet : H ; est : *deest* L^2. [d] omnes : L^1. [e] aliunde : L^1 ; aliquando : L^2P^{10}. [f] honera : H ; munera : L^1. [g] aut : P^1.

quae ultra summam seu [h] valorem [i] centum marcharum ad pondus Trecense fuerint obligatae, et quia [j] Ordinis reformatio pertinet specialiter ad abbates, caveant ipsi quantum potuerint, subire causas et negotia saecularium personarum, et in domibus suis sint magis assidui, ut eorum exemplo ab evagationis dissolutione coerceantur [k] tam monachi quam conversi, sicut hactenus fecisse noscuntur, ea non audeant attentare [l], a quibus abbates viderint abstinere.

Specialiter autem statuitur ut cellerarius [a] et alii officiales 7
cum paucioribus expensis et equitaturis [b], quam potuerint [c] sua officia exequantur.

Nomen Domini Papae, videlicet Gregorius [1] in missalibus 8
scribatur [a], et in *Memento* nominetur.

Commemoratio de S. Barbara per totum Ordinem XVII° [a] 9
kalendas [b] januarii in perpetuum fiat. Collecta: *Omnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi.*

Anniversarium beatae [a] recordationis [b] Domini Papae Hono- 10
rii [2], decimo quinto kalendas [c] aprilis per totum Ordinem fiat [d], et missa pro eo solemniter dicatur in conventu.

De [a] felicis vero memoriae Philippo [3] Francorum [b] et Ri- 11
chardi [c] [4] Angliae regibus, fiat idem [c] diebus olim in diffinitionibus assignatis [b], et pro ipsis celebrent universi.

Petitio domini [a] regis Franciae [b] [5] de anniversario piae recor- 12
dationis [c] Ludovici [6] patris eius septimo idus [d] novembris per

---

[h] seu : *deest M* ; et : P^{10}. [i] valoris : MP^{10}. [j] *hic incip.* C^1.
[k] coherceantur : C^1H ; cohortentur : L^2 ; convertantur : P^{10}. [l] attemptare : C^1P^{10}.

7 : $C^1HL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] cellerarii : HP^1. [b] et equitaturis : *deest* L^1. [c] poterunt : L^2.

8 : $HL^2MP^1P^{10}$. [a] ascribatur : P^1 ; adscribatur : P^{10}.

9 : $HP^1P^4T^4$. [a] XV° : *H*. [b] chalendas : P^1.

10 : $C^1P^1P^4T^4$. [a] bonae : C^1T^4. [b] recordationis : *deest* P^4. [c] chalendas : P^1. [d] *hic desin.* C^1.

11 : $C^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] De DD. Philippo ... : P^4. [b] Franciae : $C^1P^4T^4$. [c] iisdem : P^1P^{10}. [d] *hic desin.* T^4.

12 : $C^1L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] domini : *deest M*. [b] Franciae : *deest* P^4. [c] memoriae : T^4. [d] idibus : L^1.

---

[1] Gregorius IX, 1227-1241.
[2] Honorius III, 1216-1227.
[3] Philippus-Augustus, 1180-1223.
[4] Richardus I, 1157-1199.
[5] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.
[6] Ludovicus VIII, 1223-1226.

totum Ordinem [e], sicut [f] de bonae memoriae [g] Philippo patre ipsius [h] Ludovici faciendo, exauditur. Cum vero illustrem reginam [i] [1] matrem istius regis obire contigerit, isti [j] associetur anniversario [k].

13 Abbas de Gondonio qui rem litigiosam transtulit in personam saecularem in qua domus de Villa longa [2] dicitur ius habere, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. Causa vero eorum super grangia de Garrigua [3] committitur de Borbona [4] et de Fonte frigido abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

14 De abbatia monialium novae domus prope Sanctum Desiderium [5] associanda Ordini, committitur de Igniaco [6], de Bulencuria [7] et de Qualida [8] abbatibus, qui compositione facta inter ipsas et vicinas Ordinis abbatias, faciant quod viderint faciendum ; compositio vero facta inter ipsas moniales et domum de Tribus Fontibus [9] confirmatur.

15 De patre abbate de Sity[10], qui propter turpem infamiam bis, ut dicitur, de prioratu fuit depositus, et postea promotus est in abbatem, committitur de Sancta Cruce[11] in Austria et de Campoliliorum[12] abbatibus, qui diligenter inquirant rei veritatem, et si vera esse invenerint quae dicuntur, eum deponant, auctoritate Capituli generalis.

---

[e] fiat : *L*¹*L*²*P*¹*P*¹⁰. [f] sicut ... faciendo : *deest C*¹. [g] bonae memoriae : *deest M*. [h] eius : *P*⁴. [i] Blancham : *P*⁴*T*⁴. [j] ipsi : *L*²*MP*¹⁰. [k] et unum (inde : *C*¹) fiat pro utroque : *C*¹*P*⁴*T*⁴ ; *add. C*¹ : Hec anniversaria sedendo fiant.

13 : *P*¹.
14 : *P*¹.
15 : *P*¹.

---

[1] Blancha de Castella, 1187-1252.
[2] Villelongue, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 122.
[3] Cf. ann. 1225, nº 23.
[4] Bolbona, Boulbonne, in dioec. Tolosan., *OC*, 123.
[5] Saint-Dizier.
[6] Igny, in dioec. Remen., *OC*, 14.
[7] Boulancourt, in Campania, dioec. Trecen., *OC*, 118.
[8] Seu Kaladia, Chaladia, La Chalade, in dioec. Virdunen., *OC*, 14.
[9] In dioec. Catalaunen., *OC*, 6.
[10] Sitticum, Sittich, in Carniola infer., dioec. Labacen., *OC*, 42.
[11] Heiligenkreuz, in dioec. Vindobonen., *OC*, 36.
[12] Lilienfeld, in Austria infer., *OC*, 212.

Frater Bernardus quondam abbas de Dalone [1], qui iniuste voluit procurare confusionem successori suo, imponens ei multa quae non potuit probare, per quae et propter quae multa turbatio facta est in Capitulo generali, committitur domino Cistercii, eius iudicio puniendus, numquam in abbatem nisi per generale Capitulum promovendus. **16**

Ad preces illustrium regis et reginae Castellae [2], petitio viri nobilis domini Garsiae Roumae de abbatia monialium construenda, ex speciali gratia exauditur, sententia contra quam fieri videtur in suo robore permanente, ita tamen ut domus Sancti Petri de Gomer [3] expensas quas fecit occasione concessionis sibi prius factae velit benignissime resarcire. **17**

Abbas de Valle Dei [a] [4] qui abbatissam sine certa causa deposuit, et cum haberet abbatem de Villariis [5] praesentem, consilium eius non requisivit, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et quadraginta extra stallum; et de cetero nec illas, nec alias moniales visitet, nonnisi de licentia Capituli generalis. **18**

Abbas Casemarii [6] et Casae novae [7], quibus commissum fuit ut visitaverint abbatias de Calabria, Appulia et de Sicilia, qui non renuntiaverunt Capitulo generali quid inde fecerint, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et nihilominus quod hoc anno renuntiasse [a] debuissent, sequenti anno studeant nuntiare. Abbas de Bosco Sancti Stepham [8] hoc eis denuntiet. **19**

Abbates de Tilieto [9] et de Claravalle [10] qui consenserunt elec- **20**

---

16 : *P^1*.
17 : *P^1*.
18 : *$L^2MP^1P^{10}W$*. [a] Dei : *apud P^1 tantum.*
19 : *P^1*. [a] *sic in ms.*
20 : *P^1*.

---

[1] Dalon, in dioec. Tutelen., *OC*, 147.
[2] Ferdinandus III (sanctus), 1201-1252.
[3] S. Pedro de Gumiel, in Veteri Castella, dioec. Oxomen., *OC*, 198.
[4] Val-Dieu, in Belgio, dioec. Leodien., *OC*, 179.
[5] Villers-en-Brabant, in Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[6] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[7] In Aprutio, dioec. Pennen., *OC*, 199.
[8] S. Stephano di Bosco, in Calabria, dioec. Squillacen., *OC*, 123.
[9] Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquen., *OC*, 9.
[10] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.

tioni factae illius qui depositus fuerat a Capitulo generali, non expectata Capituli licentia, sex diebus sint in levi culpa duobus eorum in pane et aqua. Abbas de Colomba [1] hoc eis denuntiet. Excessus vero illorum qui ipsum elegerunt, patri abbati committitur corrigendus.

21 Ad consilium domini Romani [2] legati, dominus abbas Cistercii, de Firmitate, de Claravalle, de Tribus Fontibus [3] et de Landesio [4] abbates pro negotiis Ordinis et communibus expensis ad Curiam romanam mittuntur.

22 Abbati de Albasto [5] et alii domui filiae eius conceditur ut faciant anniversaria regum et reginarum qui domos easdem fundaverunt.

23 Controversia quae vertitur inter abbates de Fontibus [6] in Anglia et de Furnesio [7] super quibusdam pasturis committitur de Gerodona [8] et de Bethlesdene [9] et de Bello loco [10] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

24 Monachi Caroliloci [a] [11] qui minati sunt mortem nonno [b] Joanni quondam abbati eiusdem loci, ultimi sint in domibus ad quas sunt missi, non reversuri nisi per Capitulum generale, nec suum ordinem habituri.

25 Monachus [a] Joyaci [b] [12] qui posuit novaculam in loco abbatis sui, et adhuc incendium minatur, cum sit in saeculo, si capi potuerit, capiatur, et perpetuo carceri mancipetur ; ita tamen quod si voluerit in Ordine satisfacere de commisso, ad remotas

---

21 : *P*¹.
22 : *P*¹.
23 : *P*¹.
24 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Charoliloci : *P*¹ ; Karoliloci : *P*¹⁰. [b] Nomno : *P*¹⁰.
25 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Abbas : *P*¹⁰. [b] Jojaci : *L*².

---

[1] S. M. della Columba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[2] Romanus Bonaventura, card. S. Angeli, *HE*, I, 49.
[3] In dioec. Catalaunen., *OC*, 5.
[4] Landais, in dioec. Bituricen., *OC*, 16.
[5] Alvastrum, in Suecia, dioec. Lincopen., *OC*, 73.
[6] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.
[7] Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.
[8] Geroldonia, Garendon, in Anglia, dioec. Conventren., *OC*, 30.
[9] Bitlesdenum, in dioec. Lincolnien., *OC*, 94.
[10] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210.
[11] Châlis, in Insula Franciae, dioec. Bellovacen., *OC*, 44.
[12] Jouy, in Bria, dioec. Melden., *OC*, 12.

partes mittatur, non reversurus nisi per Capitulum generale, et numquam ad ordinem nisi de licentia Capituli generalis promovendus.

Iniungitur abbati Fontis frigidi [1] ut abbatissam Franchesiarum, de qua multa mala delata sunt ad audientiam Capituli generalis, deponat. 26

Abbas de Portaglon [2] qui non venit ad Capitulum cum venire deberet, omni sexta feria sit in pane et aqua donec Cistercium se praesentet. Abbas de Scala [3] Dei hoc ei denuntiet. 27

Sicut commissum fuit anno praeterito abbati Claraevallis ut abbatias de Hybernia per se vel suos visitaret auctoritate Capituli in plenaria potestate, ita committitur eidem ut quod bene coeptum est, dante Domino, melius consummetur. 28

De Samaria [4], de Buellio [5], de Castro Dei [6], de Kyrie [a] eleison [7], de Viridi ligno [8] abbates qui fuerunt de principalibus conspiratoribus in conspiratione Mellifontis [9], deponuntur in instanti. Abbates Sanctae Mariae Dublinensis [10] et de Portu Sanctae Mariae [11] hoc eis denuntient. 29

Abbatia monialium pro qua rogat dominus episcopus Olmucensis [12], abbati de Vuelgred [13] committitur visitanda. 30

Abbas de Boqian [14] qui hoc anno non venit ad Capitulum cum venire deberet, omni sexta feria sit in pane et aqua et extra stallum abbatis donec Cistercium se praesentet. 31

---

26 : *P*[1].
27 : *P*[1].
28 : *P*[1].
29 : *P*[1]. [a] Chyrie : *ms*.
30 : *P*[1].
31 : *P*[1].

---

[1] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[2] Portaglonium, alias Bouillas, in Languedocio, dioec. Auxitanen., *OC*, 121.
[3] Scala Dei, L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[4] Alias Astrath, in Hibernia, dioec. Rapoten., *OC*, 177.
[5] Boyle, in Hibernia, dioec. Elphinen., *OC*, 113.
[6] Alias Fermoy, in Hibernia, dioec. Cloynen., *OC*, 160.
[7] Alias Odorney, in Hibernia, comitatu Kerryen., *OC*, 137.
[8] Alias Newry, in Hibernia, dioec. Dunen., *OC*, 136.
[9] In Hibernia, dioec. Armacana, *OC*, 70.
[10] St. Mary's Abbey, prope Dublinum, *OC*, 104.
[11] Alias Dunbrody, in Hibernia, dioec. Fernen., *OC*, 181.
[12] Robertus, antea abbas ord. cist., *SE*, 297 ; *HC*, I, 376.
[13] Welegrade, seu Welehrad, in Moravia, dioec. Olomucen., *OC*, 211.
[14] Curc in Bokan, seu Zircium, in Hungaria, *OC*, 181.

32 Conceditur a Capitulo generali ut anniversarium domini Vu-[illelmus] de Bouera fiat in domo de Duncherill [1] qui bene ditavit eam, sicut dicitur, et multis aliis monasteriis benefecit.

33 De Sancto Johanne de Taurauchà [2] et de Alcobatia [3] abbatibus committitur de abbatia monialium construenda a filia regis Portugaliae, qui faciant inde quod viderint faciendum et sequenti anno Capitulo generali studeant renuntiare.

34 De abbate Pontiniaci qui fecit grangiam superfluam, et nimis sumptuosam, et adhuc cum magnis sumptibus quaedam aedificat molendina, cum domus eius sit nimis [a] debitis obligata et de ordine [b] a reformatione domus eiusdem in temporalibus ac spiritualibus committitur domino Cistercii ut per se vel per illos quos illuc duxerit transmittendos ordinet ac [c] disponat, sicut in tanta necessitate viderit expedire.

35 Abbatiae Montis feri [4] dudum Ordini sociatae licet aliquando resilierit, quia modo poenitet et obedit, redditur gratia Capituli generalis ; et mandatur quod in catalogo abbatiarum in aetate viginti annorum ponatur.

36 Abbatia de Maio [5] huc usque filia Mellifontis datur in perpetuam filiam abbatiae de Margan [a] [6] ob ordinis reformationem. Abbatia Vallis salutis [7] huc usque filia Mellifontis datur eodem modo abbatiae de Fontanis in Anglia [8], et abbatia Geripontis [9] huc usque filia Vallis salutis datur eodem modo abbatiae de Fontanis in Anglia. Abbatia de Surio [10] huc usque filia de Maio eodem modo datur abbatiae de Furnesio [11]. Abbatia de Valle

32 : *P*¹.
33 : *P*¹.
34 : *L*¹*P*¹. [a] nimiis : *L*¹. [b] ordinatione : *L*¹. [c] et : *L*¹.
35 : *MP*¹.
36 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Marquam : *M*.

[1] Dunkeswell Abbey, in dioec. Exonien., cuius fundator Guillelmus Briwere (Brewer, Bruer), *OC*, 206.
[2] In Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 61.
[3] In Lusitania, dioec. Ulixbonen., *OC*, 110.
[4] Monfero, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 207.
[5] Magium, alias Nenay, in Hibernia, dioec. Limericen., *OC*, 114.
[6] In Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 107.
[7] Alias Baltinglas, in Hibernia, dioec. Leighlinen., *OC*, 114.
[8] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.
[9] Jeripons, Jerpoint, in Hibernia, dioec. Ossorien., *OC*, 180.
[10] Alias Inislounagh, in Hibernia, dioec. Lismoren., *OC*, 131.
[11] Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.

Dei [1] huc usque filia Geripontis, quia per se subsistere non valet, unitur abbatiae Sancti Salvatoris [2] cum omnibus bonis suis. De abbatia [b] vero Sanctae Crucis [3] huc usque filia de Maio, statuitur ut si visitatores Capituli generalis viderint quod per se subsistere non valeat, abbatiae de Vuquchin [c] [4] uniatur.

Petitio abbatis de Vualsaxa [5] de faciendo festo S. Joannis ante portam latinam, cum duodecim lectionibus, in domo sua, quia ecclesia eius tali fuerit insignita titulo, priusquam veniret ad Ordinem, exauditur. **37**

Petitio [abbatis] Hersendeuse [6] de faciendo anniversario in domo sua sui fundatoris, exauditur. **38**

Petitio regis Scotiae de aedificanda Ordinis nostri abbatia committitur de Rievalle [7] et de Cupro [8] abbatibus, qui consideratis possessionibus et bonis quae dominus rex illi promisit abbatiae, si viderint quod illam abbatiam velit sufficienter dotare, concedatur eodem conventus de domo de Melros [9] auctoritate Capituli generalis. **39**

Petitio abbatis S. Petri de Aquilis[a] [10] de sua abbatia [b] transmutanda committitur patri abbati[11] et abbati de Salzeda[12] qui faciant quod inde viderint expedire. **40**

Petitio filiarum regis Legionis de abbatia monialium facienda, de Spina[13] et de Morerola[14] abbatibus committitur, et ipsi anno sequenti quod invenerint renuntient Capitulo generali. **41**

---

[b] De : *deest M*. [c] Wguetim : *L*²; Wguechin : *M*; Vuguihim : *P*¹⁰.
37 : *P*¹.
38 : *P*¹.
39 : *P*¹.
40 : *P*¹. [a] Agîl : *ms.* [b] domo abbatia : *P*¹.
41 : *P*¹.

---

[1] Alias Glandy, in Hibernia, dioec. Ossorien., *OC*, 184.
[2] Vallis Sancti Salvatoris, Graignemanagh, in Hibernia, dioec. Ossorien,, *OC*, 210.
[3] Holycross, in Hibernia, dioec. Casellen., *OC*, 178.
[4] Woneyum, Abbington, in Hibernia, dioec. Limericen., *OC*, 211.
[5] Waldsassum, Waldsassen, in Bavaria, dioec. Ratisbonen., *OC*, 29.
[6] Hardenhusium, Hardehausen, in dioec. Padeburnen., *OC*, 60.
[7] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[8] Coupar, in Scotia, dioec. S. Andreae, *OC*, 151.
[9] In Scotia, dioec. Glasguen., *OC*, 39.
[10] S. Pedros das Aguias, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 159.
[11] i. e. abbas S. Joannis de Tarouca, in dioec. Lamecen., *OC*, 61.
[12] Salzedas, in dioec. Lamecen., *OC*, 143.
[13] Espina, in Legione, dioec. Palentin., *OC*, 108.
[14] Moreruela, in Legione, dioec. Zamoren., *OC*, 23.

42 Petitio de monialibus de Usan associandis Ordini committitur de Campililiorum [1] et de Sancta Cruce [2] abbatibus qui ad locum accedentes, si illae includi voluerint et habuerint unde vivant, et ipsi viderint expedire, concedant quod fuerit concedendum.

43 Petitio domini Roberti de Curtiniaco de construenda abbatia monachorum committitur de Pontiniaco, de Curia Dei [3] et de Callovio [4] abbatibus, qui ad locum attendant et inspiciant, et secundum quod invenerint, faciant quod noverint faciendum.

44 Petitio comitis Marchiae de construenda abbatia committitur de Castellariis [5], de Pinu [6] et de Miandi [7] abbatibus, qui ad locum accedentes diligenter inspiciant situm loci et inquirant de redditibus et possessionibus [a] et aliis quae dictus comes se collaturum promittit, et secundum quod invenerint faciant quod viderint expedire.

45 Petitio comitis Flandriae de abbatia monialium construenda committitur de Cameron [8], et de Villariis [9] abbatibus, qui diligenter inquirant si secundum Ordinis instituta construi valeat et secundum quod invenerint faciant quod viderint expedire.

46 Petitio abbatis Alcubatiae[10] de mutanda abbatia monachorum in praedio suo, committitur de Sancto Joanne in Tarauca[11], de Sancto Petro de Aquilis[12] et de Salsede[13] abbatibus, qui accedentes ad locum diligenter inspiciant et inquirant et secundum quod invenerint faciant quod viderint expedire.

---

42 : *P*¹.
43 : *P*¹.
44 : *P*¹. [a] pocessionibus : *ms*.
45 : *P*¹.
46 : *P*¹.

---

[1] Lilienfeld, in Austria infer. *OC*, 212.
[2] Heiligenkreuz, in dioec. Vindobonen., *OC*, 36.
[3] La Cour-Dieu, in dioec. Aurelianen., *OC*, 6.
[4] Chalivoix, in dioec. Bituricen., *OC*, 52.
[5] N.-D. des Châtelliers, in dioec. Pictavien., *OC*, 150.
[6] Le Pin, in dioec. Pictavien., *OC*, 65.
[7] Misericordia Dei, La Merci-Dieu, in dioec. Pictavien., *OC*, 129.
[8] Cambron, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 113.
[9] Villers-en-Brabant, in dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[10] In Lusitania, dioec. Ulixbonen., *OC*, 110.
[11] In Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 61.
[12] S. Pedros das Aguias, in dioec. Lamecen., *OC*, 159.
[13] Salzedas, in dioec. Lamecen., *OC*, 143.

Item petitionem domini Romani [1] cardinalis olim ex parte eius factam ad preces ipsius innovamus, ut videlicet audito eius obitu plenarium pro eo servitium per totum Ordinem persolvatur. **47**

Petitio[nem] domini Romani cardinalis ex parte eius factam ad preces eius innovamus ut pro ipso et negocio fidei dicatur a singulis cotidie *Verba mea* et *Pater noster*, versus *Ave Maria* cum flexione genu[um], collecta *Deus auctor pacis*. **48**

Item capitulum Carnotense, Suessionense et Fontis ebraudi inter familiares scribantur. **49**

Abbates de Pontiniaco et Barbereio [2] taxantur hic pro quodam defectu in visitatione. **50**

Item abbas de Buxeto [3] qui tenuit puerum in baptismo, etc. **51**

Missa de Spiritu Sancto a singulis sacerdotibus pro negocio fidei dicatur. **52**

1228

De capellis grangiarum antiqua sententia teneatur. **1**

De beato Francisco, confessore, quarto Nonas octobris, commemoratio fiat, collecta *Deus qui nos beati Francisci...* **2**

Per octavam [a] Assumptionis [b] beatae [c] Mariae dicatur praefatio [d] de festo. **3**

De abbatiis quae sunt in Sicilia [a] et alibi [b], in quibus non sunt duodecim monachi cum abbate, sicut continetur in prima distinctione [c], capitulo octavo, teneatur. **4**

---

47 : P^4T^4.
48 : *H*.
49 : P^4T^4.
50 : T^5.
51 : T^5.
52 : *H*.
1 : HP^1P^4.
2 : HP^1.
3 : $L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] octavas : P^4T^4. [b] B. M. Assumptae : L^2. [c] beatae Mariae : *deest* P^4T^4. [d] festi : P^4T^4.
4 : $HL^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Cilicia : *H*. [b] aliis : P^1. [c] definitione $L^2P^1P^{10}$.

---

[1] Romanus Bonaventura, card. 1216-1243, *HC*, I, 49, 36.
[2] Barbery, in Normannia, dioec. Bajocen., *OC*, 174.
[3] Bugedo, in Veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 167.

5 Piae recordationis domini papae Honorii [1], Richardi [2] regis Anglorum, Philippi [3] et Ludovici [4] Francorum [a] regum anniversaria sedendo fiant, sicut olim diebus in diffinitionibus assignatis. Tertium responsorium dicatur cum tribus versibus a cantore. Si anniversaria ista feria secunda evenerint, vesperae nihilominus die [c] dominica dicantur. In anniversario [d] vero domini papae Honorii, quod semper evenit in quadragesima, duae missae dicantur in [e] conventu, prima de ieiunio, secunda de anniversario, et tam in isto, quam in praedictorum regum anniversariis prima collecta *Praesta, Domine, quaesumus*, secunda *Fidelium*, responsorium *Si ambulem* [f], et tractus *Absolve Domine* celebretur cum duobus ministris. Abbates vero in istis anniversariis non tenentur celebrare, nisi voluerint. Missa vero de anniversario domini papae Honorii, si praesens defunctus fuerit, usque in diem qua congrue dici poterit [g], differatur.

6 Anniversarium piae recordationis [a] Ludovici, quondam [b] regis Francorum [c], sexto [d] idus novembris [e] celebrandum est, per totum Ordinem, in kalendariis [f] innotetur.

7 De [a] Blancha [5] illustri comitissa Campaniae, conceditur ut post eius obitum, anniversario quod debet fieri pro domina B[er]engaria [6], illustri regina Anglorum societur, et fiat anniversarium personaliter pro duabus.

8 Illustri [a] dominae Margaritae Blesensi comitissae conceditur, ut post eius obitum, fiat anniversarium eius per Ordinem universum.

---

5 : $C^1HL^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Franciae : HP^1P^{10} ; *apud M deest regni designatio.* [b] diebus : *deest* MP^{10}. [c] de die : L^2. [d] $C^1P^4T^4$ *incip.* : In anniversariis regum ... [e] in conventu ... de anniversario : *deest* P^4. [f] si ambulent : *M.* [g] potuerit : L^2P^4.

6 : $HL^2P^1P^4P^{10}T^4$. [a] piae recordationis : *deest* P^4T^4. [b] quondam : *deest* P^4T^4. [c] Francorum : *deest* P^4T^4 ; Franciae : *H.* [d] septimo : $HL^2P^4P^{10}$. [e] celebretur : P^4T^4 *et sic desin.* [f] chalendariis : P^1.

7 : $P^1P^4T^4$. [a] Comitissae Campaniae Blanchae conceditur ut anniversarium eius cum eo sororis suae Bengariae societur et unum fiat pro duabus : P^4T^4.

8 : $P^1P^4T^4$. [a] Comitissae Blesensi conceditur anniversarium faciendum.

---

[1] Honorius III, 1216-1227.
[2] Richardus I, 1157-1199.
[3] Philippus-Augustus, 1180-1223.
[4] Ludovicus VIII, 1223-1226.
[5] Theobaldi III uxor, et Sanctii VI filia, 1195-1229.
[6] Sanctii VI, Navarrae regis, filia, 1191-1230.

Petitio [a] domini episcopi Helenensis [1] de faciendo plenario servitio per Ordinem post eius mortem, exauditur. 9

Petitio [a] domini Cabillonensis episcopi [2], de una missa pro eo celebranda post eius obitum a singulis sacerdotibus Ordinis, exauditur. 10

Domino [a] episcopo Vingeniensi [3], conceditur a singulis sacerdotibus Ordinis una missa singularis, cum eius obitus nuntiatus fuerit Capitulo generali. 11

Priorissa et conventus de Saxessa, prior et capitulum Helienses, fratres hospitales Teutonicorum ultra mare, inter familiares Ordinis conscribantur. 12

Abbatissae monialium quae filias habent [a] visitationibus quae fient ab abbatibus non intersint ; sed ipsi abbates quibus commissum fuerit per se visitent [b], corrigenda corrigant, et statuant secundum formam Ordinis quae viderint statuenda. Abbatissae vero matres, si postea accesserint, possunt [c] caritative [d], si qua invenerint corrigenda, corrigere, dummodo caveant prae omnibus, ne de his [e] quae statuerit [f] visitator praesumant aliquid immutare [g], aut statuere contrarium [h], vel [i] ea quae ipsae [j] gesserint [k] redigere in scripturam. 13

De conversis qui furtum committunt [a] ad valentiam viginti solidorum ita [b] sententia [c] temperatur quod sicut olim diffinitum est, ad portam ablato eis [d] habitu emittantur : tamen si [e] compuncti [f], poenituerint, ad [g] veniam poterunt [h] recipi, non tamen [i] 14

9 : *P¹P⁴T⁴*. [a] Episcopo Trecensi (Helenensi : *T⁴*) plenarium officium : *P⁴T⁴*.

10 : *P¹P⁴T⁴*. [a] Episcopo Cabilonensi conceditur a singulis sacerdotibus una missa post eius obitum : *P⁴T⁴*.

11 : *P¹P⁴T⁴*. [a] Similiter episcopo Vigoriensi Alexandriae una : *P⁴T⁴*.

12 : *P¹*.

13 : *HL¹L²MP¹P⁴P¹⁰T⁴*. [a] in visitationibus : *HL¹MP¹*. [b] per se visitent : *deest M*. [c] poterunt : *L¹*. [d] charitative : *P¹*. [e] iis : *L¹P⁴*. [f] statuerint visitatores : *L¹*. [g] imminuere vel mutare aut statuere in : *HP⁴T⁴*. [h] *hic desin. L¹*. [i] aut : *P¹*. [j] ipsae : *deest P⁴T⁴*. [k] iusserint : *P¹P⁴T⁴*.

14 : *L¹L²HMP¹P⁴P¹⁰*. [a] commiserint : *H* ; fecerint : *P⁴T⁴*. [b] prima : *H* ; ista : *L¹*. [c] sententia : *P¹*. [d] eis : *deest M*. [e] postea *L²P¹*. [f] compuncti : *deest P⁴T⁴*. [g] et veniam petierint : *HP⁴T⁴*. [h] quidem : *P⁴T⁴*. [i] non quidem : *H*.

[1] Raymundus IV, episc. de Elna, in Gallia, 1225-1229, *SE*, 599 ; *HC*. I, 238.

[2] Durandus, 1215-1231, *SE*, 533 ; *HC*, I, 152.

[3] Guillelmus de Blois, Wigorniensis episc. 1218-1236, *SE*, 199 ; *HC*, I, 528.

in conversos sed in [j] familiares ; ita quod grossiori pane per annum vescantur, et omni sexta feria in pane et aqua [k], nisi minuti fuerint aut [l] infirmitas [m] aliqua exegerit dispensationem : in aliis vero victualibus [n] morem solitum teneant conversorum [o] et lineis non utantur. Si autem in hoc statu commiserint iterum tale furtum, de Ordine [p] penitus eiiciantur [q].

15 Moniales quae noluerint [a] subire iudicium Ordinis, a societate Ordinis abscindantur ; confessiones [b] non recipiant abbatissae.

16 Nulla monasteria monialium de cetero [a] sub nomine aut sub iurisdictione Ordinis nostri [b] construantur [c], vel [d] Ordini socientur. Si quod vero [e] monasterium monialium nondum Ordini sociatum vel etiam construendum, nostras institutiones [f] voluerit aemulari, non prohibemus ; sed curam animarum earum [g] non recipiemus, nec visitationis officium eis impendemus. Qui vero super hoc faciendo [h] petitionem ad Capitulum deportaverit, vel aliquid [i] scienter procuraverit, per quod possit institutio [j] tam utilis enervari ; si monachus fuerit, vel conversus, a domo propria emittatur, non reversurus, nisi per Capitulum generale ; si abbas fuerit, sit in pane et aqua [k], extra stallum abbatis usque ad sequens Capitulum generale, in ipso [l] Capitulo [m] veniam petiturus.

17 De his [a] quae sunt iam Ordini sociatae a septem [b] annis et infra, antiqua sententia teneatur, videlicet [c] ut [d] penitus infra [e] triennium includantur ; et quae includi noluerint, ubicumque fuerint, a custodia Ordinis se noverint separatas [f]. Huic etiam [g] sententiae additur, ut abbas, qui post [h] triennium visitaverit non inclusas, irrefragabiliter deponatur. Ut autem removeatur

---

[j] in : *deest* P^4T^4. [k] et omni ... aqua : *apud* HP^4T^4 *tantum*. [l] ac : L^2M ; hac : P^{10}. [m] vel solempnitas : HT^4. [n] semper : P^4T^4. [o] conversorum ... utantur : *deest* P^1P^4. [p] expellantur numquam reversuri : P^4T^4. [q] emittantur : L^1L^2M.

15 : D^1 *(gallice)* $HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] nolunt : $L^1P^4T^4$. [b] pro fessiones : L^1.

16 : D^1 *(gallice)* $HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] simili nomine et simili iurisdictione : P^4T^4. [b] Ordinis nostri : *deest* P^4T^4. [c] instruantur : *H*. [d] aut Ordini incorporentur : P^4T^4. [e] vero : *deest* P^4. [f] constitutiones : T^4. [g] ipsarum : P^4T^4. [h] faciendum : *H*. [i] illud : P^1. [j] constitutio : L^1. [k] et erit extra : P^4T^4. [l] ipso : *deest M*. [m] Capitulo : *deest* L^1P^1.

17 : D^1 *(gallice)* $HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] hiis : P^1 ; vero : *add.* $P^1P^4T^4$. [b] sex : P^4T^4. [c] scilicet : L^1. [d] quod : HP^4T^4. [e] intra : P^1. [f] sequestratas : P^4T^4. [g] etiam : *deest* P^4. [h] hunc terminum : P^1 ; hoc : L^1 ; hunc annum : P^4T^4.

a Capitulo generali earumdem taedium et [i] gravamen, Diffinitores in posterum omni anno de ipsis Diffinitoribus ad decidendum causas earum, tres constituant auditores.

Pro domino Papa, pro pace romanae Ecclesiae et imperii, **18** pro domino Romano [1] apostolicae Sedis legato et negotio Albigensium, et pro statu Ordinis nostri et totius sanctae Ecclesiae, pro rege Franciae et regina et eius liberis, et pace regni, et regina uxore quondam Philippi regis, omni sexta feria, dictis septem psalmis in ecclesia, mediocri voce cantetur responsorium *Aspice Domine*, antiphona *Salve Regina*, versus *Ora pro nobis*, et collecta anno praeterito constituta [a], et omnes qui praesentes fuerint, exceptis minutis et infirmis, privatim accipiant disciplinam, et semel in hebdomada, die quae vacaverit, in conventu haec missa *Salus populi* celebretur. Hanc eamdem missam *Salus populi*, cum eis vacaverit, semel in hebdomada dicant singuli sacerdotes ; et alii qui sacerdotes non fuerint dicant semel in hebdomada septem psalmos poenitentiales [b]. Psalmus *Verba mea* antea [c] iniunctus decantari [d], de cetero non dicatur.

Ille qui quondam fuit abbas de Syti [2], de quo iussum [a] fuit **19** anno praeterito, quod [b] deponeretur, et ipse non expectato mandato Capituli generalis [c] cessit, non promoveatur de cetero in abbatem, nisi de licentia Capituli generalis, ac si esset depositus a Capitulo generali.

Conversus qui subito defunctus inventus est habere quinque **20** denarios et non fuit confessus, immo et in sacra solemnitate Nativitatis Dominicae accessit ad sacram communionem non facta confessione, remaneat prout est extra cimeterium tumulatus [a].

Causa quae vertitur inter abbatem Sancti Ioannis in Tarauca [3] **21**

---

[i] vel : *P*¹.

18 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] constitutis : *L²P¹⁰*. [b] poenitentiales : *apud P*¹ tantum. [c] anno : *P*¹ [d] decantari : *deest P*¹.

19 : *L²MP¹P¹⁰W*. [a] visum : *P*¹. [b] quod deponeretur : *deest P*¹. [c] generalis : *deest P*¹.

20 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] tumulatus : *deest L*¹.

21 : *P*¹.

---

[1] Romanus Bonaventura, card. 1216-1243, *HC*, I, 49, 36. Cf. *Rec. Hist. Gaules*, t. XXI, 597.

[2] Sitticum, Sittich, in Carniola infer., dioec. Labacen., *OC*, 42.

[3] In Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 61.

et abbatem de Burio [1], committitur amoto abbate de Monteramorum [2], abbati de Mera [3] et aliis duobus quibus fuit anno praeterito commissa, qui Deum habentes prae oculis secundum quod statutum est causas Ordinis protractari, inquirant super utriusque domus iure diligentius veritatem, et causam plenius instructam, sequenti anno remittant Capitulo, iniungentes partibus, ut veniant aut mittant sententiam recepturae, sine abbate vero de Mera, duo alii non procedant.

22 Causa quae vertitur inter abbatem de Relec [4] et abbate de Cormeleommoray [5] committitur de assensu partium, de Boquiam [6], de Sancto Mauritio [7] et de Veteri Villa [8] abbatibus pace vel iudicio terminanda et quid inde, etc.

23 Frater Willelmus monachus Sancti Andreae de Gofer [9], qui de se ipso turpissima non erubuit publice confiteri, absque spe reversionis de Ordine emittatur. Frater vero Richardus, quondam abbas eiusdem domus, qui ad Ordinem Carthusiensium transiit, si forte voluerit reverti, propter quaedam enormia quae de ipso dicta sunt, omnis ei reversionis aditus denegetur.

24 De priore et aliis monachis de Fontanis [10], qui maligno spiritu agitati, irreverenter contra abbatem suum surrexerunt, et convitiis ac contumeliis eum maximis affecerunt, et tam ipsum quam patrem abbatem extra abbatiam longius ad mortem, ut ipsi metuebant cum gladiis et fustibus prosequendo, in quamdam ecclesiam includi compulerunt, committitur abbati patri de Saviniaco [11], qui sententia in conspiratores olim lata nequissimos, absque omni dilatione percellere non postponat.

---

22 : *P*¹.
23 : *P*¹.
24 : *P*¹.

---

[1] Seu Bouro, in Lusitania, dioec. Bracaren., *OC*, 158.
[2] S. M. de Monte de Ramo, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 134.
[3] Meyra, in Gallecia, dioec. Lucen., *OC*, 73.
[4] B. M. de Reliquiis, Relec, dioec. Corisopiten., *OC*, 24.
[5] B. M. de Silva Mellonis, Coëtmaloën, in dioec. Corisopiten., *OC*, 69.
[6] Boquianum, Boquen, in dioec. Briocen., *OC*, 47.
[7] S. Mauritius de Carnoët, in dioec. Corisopiten., *OC*, 175.
[8] N.-D. de la Vieuville, in dioec. Redonen., *OC*, 105.
[9] St-André de Gouffern, in Normannia, dioec. Bajocen., *OC*, 98.
[10] Fontanae Albae, Saviniaci, filia, in dioec. Turonen., *OC*, 100.
[11] In Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.

Causa quae vertitur inter abbatem Grandis sylvae [1] et abba- 25
tem de Gilmundo [2], committitur abbatibus de Bella pertica [3], de Alto ponte [4] et de Bono fonte [5] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

Abbates de Colbas [6] in Sclavia, qui cum anno praeterito venire 26
debuisset et non venit, nec etiam hoc anno, poenam sustineat in Usibus constitutam. Abbas de Asylo [7] hoc eis denuntiet.

De querimonia quam abbates de Hispania faciunt de monachis 27
Boni radii [8] et conversis, committitur patri abbati [9], qui rei diligentius inquirat veritatem et quos invenerit culpabiles, digne corrigat et castiget. Prior vero, cuius consensu porta domus abbatibus egredi volentibus clausa fuit, deponatur.

Inquirat pater abbas de abbate Sancti Prudentii [10], qui manus 28
violentas iniecisse dicitur in conversum, et quod invenerit, sequenti anno Capitulo renuntiet generali.

Abbas de Barberio [a] [11], qui in visitatione domus Sancti An- 29
dreae [b] [12] monacho de abbate domus turpissimum dixit verbum, quod pudor in sacro conventu prohibet recitare : quod verbum idem abbas negavit coram omnibus se dixisse, et protinus fuit super hoc convictus manifeste, licet pro solo mendacio in Capitulo generali prolato, abbates deponi soleant, tamen quia in continenti dixit se non recolere, cum negavit, et quia [c] in aliis bene satis se dicitur habere, parcitur quidem ei [d] quod non deponitur ; sed praecipitur ei, ut [e] quadraginta diebus sit extra stallum ab-

---

25 : P^1.
26 : P^1.
27 : P^1.
28 : P^1.
29 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Barbereio : L^2P^{10}. [b] L^1 *add.* : de Gofer cuidam... [c] qui : L^1. [d] ei : *deest* MP^1. [e] quod : L^2MP^{10}.

---

[1] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
[2] Gimundus, Gimont, in Vasconia, dioec. Auxitanen., *OC*, 78.
[3] Belleperche, in Vasconia, dioec. Montisalban., *OC*, 75.
[4] Pons Altus, Pontaut, in Vasconia, dioec. Aduren., *OC*, 127.
[5] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[6] Mera Vallis, Colbaz, in Pomerania, perp. in Slavonia, dioec. Caminen., *OC*, 170.
[7] Seu As, in Dania, dioec. Lunden., *OC*, 197.
[8] Bouras, in dioec. Senonen., *OC*, 7.
[9] i. e. Pontiniacensis abbas.
[10] In Veteri Castella, dioec. Calaguritan., *OC*, 145.
[11] Barbery, in Normannia, dioec. Bajocen., *OC*, 174.
[12] St-André de Gouffern, in dioec. Bajocen., *OC*, 98.

batis [f] et sex diebus in levi culpa, et in omni sexta feria in pane et aqua a festo sancti Martini ad Nativitatem Domini.

30 Iacobo, civi Attrebatensi conceditur ut monasterium construat monialium. Committitur autem de Vacellis [1] et de Caricampo [2] abbatibus ut cum aedificia constructa et alia secundum Ordinis instituta necessaria fuerint praeparata, conventum monialium illuc introducant.

31 De abbate Duremundae [3] qui cessit, ut dicitur, absque cuiusquam abbatis praesentia, et de illo qui in eadem domo postea substitutus est a quodam episcopo vel potius intrusus, committitur patri abbati, qui si ita esse invenerit deponat ultimum, et primum restituere non postponat.

32 Petitio illustris ducissae Austriae de faciendo in terra sua festo beatae Margaretae, cum duodecim lectionibus, exauditur.

33 Vallis magnae [4] et de Sanctis crucibus [5] abbatibus iniungitur ut abbatiam de Raimut [6], quae vult incorporari Ordini, accedentes, tam loci quam possessionum [a] et aliarum circumstantiarum secundum formam Ordinis opportunitate pensata, auctoritate Capituli, eam incorporent Ordini si viderint expedire.

34 Abbati Sancti Urbani [7] conceditur ut in domo sua fiant in festo eiusdem duodecim lectiones.

35 Abbas de Busseto [8] qui tenuit parvulum [a] in baptismo, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et omni sexta feria in pane et aqua a festo Omnium Sanctorum usque ad Natale Domini. In [b] grandi vero solemnitate aut gravi [c] aegritudine haec ei poenitentia relaxetur.

---

[f] abbatis : *deest M.*
30 : *P*¹.
31 : *P*¹.
32 : *P*¹.
33 : *P*¹. [a] pocessionum : *ms.*
34 : *P*¹.
35 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] puerum : *P*¹. [b] In grandi ... etc : *deest L*¹.
[c] gravi : *deest M.*

---

[1] Vaucelles, in dioec. Cameracen., *OC*, 24.
[2] Cercamp, in Artesia, dioec. Atrebaten., *OC*, 66.
[3] Mons S. Nicolai, Dünamünde, in Livonia, dioec. Rigen., *OC*, 214.
[4] S. M. de Valmagne, in Languedocio, dioec. Montispessulan., *OC*, 138.
[5] Santas Creus, in Catalonia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.
[6] Non videtur incorporatam fuisse.
[7] In Helvetia, pago Lucernensi, *OC*, 200.
[8] Buxetum, Bugedo, in Veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 167.

Iniungitur de Clienti [1] et de Castegneola [2] abbatibus ut ad domum Sancti Leonardi [3] de Petachat accedentes, tam loci quam possessionum [a] secundum formam Ordinis opportunitate pensata, videant si locus ille possit sustinere duodecim monachos cum abbate. Quod si ita invenerint, maneat abbatia, alioquin in grangiam redigatur. **36**

Distributio abbatiarum de derivatione Mellifontis [4], quam auctoritate domini Cisterciensis et Capituli fecit abbas de Stamleia [5], confirmatur, et quia nullam sibi retinuit, conceditur abbati Claraevallis, ut unam assignet domui de Stamleia, reliquum negotii in eadem potestate committitur nunc eidem. **37**

Abbati Sancti Christophori [6], viginti anni in Ordine concedantur, et in tali aetate cum ceteris in tabula conscribatur. **38**

Conceditur abbatiae Campi benedicti [7] ut Ordini societur et sit filia Pruliaci [8]. De Pruliaco vero et de Ioiaco [9] abbatibus iniungitur ut ad locum iam dictum cum domino Carnotensi [10] episcopo accedentes, ordinent ibidem quod secundum formam Ordinis viderint ordinandum. **39**

De Scala Dei [11], et de Berola [12] de Yrantia [13] abbatibus iniungitur, ut accedant ad locum in quo illustris rex Navarrae [14] proponit construere abbatiam centum monachorum, et si viderint rem habere, sicut continetur in litteris abbatis Olivae [15], quae litterae **40**

---

36 : *P*1. [a] pocessionum : *ms.*
37 : *L*2*MP*1*P*10.
33 : *L*2*MP*1*P*10.
39 : *P*1.
40 : *P*1.

---

[1] Cliens, in Piceno, dioec. Camerinen., *OC*, 66.
[2] S. M. de Castaneola, in marchia Anconitana, dioec. Senogallien., *OC*, 91.
[3] Ordini cisterc. non fuit associata ut abbatia.
[4] In Hibernia, dioec. Armacan., *OC*, 70.
[5] Stanleia, Stoneley, in Anglia, dioec. Wigornien., *OC*, 137.
[6] S. Christophorus de Alafoès, in Lusitania, dioec. Visen., *OC*, 54.
[7] Revera Ordini non fuit associata.
[8] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[9] Jouy, in dioec. Melden., *OC*, 12.
[10] Gualterus, ord. cist. antea Prulliacensis abbas, Carnot. episc. 1219-1234, *SE*, 536 ; *HE*, I, 167.
[11] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[12] Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[13] Irancium, Iranzu, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 176.
[14] Sanctius VII, 1194-1234.
[15] La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119.

debent eis tradi, faciant abbatiam illam, non expectata amplius licentia Capituli.

41 Monachus quondam de Borbona [a] [1] fugitivus qui contritus et confessus in saeculo mortuus est, apud Borbonam [b] sepulturae christianae tradatur, et pro eo in ipsa domo plenarium servitium persolvatur.

42 Quando antiqua abbatia petebat incorporari Ordini, deputabantur commissarii a Capitulo generali duo abbates qui ad locum ipsum se transferentes considerabant situationem loci, possessiones, et omnes alias circumstantias secundum formam Ordinis requisitas, et postea, si viderint expedire, cum pace et iustitia episcoporum dioecesanorum et aliorum ad quos pertinebat, eam uniebant ; quamvis postea debebat auctoritate apostolica confirmari.

43 Abbates qui deponuntur vel aliqua de causa non possunt in suis domibus remanere et illi qui sponte cesserint, eligant sibi ad habitandum domos quascumque voluerint et illi ad quos venerint benigne suscipiant et a nemine repellantur.

1229

1 Abbates [a] quibus scribit dominus Cistercii pro fugitivis [b] Ordinis, si eis in domibus propriis vel alibi [c], iusta [d] tamen [e] de causa, non duxerint consulendum, ei rescribant per ipsos [f] fugitivos, si litteras eorum accipere [g] voluerint [h] quod eis non possunt [i] consulere, salva Ordinis disciplina. Dominus autem Cistercii benefaciet [j], si eis non crediderit, si ad eum sine litteris revertantur.

2 Districte praecipitur, ut [a] de introducendis personis et [b] equi-

41 : *L¹L²MP¹P¹⁰* [a] Balbona : *M*. [b] Bolbonam : *L²* ; Balbonam : *M*.
42 : *L¹*.
43 : *P⁴T⁴*.
1 : *C¹L²MP¹P⁴P¹⁰T⁴*. [a] *C¹ incip.* : Anno Domini MCCXXIX statutum est in Capitulo generali ut abbates ... [b] scribit : *P⁴T⁴*. [c] aliis : *P⁴T⁴*. [d] iuxta : *T⁴*. [e] tamen : *deest P⁴T⁴*. [f] istos : *P⁴*. [g] recipere : *P¹⁰*. [h] noluerint : *C¹L²P¹⁰*. [i] possint : *P⁴T⁴*. [j] bene faceret : *M*.
2 : *L¹L²MP¹P⁴P¹⁰T⁴*. [a] prout : *P¹*. [b] in : *P¹*.

[1] Boulbonne, in dioec. Tolosan., *OC*, 123.

taturis [c] in Cistercium [d] antiqua sententia et consuetudo irrefragabiliter [e] teneatur [f], videlicet [g] ut nullus plusquam duas equitaturas [h] introducat tempore Capituli generalis, exceptis quatuor primis patribus [i] qui possunt introducere singuli [j] tantum quatuor equos, et abbate [k] Savigniaci [l] cui concessum est, ut tres secum adducere possit. Si autem aliquis [m] monachus aut [n] conversus eo tempore negotium urgens habuerit in Cistercio [o], de licentia [p] Cisterciensis [q] ingredi poterit, ita [r] quod expedito negotio pro quo venit, exeat sine mora. Abbas qui contra hoc venerit, in Capitulo veniam inde petat ; monachi vero vel conversi poenam subeant olim in Usibus constitutam.

Statuitur ut cum saeculares contra personas [a] Ordinis impetraverint [b] litteras a Capitulo generali [c], si iudices ultra duas [d] dietas remoti fuerint ab abbatiis contra quas impetrantur, litterae tales [e] nisi de hac constitutione expresse fecerint mentionem, nullam habeant firmitatem ; et si saeculares sistendi [f] iudicio coram ipsis iudicibus praestare noluerint cautionem, illi [g] quos impetunt eis reddere [h] nullatenus compellant [i], et in ipsis litteris ponatur, usuris cessantibus, et si forte non fuerit appositum, nihilominus [j] subintelligatur [k]. 3

Ut saluti animarum, utilitati et honestati Ordinis, possit salubrius in posterum [a] provideri, statuitur ut nullus omnino de Ordine nostro quascumque infra decennium possessiones [b] emat immobiles, nisi [c] feodales vel censuales fuerint, vel aliquo alio iure ad ipsum qui emerit pertinentes, vel nisi quis possessionem [d] aliam prius vendiderit de cuius pretio [e] absque constitutionis huius [f] fraude, fieri possit [g] emptio, vel de pecunia in eleemosynam specialiter ad hoc data [h]. Commutationes vero possessio- 4

---

[c] et equitaturis : *deest* P^4T^4. [d] Cistercio : L^2M. [e] irrefragabiliter : *deest* C^1. [f] in posterum : C^1. [g] verbi gratia : L^1. [h] in Cistercium : P^4T^4. [i] patribus : P^4T^4. [j] singuli : *deest* P^4. [k] Domino : P^4. [l] de Saviniaco : L^1 ; Saviniacensi : P^4 ; Saviniacense : T^4. [m] alias : P^1 ; aliquis : *deest* P^4. [n] vel : $L^1P^4T^4$. [o] Cistercium : P^1T^4. [p] domini : P^4T^4. [q] Cistercii : P^1. [r] ut dicto eo pro quo : P^4T^4.

3 : $C^1L^1P^1P^4T^4$. [a] personam : P^4T^4. [b] impetrant : P^4. [c] generali : *deest* L^1. [d] duas : *deest* L^1. [e] illae : P^4. [f] sistandi : P^4T^4. [g] illis : L^1. [h] respondere : $C^1P^4T^4$. [i] compellantur : P^4T^4. [j] tamen : P^4T^4. [k] intelligatur : C^1.

4 : $L^1P^1P^4T^4$. [a] in posterum : P^4T^4. [b] pocessiones : P^1. [c] fuerint : P^4T^4. [d] processionem : P^1. [e] portione : L^1. [f] huius : *deest* L^1. [g] valeat : $L^1P^4T^4$. [h] deputata : P^4T^4.

num [i], si utile videatur, acquisitiones decimarum, pensionum, vel [j] reddituum quas debemus, et pasturarum et usurariorum fieri minime prohibentur [k]. Abbas vero qui contra hoc [l] facere scienter praesumpserit, deponatur. Monachi [m] vero et conversi qui hoc fecerint, vel quorum consilio factum fuerit, a propriis domibus emittantur, non [n] reversuri nisi per Capitulum generale. Excipiuntur ab hac lege abbatiae a triginta annis aedificatae et [o] aedificandae in posterum si quae sunt [p] forte aut fuerint, tam modicas possessiones [q] habentes, ut emere necesse habeant ampliores.

5 Sententia olim [a] lata [b] in abbates qui moniales visitant [c] non inclusas [d], temperatur, ita quod non deponantur, sed omni sexta feria ex quo visitaverint usque ad sequens Capitulum sint in pane et aqua, veniam in ipso Capitulo petituri.

6 Statuitur ut in singulis abbatiis Ordinis [a], in quibus fieri poterit [b] fortes et firmi carceres construantur, ubi ad abbatis arbitrium [d] retrudantur [e] et detineantur [f], secundum quod exegerint crimina, criminosi. Criminosos autem hic vocamus indicibili [g] vitio laborantes, fures, incendiarios, falsarios, homicidas. Abbas vero [h] consideret se de omnibus iudiciis suis [f] redditurum in districto Dei iudicio rationem.

7 Conversi monialium quae associatae sunt Ordini, si in habitu et tonsura [a] capillorum et barba [b] a conversis nostris non discrepent, conceditur [c] ut cum ipsis tantum [d] in refectoriis admittantur.

8 De duabus personis habendis in Curia, in [a] communibus expensis Ordinis, antiqua sententia teneatur, sicut in distinctione quinta decima continetur.

---

[i] pocessionum : P^1. [j] emptiones redituum quos : P^4T^4. [k] prohibetur : L^1. [l] scienter fecerit : P^4T^4. [m] Monachus vel conversus : P^4. [n] nec nisi per Cap. gen. reversuri : P^4T^4. [o] vel : P^4. [p] vel factae fuerunt : P^4T^4. [q] pocessiones : P^1.

5 : $C^1P^1P^4T^4$. [a] olim : *deest* C^1P^1. [b] data : C^1. [c] visitaverint : P^4T^4. [d] sic temperatur ut non : P^4T^4.

6 : $C^1L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Ordinis : *deest* P^1. [b] poterunt : L^1; potest : P^{10}. [c] constituantur : L^1. [d] introducantur et intrudantur : C^1. [e] detrudantur : P^4. [f] criminosi quorum exegerint crimina : P^4T^4. [g] indiscibili : P^4. [h] tantum : C^1. [i] suis : *deest* P^4.

7 : $C^1P^1P^4T^4$. [a] tonsuram : C^1P^4. [b] barbe : C^1T^4. [c] conceditur ut : P^4T^4. [d] tantummodo : P^4.

8 : $C^1L^2P^1P^4P^{10}T^4$. [a] cum : T^4.

Praecipitur ut in omnibus cellariis [a] Ordinis, ubi habentur vineae, omnibus abbatibus ad Capitulum generale venientibus et redeuntibus [b] vinum [c] omni tempore more solito ministretur. **9**

In grangia de Berneriis [a] omnibus personis Ordinis necessaria secundum Ordinis consuetudinem ministrentur, exceptis illis qui cum [b] quadrigiis vel equis quadrigarum venerint, qui nihil inde percipient usque ad nutum Capituli generalis. **10**

Conceditur [a] nobili [b] dominae bonae memoriae B[lanchae] [1] quondam comitissae Campaniae, ut singulis annis, pridie idus Martii, dicatur una missa pro [c] anima ipsius in singulis domibus [d] Ordinis, donec post obitum nobilis [e] dominae Berengariae [2], sororis suae anniversario ipsius [f] societur, sicut ei concessum fuit a Capitulo generali [g], et nihilominus hoc anno plenarium sicut ei concessum fuit, persolvatur. **11**

Petitio domini Romani [3] apostolicae sedis legati de ipsius anniversario faciendo post obitum eius exauditur. **12**

Pro abbate Sancti Vedasti [4], cui similiter concessum fuit, idem fiat. **13**

Pro domino Arnaldo [a] [5] quondam abbate Cistercii plenarium, sicut ei concessum fuit, servitium persolvatur. **14**

Petitio domini Thomasii [6] cardinalis de plenario servitio faciendo post eius obitum exauditur. **15**

Pro domino A[damo] [7] quondam episcopo Morinensi, una **16**

---

9 : $C^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] cellerariis : P^1. [b] recedentibus : *M*. [c] administetur : *sic desin.* C^1 ; gratis ministretur : P^4T^4.

10 : $P^1P^4T^4$. [a] Bueriis : P^4T^4. [b] equis quadrigarum vel quadrigiis : P^4T^4.

11 : $P^1P^4T^4$. [b] Conceditur comitissae Campaniae B. nomine : T^4. [b] nobili : *deest* P^4. [c] pro ... ordinis : *deest* P^4. [d] abbatiis : T^4. [e] nobilis dominae Berengariae : *deest* P^4. [f] eius : P^4. [g] *hic desin.* P^4T^4.

12 : $L^2MP^1P^{10}$.

13 : P^1.

14 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Arnoldo : L^1.

15 : P^1.

16 : P^1.

---

[1] Cf. ann. 1228, nº 7.

[2] Cf. ibidem.

[3] Cf. ann. 1228, nº 18.

[4] St-Waast, abbatia OSB, in dioec. Atrebaten., *GC*, III, 373.

[5] Arnaldus Amauri, Narbonensis archiep. † 1225, *SE*, 583 ; *HC*, I, 356.

[6] Thomas, card. S. Sabinae, 1216-1243. *HC*, I, 46.

[7] Adamus, Morinensis (Térouane) episc. 1221-1229, *SE*, 521 ; *HC*, I, 350.

missa de Spiritu Sancto a singulis sacerdotibus Ordinis celebretur.

17 Pro domino Papa et cardinalibus et tota curia romana, pro pace imperii, pro rege Franciae et regina et liberis eius ac pace regni, pro omnibus certantibus et laborantibus pro fide christiana [a], pro statu totius Ordinis et universae Ecclesiae sanctae Romanae [b] responsorium, *Aspice Domine*, antiphona *Salve Regina*, collecta [c], septem psalmi, disciplina, missa *Salus populi*, sicut anno praeterito statutum fuit, teneatur.

18 Controversia quae vertitur inter abbates de Fontanis [1] et de Furnesio [2] committitur de consensu partium, de Valle Dei [3], de Dullacressiae [4] et de Bello loco regis [5] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

19 Controversia quae vertitur inter abbates Mansiadae [6] et Aquaebellae, committitur Bonae vallis [7], Campi boni [8] et Sylvaecanae [9] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

20 Controversia quae vertitur inter abbates de Alcrest[10] et de Altaripa[11] committitur de Altacumba[12] et de Alpibus[13] abbatibus pace vel iudicio infra sequens Capitulum terminanda, et quod ipsi statuerint compellant partes, auctoritate Capituli, cohortatione qua viderint expedire, firmiter observari, et quid inde, etc.

21 Controversia quae vertitur inter abbates de Crista[14] et de Loco

17 : *MP*¹. [a] Christi : *M*. [b] Sanctae Romanae : *deest M*.
[c] collectae : *M*.
18 : *P*¹.
19 : *P*¹.
20 : *P*¹.
21 : *P*¹.

[1] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.
[2] Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.
[3] Seu Vaudey, in dioec. Lincolnien., *OC*, 94.
[4] Dieulacresium, in dioec. Conventren., *OC*, 142.
[5] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210.
[6] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivarien., *OC*, 9.
[7] Bonneval, in dioec. Ruthenen., *OC*, 144.
[8] Chambons, in Languedocio, dioec. Vivarien., *OC*, 133.
[9] Sylvacane, in prov. et dioec. Aquen., *OC*, 107.
[10] Hauterêt, in Helvetia, dioec. Lausannen., *OC*, 71.
[11] Hauterive, in dioec. Lausannen., *OC*, 50.
[12] Hautecombe, ad lacum Burgeti, in dioec. Camberien., *OC*, 34.
[13] St-Jean d'Aulps, ad lacum Lemannum, *OC*, 41.
[14] La Creste, in dioec. Lingonen., *OC*, 10.

Dei[1] super abbatia de Folenes[2], committitur abbatibus de Grandis sylvae[3] et Boni fontis[4] abbatibus, fine debito terminanda, et quid inde, etc.

Abbas de Adorello[5] qui hoc anno debuisset venire ad Capitulum et non venit poenitentiam agat in Usibus constitutam, videlicet, quod a die Capituli generalis, extra stallum abbatis et omni sexta feria sit in pane et aqua, donec Cistercium se praesentet. Abbas de Candelio[6] hoc ei studeat renuntiare. **22**

Abbas de Riveto[7] qui similiter non venit eamdem agat poenitentiam, et hoc ei denuntiet abbas Boni loci[8] in Burdelgala. **23**

Eamdem poenitentiam agat abbas de Oliva[9], qui non venit, cui hoc denuntiet abbas Salutis[10]. Abbates quoque de Buxeto[11] et de Sancto Prudentio[12] non venerunt et agant poenitentiam supradictam, quibus hoc denuntiet abbas de Sacramoenia[13]. **24**

Abbas de Oliva[14] in Hispania non venit, similiter agat poenitentiam supradictam cui denuntiet abbas de Ficerii[15]. **25**

Abbates Senevallis[16] et Sancti Thomae[17] non venerunt et ipsam agant poenitentiam, quibus hoc denuntiet abbas de Gareto[18]. **26**

Abbas de Monte Sanctae Mariae[19] in Hungaria non venit, si- **27**

---

22 : *P*¹.
23 : *P*¹.
24 : *P*¹.
25 : *P*¹.
26 : *P*¹.
27 : *P*¹.

---

1 Loc-Dieu, in dioec. Ruthenen., *OC*, 149.
2 Fulium, Feuillant, in Languedocio, dioec. Riven., *OC*, 157.
3 Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
4 Bonnefont, in dioec. Tolosan., *OC*, 48.
5 Ardorel, in Languedocio, dioec. Albien., *OC*, 108.
6 Candeil, in dioec. Albien., *OC*, 132.
7 Le Rivet, in Guiennia, dioec. Burdigalen., *OC*, 191.
8 N.-D. de Bonlieu, in dioec. Burdigalen., *OC*, 64.
9 La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119; sed ortitur dubium ex statuto 25.
10 Mons Salutis, Monsalud, in Castella nova, dioec. Conchen., *OC*, 65.
11 Bugedo, in Veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 167.
12 S. Prudencio, in Veteri Castella, dioec. Calaguritan., *OC*, 145.
13 Sagramoenia, in Veteri Castella, dioec. Segovien., *OC*, 67.
14 La Oliva in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119.
15 Fiterium, Fitero, in dioec. Tarasonen., *OC*, 65.
16 Seu Follina, in ditione Venetorum, dioec. Ceneten., *OC*, 86.
17 In ditione Venetorum, dioec. Torcellan., *OC*, 213.
18 Legendum forsan Cerredo, in Lombardia, *OC*, 43.
19 Marienberg, Bors Monostra, in dioec. Jaurien., *OC*, 200.

militer abbas Sanctae Crucis [1] in Austria ei denuntiet, ut agat poenitentiam praetaxatam.

28 Abbas de Victoria [2] non venit, abbas de Sytic [3] ei denuntiet ut praedictam poenitentiam agere non omittat.

29 Abbas de Gondonio [4] similiter non venit, ut eamdem agat poenitentiam abbas ei denuntiet Grandis sylvae [5] et quia sine iusta causa frequenter idem dicitur remansisse, veniam inde nihilominus petat sequenti anno in Capitulo generali.

30 De domo de Clariana [6], quae abbatem non habet, nec conventum habere potest, committitur Vallismagnae [7] et Fontis frigidi [8] abbatibus, qui ad locum accedentes, considerent diligenter aedificia, facultates et possessiones [a] domus utrum ad hoc sufficiant quod ibi possit haberi abbatia, et si non potest qualiter possit haberi de ipsa domo commodius ordinari, et quod invenerint sequenti anno renuntient Capitulo generali.

31 De abbatia de Cuna [9] quam mutari opportet, ut dicitur, patri abbati[10] committitur qui diligenter inspiciat utrum inveniri possit locus idoneus ad quem possit transferri congrue dicta domus ; et si non invenitur, qualiter possit de ipsa domo salubrius ordinari, et quae invenerit sequenti anno Capitulo generali renuntiet.

32 Subprior Regalis montis[11] curam regiminis domus ad quam vocatur suscipiat ; si renuerit, per abbatem proprium compellatur.

33 Abbates de Oratorio[12] et de Claromonte[13] accedant nobilem

28 : *P*¹.
29 : *P*¹.
30 : *P*¹. [a] pocessiones : *ms.*
31 : *P*¹.
32 : *MP*¹.
33 : *P*¹. [a] pocessionibus : *ms.*

[1] Heiligenkreuz, in Austria, dioec. Vindobonen., *OC*, 36.
[2] Victring, in Carinthia, dioec. Gurcen., *OC*, 68.
[3] Sitticum, Sittich, in Carniola, dioec. Labacen., *OC*, 42.
[4] Gondon, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 11.
[5] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
[6] Clariana du Jau, in dioec. Perpinianen., *OC*, 147.
[7] S. M. de Valmagne, in Languedocio, dioec. Montispessulana, *OC*, 138.
[8] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[9] Coena S. Mariae, Zinna, in marchia et dioec. Brandenburgen., *OC*, 163.
[10] i. e. Veteris Montis abbas.
[11] Royaumont, in Insula Franciae, dioec. Bellovacen., *OC*, 230.
[12] Le Loroux, in dioec. Andegaven., *OC*, 10.
[13] Clairmont, in dioec. Valleguidonen., *OC*, 131.

dominam B[erengariam] [1] uxorem quondam inclytae recordationis Richardi [2], regis Anglorum, et prout honestius poterint, curent ab ea certificari de aedificiis, facultatibus et possessionibus [a], quibus dicta domina dotare et ditare disponit abbatiam quam aedificare desiderat monachorum ; et si ita omnia fuerint praeparata, quod ibi conventus manere valeat, conventus illic de Cistercio transmittatur.

Abbates de Claravalle [3] et de Cerreto [4], accedant ad domum de **34**
Lena et considerent iterum si dicta domus in loco ubi est remanere non potest, ad locum alium commode transferri valeat ; et si non potest, qualiter possit de ipsa domo competentius ordinari, et quod invenerint sequenti anno Capitulo generali denuntient.

Abbas Belgensis [5] qui propter imbecillitatem proprii corporis, **35**
officium abbatis, ut dicitur, non potest exequi, et de quo alia quaedam non bona delata sunt ad aures Capituli generalis, ad patris abbatis [6] arbitrium cedat. De monachis vero qui dictum abbatem dicuntur graviter diffamasse, inquirat idem pater abbas diligentius veritatem, et si quos eius rei reos invenerit, punire prout meruerint non postponat. Similiter et conversum de Foresta digne puniatur, si verum est quod abbati de Oliva [7] venienti ad Capitulum generale iniuriam fecerit : sic intimatum est a Capitulo generali.

Abbas Novae vallis [8] qui fratrem suum tradidit iudici [a] sae- **36**
culari, a quo postmodum est suspensus, cum quo, ut dicitur, fuit postea dispensatum a domino legato, relinquitur iudicio propriae conscientiae.

Abbati de Placiol [9], in Hispania conceditur ut in tertio anno **37**

34 : P^1.
35 : P^1.
36 : L^1P^1. [a] iudicio : L^1.
37 : P^1.

[1] Cf. ann. 1228, n. 7.
[2] Richardus I, 1157-1199.
[3] Chiaravalle prope Mediolanum, *OC*, 39.
[4] Ceretum, Cerredo, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 43.
[5] Seu Bergensis, Altenberg, Vetus Mons, in dioec. Colonien., *OC*, 29.
[6] i. e. Morimundensis abbas.
[7] In Pomerania, dioec. Wladislavien., *OC*, 186.
[8] Seu Nydala, in Suecia, dioec. Lincopen., *OC*, 74.
[9] S. M. de Palatiolis, Palazuelos, in Castella, dioec. Palentin., *OC*, 158.

tantum veniat ad generale Capitulum, sicut abbates qui ultra Pisorga [1] fluvium commorantur.

38 De abbatia Rarimontis [2] quae petit associari Ordini, committitur de Vallemagna [3] et de Crucibus [4] abbatibus, sub eadem forma qua fuit eis anno praeterito commissum.

39 Auctoritate Capituli, praecipitur abbati et conventui de Porta [5] ut 82 marchas argenti, quas ipsi domui Claraevallis debent, et sicut abbas per litteras suas promisit generali Capitulo, omni occasione, disceptatione et exceptione remota, in sequenti Capitulo, abbati Claraevallis afferant et persolvant ; alioquin ex tunc dicti abbas et conventus Portensis, omni sexta feria sint in pane et aqua donec dicta pecunia Claeravallensibus persolvatur. Insuper dicta domus Portensis tenebitur Claraevallensibus ad omnes expensas quas ipsi facient pro dicta pecunia repetenda. Abbas Campensis [6] hoc eis denuntiet.

40 Petitio domini episcopi Cinneuttensis [7], de facienda festivitate beati Ceddi [8] episcopi in domibus Ordinis nostri, in eius constitutis dioecesi, exauditur, et de eo fiat sicut de beato Nicolao fieri consuevit.

41 Abbati[bus] de Pomorania [9], ut quarto anno tantum ad Capitulum veniant, indulgetur.

42 Causa quae vertitur inter abbates Grandis sylvae[10] et de Gismundo[11], committitur de Firmitate et de Maceriis[12] abbatibus,

---

38 : *P*¹.
39 : *P*¹.
40 : *P*¹.
41 : *P*¹.
42 : *P*¹.

---

1 Pisoraca, hod. Puiserga.
2 Remansisse videtur extra Ordinem cist.
3 S. M. de Valmagne, in Languedocio, dioec. Montispessulan., *OC*, 138.
4 Sanctas Creus, in Catalonia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.
5 Pforte, in Thuringia, dioec. Nuemburgen., *OC*, 25.
6 Vetus Camp, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
7 Cicestrensis (?) episc. tunc erat Radulphus de Neville, 1224-1244, *SE*, 185 ; *HC*, I, 187.
8 S. Cedd seu Cedda, cf. Bolland. *Bibl. hag. lat.* Bruxellis, 1899, p. 258, nº 1718.
9 Novem monasteria exstabant in Pomerania, *OC*, 371.
10 Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
11 Gimont, in Vasconia, dioec. Auxitanen., *OC*, 78.
12 Mazières, in dioec. Divionen., *OC*, 26.

apud Divionem in redditu praesentis Capituli, fine debito terminanda.

Praecipitur de Columba [1] et de Fonte vivo [2] abbatibus ut ad abbatiam de Cava [3], in Cremonensi dioecesi constitutam, personaliter accedentes, inspectis locis, facultatibus, possessionibus [a], si omnia secundum formam Ordinis praeparata ad introducendum ibidem conventum cognoverint, conventum quam citius potuerint introducant. Si autem aliter invenerint, illud idem sequenti anno renuntient Capitulo generali. 43

Abbas de Esron [4] in Dacia, qui filii sui cessionem sine praesentia alicuius abbatis suscepit, alium ei solus substituit, quadraginta diebus sit extra stallum abbatis sex diebus in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. Ei autem parcitur quia multa mala de deposito dicebantur. Abbas de Tuta valle [5] hoc ei denuntiet faciendum. 44

De Bella branchia [6] et de Relec [7] abbatibus committitur ut ad locum ubi dominus Gaufridus de Ponte novam se promisit fundaturum abbatiam accedant personaliter et considerent locum, facultates et possessiones [a], quibus dotari debet abbatia et quod invenerint sequenti anno renuntiari generali Capitulo non omittant. 45

Causa quae vertitur inter abbatem de Campania [8] et abbatem de Cultura Dei [9], super quodam deposito, committitur abbati Savigniaci[10] ut, convocatis partibus et auditis, causam terminent modo qui fuerit terminanda, et quid inde, etc. 46

Abbas de Capella[11] qui a monachis suis in quadam villa quae 47

43 : *P*¹. [a] pocessionibus : *ms.*
44 : *P*¹.
45 : *P*¹. [a] pocessiones : *ms.*
46 : *P*¹.
47 : *P*¹.

[1] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[2] Fontevivo, in dioec. Parmen., *OC*, 68.
[3] S. Maria Magdalena de Cava, non procul a Cremona, *OC*, 233.
[4] Esrom, in Dania, dioec. Roskilden., *OC*, 136.
[5] Twis Kloster, in Jutia Daniae, dioec. Ripen., *OC*, 146.
[6] Bellebranche, in dioec. Cenomanen., *OC*, 132.
[7] B. M. de Reliquiis, in dioec. Corisopiten., *OC*, 24.
[8] Champagne, in dioec. Cenomanen., *OC*, 188.
[9] La Couture au Mans, OSB, *GC*, XIV, 468.
[10] In Normannia *OC*, 95.
[11] Cappel, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 184.

fuerat interdicta fecit divina celebrari, contra episcopi loci illius voluntatem, et in totius cleri scandalum, quadraginta diebus extra stallum abbatis et sex diebus in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. Prior vero eiusdem domus qui procuravit talia deponatur, et ad domum aliam missus non revertatur, nisi per Capitulum generale.

1230

1 Festum [a] sanctae [b] Trinitatis cum tribus lampadibus in posterum [c] semper fiat, et abbas [d] celebret solemniter in conventu, sed sermonem [e] in Capitulo propter difficultatem materiae fieri non opportet.

2 De beato Eligio [a] confessore [b] fiat [c] commemoratio in posterum [d] omni anno in crastino sancti Andreae [e] per [f] Ordinem universum ; collecta *Da quaesumus omnipotens Deus...*

3 Quaestio de decimis ita terminatur [a], quod quaelibet [b] Ordinis nostri abbatia terras post Concilium acquisierit [c], de quibus decimae ratione praediorum antea solvebantur, tenetur etiam solvere abbatiis [d] Ordinis nostri, quae de consensu dioecesani ab illo cui decimae debentur [e] vel debebantur [f], ius illarum acquisierunt [g] decimarum.

4 Sententia de non acquirendis possessionibus [a] immobilibus, sicut fuit anno 1229 [b] lata, usque ad terminum statutum maneat [c] illibata.

5 Sententia de mutuis non faciendis firmiter observetur addito hoc quod [a] filii abbates per patres abbates minime se excusent.

---

1 : $C^1L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] C^1 *incip.* : Anno Domini MCCXXX statutum est in Capitulo generali ut festum ... [b] Sanctissimae : L^1. [c] in posterum : *deest* $C^1P^4T^4$. [d] abbates celebrent : C^1. [e] sermo ... non fiat : C^1.

2 : $C^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] episcopo et : C^1. [b] et episcopo : T^4. [c] fiat ... posterum : *deest* P^4T^4. [d] in posterum : *deest* C^1. [e] apostoli : $C^1L^2P^{10}$. [f] per totum : *M* ; per ... Ord. : *deest* $C^1P^4T^4$.

3 : $C^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] determinatur : L^2M. [b] quandocumque : L^2MP^{10} ; quaecumque : $C^1P^4T^4$. [c] acquisivit vel [in posterum : C^1] acquisierit : $C^1L^2P^4P^{10}T^4$; acquisierint : P^1. [d] abbatiae : *M*. [e] debeantur : P^4T^4. [f] decimae : P^4T^4. [g] acquisierit : L^2 ; acquisierint : P^1.

4 : $C^1P^1P^4T^4$. [a] possessionibus : *deest* C^1 ; pocessionibus : P^1. [b] 29° : P^1 ; preterito : P^4T^4. [c] permaneat : $C^1P^4T^4$.

5 : $C^1P^4T^4$. [a] ut : C^1T^4.

Monachi qui mittuntur cum abbatibus ad visitandas abbatias 6
cum litteris continentibus plenariam potestatem, sciant quod ad [a] abbates illa pertinet [b] plenitudo : verumtamen abbates omnia debent facere in casibus gravioribus cum consilio [c] monachorum qui sibi in visitationibus adiunguntur. Si vero abbates [d] et monachi in aliqua sententia sint discordes, debet abbatis sententia praevalere ; quamvis etiam monachi in visitationibus sint abbatibus sociati, visitatores non faciant se vocari.

Nullus etiam monachus cuiuscumque [a] abbatis [b] visitatoris 7
socius in domo, in qua visitaverit cum abbate, in abbatem ubi abbas in visitatione [c] depositus fuerit eligatur illo anno quo visitat ; cedenti tamen vel decedenti, si canonice fuerit electus, conceditur ut ei [d] succedat.

Quia [a] saepe et multum [b] non sine confusione et rubore de esu 8
carnium in generali Capitulo statutum est, ut ab eis secundum regulam abstineatur et non est hactenus observatum ; iterum et iterum districte praecipitur ut abbates, nisi cum fuerint omnino debiles et aegroti, ab esu carnium abstineant, nec fiant de cetero sanctae regulae transgressores. Abbas [c] vero qui huius constitutionis fuerit transgressor, quoties [d] excesserit, toties sit in pane et aqua [e], inde veniam petat in generali Capitulo ad Diffinitorum arbitrium puniendus [f]. Quicumque vero monachus comederit carnes, in primo [g] capitulo postquam reversus fuerit in chorum, petat veniam et se comedisse carnes coram omnibus confiteatur [h] ; et conversi similiter se [i] de eodem [j] in suis capitulis recognoscant.

Statuitur ut duae personae Ordinis discretae mittantur ad 9
Curiam pro necessitatibus Ordinis.

De domo Sanctae Mariae de Plane [1], de qua incorporanda 10

---

6 : $C^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] ad solos : $C^1P^4T^4$. [b] pertineat : $L^2P^4T^4$. [c] concilio : P^1. [d] abbas : P^4.

7 : $C^1L^2MP^1P^4T^4P^{10}$. [a] cuiusquam : MP^4P^{10}. [b] abbatis : *deest* $C^1P^1P^4T^4$. [c] in visitatione : *deest* $C^1L^2MP^{10}$. [d] ei : *deest* $C^1L^2P^4T^4$.

8 : $C^1L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Quod : P^1. [b] et multum : *deest* M. [c] Abbas huius : P^4. [d] trangressus fuerit : C^1. [e] et : P^1P^4. [f] promovendus : P^{10}. [g] proprio : P^1. [h] fateatur : C^1P^4. [i] se : *deest* M. [j] se : P^4T^4.

9 : P^1.

10 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] *hic desin.* P^1. cf. infra n° 18.

---

[1] S. Maria Hospitalis Plavis de Lovadina, S. M. delle Piane, in dioec. Tarvisina, apud Venetos, *OC*, 232.

Ordini dominus Papa misit litteras suas abbati Sanae vallis [1], pro reverentia domini Papae conceditur, ut Ordini incorporetur [a]. Iniungitur nihilominus abbatibus ad curiam profecturis, ut insinuent domino Papae statutum Capituli generalis de monasteriis monialium Ordini de cetero non sociandis et impetretur ab eo, quod si quas ad Capitulum direxerit litteras, non facta mentione de praedicto statuto, non habeant firmitatem.

11 Statuitur ut abbates Sancti Sebastiani [2] et Sancti Anastasii [3] provideant duos procuratores, de quorum fidelitate securi sint, pro toto Ordine in Curia romana, ad expensas Capituli generalis. Salarium procuratorum non excedet [a] summam duodecim marcharum, secundum consilium domini Renerii cardinalis [4], et abbatis Sancti Martini de Monte [5].

12 Praecipitur ut sententia conspiratorum quae est in decima distinctione, cui subiecti sunt conversi Karcliloci [a] [6], propter iniectionem manuum violentam in proprium abbatem, et deiectionem eiusdem ad portam, integra et inviolabiliter teneatur erga eosdem conversos [b], et sicut in eadem sententia continetur, videlicet [c] ut illi qui emittuntur numquam revertentur, et in eadem domo nullus de cetero recipiatur conversus, absque nutu [d] Capituli generalis.

13 Similiter statuitur in Pontiniaco, ut conversi qui eiecti sunt numquam revertantur, et nullus in conversum usque ad sequens Capitulum recipiatur, et sexta feria a vino abstineant.

14 De abbatia quae vocatur Clariana [7], quia non habet possessiones [a], personas, libros et aedificia, statuitur ut in grangiam redigatur, ita tamen quod si pater abbas [8] viderit quod processu

---

11 : *L*¹*P*¹. [a] excedat : *P*¹.
12 : *L*¹*P*¹. [a] Chariloci : *P*¹. [b] teneatur : *L*¹. [c] verbi gratia : *L*¹. [d] nutum : *P*¹.
13 : *P*¹.
14 : *P*¹. [a] pocessiones : *ms.*

---

[1] seu Follina, in ditione Venetorum, *OC*, 86.
[2] S. Sebastianus ad Catacumbas, prope Romam, *OC*, 162.
[3] SS. Vincentius et Anastasius, seu Tres Fontes ad Aquas Salvias, prope Romam, *OC*, 62.
[4] Rainerus Capocci, antea monac. cist., card. 1216-1252, *HC*, I, 4, 51, 532.
[5] S. Martinus de Montibus Viterbii, in patrimonio S. Petri, *OC*, 124.
[6] Châlis, in dioec. Bellovacen., *OC*, 44.
[7] Clariana du Jau, in dioec. Perpinianen., *OC*, 147.
[8] i. e. abbas de Ardorello, in Languedocio, dioec. Albien., *OC*, 108.

temporis, possit ibi vivere conventus, ad consilium Capituli generalis ibi instituatur.

De abbate de Stanlegia [1] de quo dictum est quod fieri fecit 15
duellum, committitur abbati de Rievalle [2] et abbati Vallis floridae [3], et quid inde... et abbas de Salleya [4] hoc ei denuntiet.

Abbas de Floriano [5] qui benedixit novitium anno non expleto, 16
tribus sextis feriis continuis sit in pane et aqua.

Inspectio abbatiae quam se constructuram promittit comi- 17
tissa Namurcensis, committitur abbatibus de Cambrone [6] et de Alna [7], qui viso situ loci et pensatis omnibus circumstantiis, quae ad faciendam abbatiam pertinent, si viderint quod res ipsa ad bonum effectum valeat pervenire, auctoritate Capituli generalis praecipiant abbati de Villari [8], ut de domo sua mittat illuc conventum, nulla ulterius Capituli licentia expectata.

Abbatia monialium de Vesola [a] [9], pro qua scripsit dominus 18
Papa, ob reverentiam ipsius in societatem Ordinis suscipitur, definitione tamen contra quam fieri videtur, in suo robore permanente [b].

Abbas de Aquilis[10] qui hoc anno venire debuit ad Capitulum et 19
non venit, poenitentiam agat in Usibus constitutam. Abbas de Sarceda[11] hoc ei denuntiet.

Praecipitur universis abbatibus Angliae, Scotiae, Walliae [a] et 20
Hiberniae, ut in reditu Capituli singuli in domibus suis accensis

---

15 : *P^1*.
15 : *P^1*.
17 : *P^1*.
18 : *MP^1*. [a] Vesolla : *M*. [b] *hic addit P^1 iam citatam formulam* : Iniungitur nihilominus, etc. *ut in n° 10 supra.*
19 : *$L^2P^1P^{10}$*.
20 : *$L^2MP^1P^{10}$*. [a] Valliae : *P^1*.

---

[1] Stanley, in Anglia, dioec. Saresberien., *OC*, 125.
[2] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[3] Seu Clive, in dioec. Bathonien., *OC*, 202.
[4] Sawley Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 109.
[5] Seu Flaranum, in Vasconia, dioec. Auxitanen, *OC*, 126.
[6] Cambron, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 113.
[7] Aulne, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[8] Villarium in Brabantia, dioec. Mechlinien., *OC*, 87 ; anno sequenti abbatiam de Grandi Prato fundavit in comitatu Namurcen..
[9] Seu Vezella, in Lombardia.
[10] S. M. de Aquilis, S. M. de Aguiar, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 153.
[11] Salceda, Salzedas, in dioec. Lamecen., *OC*, 143.

candelis, diebus quibus fit sermo in capitulo, excommunicatos denuntient omnes [b] illos, qui abbatem de Castro Dei [1] et monachum de Surio [2] occiderunt, et omnes [c] qui morti illorum praestando consilium vel auxilium consenserunt. Occisores etiam, si qui de Ordine fuerint, si capi potuerint, capiantur, et in Ordine perpetuo carceri mancipentur.

21 Translatio abbatis de Scola Dei [3], committitur abbatibus de Sancto Bernardo [4] et de Claro Campo [5] qui, pensatis omnibus locorum et aedificiorum, faciant quod viderint expedire.

22 Abbas [a] Castenogle [b] [6] de quo dicitur quod pro electione sua in episcopum misit Romam causa litigii et bona [c] domus suae propter hoc expendit et damnificavit [d], committitur patri [e] abbati de Locedio [f] [7], qui convocatis duobus abbatibus vel uno ad minus, rei veritate diligenter inquisita, si invenerint quod dictus abbas pro electione sua [g] Romam miserit causa [h] litigii, vel bona domus suae propter hoc expenderit, deponant [i] eum, ne pernitiosum [j] ambitionis exemplum [k] in posteros propagetur. Depositus autem in domo propria non remaneat, sed ad aliam quamcumque voluerit, se [l] conferat non reversurus nisi per Capitulum generale [m].

23 Causa quae vertitur inter abbates de Crista [8] et de Loco Dei [9], committitur abbatibus de Bona valle[10] et de Maceriis[11], qui de

---

[b] omnes : *deest M.* [c] illos : P^{10}.

21 : P^1.

22 : $L^1L^2MP^1P^{10}T^5$. [a] De abbate Castaneglae de quo : L^1. [b] Casrenogle : L^2 ; Castrenogle : *M.* [c] bona : *deest* L^2P^{10}. [d] damnificat : L^1. [e] patri : *deest M.* [f] Laudis : L^1. [g] sua : *deest M.* [h] causam : P^{10}. [i] deponat : P^{10}. [j] pernitiosae : *M.* [k] exitium : P^1. [l] se transferat : P^1. [m] T^5 : Abbas de Castaneola punitur eo quod episcopatum ambiverit, et ad hoc bona domus suae expenderit.

23 : P^1.

---

[1] Seu Fermoy, in Hibernia, dioec. Cloynen., *OC*, 160.
[2] Seu Inislounagh, in Hibernia, dioec. Lismorien., *OC*, 131.
[3] Schola Dei, Ihlo, in Frisia orientali, dioec. Bremen., *OC*, 231.
[4] S. Bernardus in Adwert, in Frisia, dioec. Monasterien., *OC*, 194.
[5] Klaarkamp, in Frisia, dioec. Leovardien., *OC*, 154.
[6] S. M. de Castagnola, in marchia Anconitana, dioec. Senogallien., *OC*, 91.
[7] In Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.
[8] La Creste, in dioec. Lingonen., *OC*, 10.
[9] Loc-Dieu, in dioec. Ruthenen., *OC*, 149.
[10] Bonneval, in dioec. Ruthenen., *OC*, 144.
[11] Mazières, in dioec. Divionen., *OC*, 26.

causa cognoscant apud Lugdunum, partibus convocatis et causam instructam omnino, propter quod partes comparere debent sufficienter instructae, sequenti anno reportent ad Capitulum generale, Diffinitoribus definitivam sententiam reservantes.

Causa quae vertitur inter abbatem Sancti Angeli et abbatem Sancti Stephani super... [a] committitur abbati Sancti Thomae fine debito terminanda, et anno sequenti quid inde fecerit renuntiet Capitulo generali. **24**

Causa abbatissae de Gradefes [1] contra abbatem Vallis Dei [2] super quadam possessione [a] committitur abbatibus de Saltu novali [3], de Carrazeto [4] et de Morerola [5], fine debito terminanda, qui sequenti anno quid inde fecerint renuntient Capitulo generali. Abbas de Spina [6] hoc eis denuntiet. **25**

Inspectio abbatiae quam nobilis domina Oda de Mertigen [vult aedificare] committitur abbatibus de Valle Sanctae Mariae [7] et de Radesusen [8], qui locum videant et de possessionibus [a] quas ei vult dare et aliis circumstantiis diligenter inquirant et quod invenerint anno sequenti renuntient Capitulo generali. Abbas de Lapide Sancti Michaelis [9] hoc eis denuntiet. **26**

Monachi de Fontanis[10] qui propter conspirationem a domo propria sunt eiecti, in domibus in quibus sunt sua officia exequantur. **27**

Abbas Mansiadae[11] qui concessit grangiam quamdam cuidam priorissae depositae sex diebus sit in levi culpa duobus eorum in pane et aqua. Abbati vero de Obezina[12] praecipitur ut studiose **28**

---

24 : P^1. [a] *locus vacuus.*
25 : P^1. [a] pocessione : *ms.*
26 : P^1. [a] pocessionibus : *ms.*
27 : P^1.
28 : P^1.

---

[1] S. M. la Real, en Gradefes, in provincia Legionen., *SG*, n° 95.
[2] Val de Dios, in Asturia, dioec. Oveten., *OC*, 202.
[3] Sandoval, in regno et dioec. Legionen., *OC*, 161.
[4] Carracetum, Carracedo, in Legione et dioec. Astoricen., *OC*, 209.
[5] Moreruela, in Legione, dioec. Zamoren., *OC*, 23.
[6] Espina, in Legione, dioec. Palentin., *OC*, 108.
[7] Marienthal, in dioec. Halberstaden., *OC*, 76.
[8] Hardehausen, in Westphalia, dioec. Padeburnen., *OC*, 60.
[9] Michaelstein, in duc. Brunsvicensi, dioec. Halberstaden., *OC*, 89.
[10] Fontanae Albae, Fontaines-les-Blanches, in dioec. Turonen., *OC*, 100.
[11] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivarien., *OC*, 9.
[12] Obazine, in dioec. Tutelen., *OC*, 106.

laboret ad hoc ut grangiam supradictam dimittat, et si noluerit eam dimittere, excommunicet illam monialem auctoritate Capituli generalis.

29 Controversia quae est inter abbatem de Alcobatia [1] et abbatem [a] de Carraceto [2] committitur abbatibus de Spina [3], de Nucharia [4] et de Ursaria [5] fine debito terminanda. Abbas de Spina qui praesens est hoc eis denuntiet.

30 Causa quae vertitur inter abbates Bonaecumbae [6] et Bonaevallis [7] committitur abbatibus Fontisfrigidi [8] et Vallismagnae [9] et Obezinae[10] fine debito terminanda, et quid inde fecerint anno sequenti renuntient Capitulo generali.

31 De abbatia de Zena[11], de qua dicitur quod non possit remanere abbatia, committitur patri abbati qui conveniat dominum episcopum Mutinensem[12] qui fundavit eam, et si voluerit eam ditare, ita quod conventus ibidem convenienter secondum formam Ordinis valeat permanere, permaneat abbatia sin alias disponat de ipsa cum consilio vicinorum abbatum prout viderit expedire.

32 Frater Stephanus monachus Rievallis[13] curam domus de Coquesale[14] ad quam est electus suscipere compellatur.

33 Controversia quae est inter abbatem de Verbo Dei[15] Praemonstratentis ordinis et abbatissam de Rameya[16] super vicinitate grangiarum, contra compositionem quae est inter utrumque Ordinem

29 : *P*¹. [a] abbates : *ms.*
30 : *P*¹.
31 : *P*¹.
32 : *P*¹.
33 : *P*¹.

[1] In Lusitania, dioec. Ulixbonen., *OC*, 110.
[2] Cf. supra, nº 25.
[3] Cf. supra, nº 25.
[4] Nucaria, La Nuara, in Sicilia, dioec. Messanen., *OC*, 164.
[5] Seu Osera, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 63.
[6] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
[7] Bonneval, in dioec. Ruthenen,, *OC*, 144.
[8] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[9] S. M. de Valmagne, in Languedocio, dioec. Montispessulan., *OC*, 138.
[10] Cf. supra, nº 28.
[11] Suppressa fuit, ut videtur, et nullam habet apud Janauschek mentionem.
[12] Guilelmus de Sabaudia, 1222-1233, *SE*, 758 ; *HC*, I, 353.
[13] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[14] Cogeshala, Coggeshale, in dioec. Londonien., *OC*, 105.
[15] Averbode, in Belgio, dioec. Mechlinien. *GC*, V, 106.
[16] Rameige, in Belgio, dioec. Mechlinien., *GC*, III, 604.

ut debet praedictus Praemonstratensis, committitur abbatibus de Villari [1] et de Alna [2] fine debito terminanda.

De abbate de Egris [3] qui possessionem [a] bonam suae domus sine consilio visitatoris vel assensu dicitur vendidisse, committitur patri abbati qui rei veritatem diligenter inquisita, Deum prae oculis habens, puniat eum secundum merita suae culpae. **34**

Abbas de Kreis [a] [4] de quo olim praeceptum fuit a [b] Capitulo generali ut deponeretur propter inhonestam dissolutionem quae eo praesente et concludente facta fuit [c], in qua nates [d] quorumdam monachorum nude nudis manibus percutiebantur de quo et multa alia gravia ad audientiam Capituli sunt delata, accedente etiam multa tergiversatione verborum, de qua in praesentia Diffinitorum notatus fuit, deponitur in instanti. **35**

Abbati de Bodelo [5] est concessum ut super numerum quinque conversorum, ad quem numerum restrinxit eos propter enormem excessum factum in illa domo Capitulum generale, quinque novitios recipere valeat in conversos ; sed hoc denarium non excedat. **36**

Querela abbatis de Queertio [6] contra abbatem de Borbona [7] committitur abbatibus de Scala Dei [8] et de Fonte frigido [9] pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. **37**

De abbate de Villario [10] de quo dicitur quod vendidit quamdam villam contra conventionem quam habuit cum dicta villa, et quod causa venditionis illius suspensus fuit quidam ex hominibus illius villae, committitur abbatibus [a]... **38**

---

34 : P^1. [a] pocessionem : *ms.*

35 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] R ... reis : *M* ; Chreos : P^1. [b] ad Capitulum generale : P^1. [c] in domo de Egris : P^1. [d] nades : P^{10}.

36 : P^1.

37 : P^1.

38 : P^1. [a] *sic desin. ms.*

---

[1] Villers-en-Brabant, in dioec. Mechlinien., *OC*, 87.

[2] Aulne, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 108.

[3] Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadien., *OC*, 177.

[4] Idem ac praecedens (?). Ex solo textu *M*, Janauschek interpretatur de « Roseriis » ; cf. tamen supra, ann. 1226, stat. 37.

[5] Baudeloo, in dioec. et urbe Gandaven., *OC*, 227.

[6] Calertium, Calers, in dioec. Tolosan., *OC*, 115.

[7] Boulbonne, in dioec. Tolosan., *OC*, 123.

[8] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.

[9] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.

[10] Sive Villarium in Brabantia, sive Villerium Betnach in Lotharingia, *OC*, 87, 26.

1231

1 Abbates [a] qui anno quo venire debent ad Capitulum modo quolibet [b] excusantur, sequenti anno venire non omittant [c], inde veniam petituri.

2 Sicut prohibitum est ut nullus electionis suae causam prosequatur, sic quoque districte prohibetur [a] ut nullus [b] depositionis suae causam prosequi audeat; vicini autem abbates, si quem iniuste depositum audierint, denuntiare studeant Capitulo generali.

3 Nullus alicui pecuniam [a] tribuat subsidium vel quadrigas aut vecturas accommodet [b] ad villarum vel castrorum munitiones faciendas [c] vel ad machinas seu arma in expeditione [d] deferenda; quod [e] si quis facere praesumpserit in sequenti Capitulo inde veniam petat ad [f] Capituli generalis arbitrium puniendus.

4 Sententiae de esu carnium anno praeterito latae hoc [a] additur, ut abbates qui quacumque de causa carnes comederint, in Capitulo generali veniam inde petant.

5 Provideant cellerarii et [a] portarii Ordinis, ac [b] magistri [c] et hospitalarii grangiarum, ut mulierculae notam ferentes [d] prostitutionis a portis domorum Ordinis, quanto longius fieri poterit, repellantur, alioquin ipsi graviter puniantur [e].

6 Omnes moniales Ordinis quaecumque sint loquantur de confessione per fenestram ad hoc, prout statutum est, deputatam, praeter graviter infirmantes et exceptis visitatoribus cum quibus in capitulo loqui possunt [a].

1: $C^1P^1P^4T^4$. [a] Anno Domini MCCXXXI statutum est in Capitulo generali ut abbates ...: C^1; Anno Dom. MCCXXXI in Capitulo generali statuta sunt haec firmiter observanda: Abbates ...: P^4T^4. [b] sunt excusati: C^1. [c] obmittant: C^1.

2: $C^1L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] precipitur: C^1. [b] P^1 *perp. add.*: electionis suae.

3: $C^1P^1P^4T^4$. [a] pecuniarum: P^1. [b] adcommodet: T^4. [c] faciendas: *deest* $C^1P^4T^4$. [d] expeditionem: $C^1P^4T^4$. [e] quorum: P^1. [f] arbitrium Definitorum: $C^1P^4T^4$.

4: $C^1L^1L^2P^1P^4P^{10}T^4$. [a] hic: P^{10}.

5: $C^1L^1L^2P^1P^4P^{10}T^4$. [a] ut: P^{10}. [b] et: C^1. [c] seu: C^1; magistri hospitatorii: P^4. [d] circumferentes: C^1; preferentes: P^4T^4. [e] L^1: Definitioni qua praecipitur ut mulierculae notam ferentes prostitutionis longius a monasteriis et grangiis arceantur, et officiales hoc satagant.

6: $C^1L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] petunt: L^1; possint: P^{10}.

Omnes fugitivi Ordinis nostri qui modo extra Ordinem sunt 7
vel a modo exierint [a], nisi infra septem dies redierint [b] omnium [c] quos invenerint ultimi semper erunt, et monachi si bis exierint numquam promoveantur in abbates.

Districte praecipitur ut novitates [a] et superfluitates in picturis, in sculpturis, in aedificiis, in vestibus pretiosis [b] et aliis similibus [c], quae deformant antiquam Ordinis honestatem ab omnibus domibus Ordinis penitus evellantur, nec abbates nec alii de Ordine sibi emant de cetero palefridos [d] precio summam XX librarum turonensium excedente [e], et haec omnia [f] patres abbates in visitationibus [g] diligenter inquirant et faciant firmiter [h] observari. 8

Pueri euntes assidue cum personis Ordinis non deferant cultellos acuminatos, nec vestes varias, nec serta in capitibus, nec chryrotecas [a] in manibus, sed mitanas [b], qui aliter [c] se habentes secum duxerint, omni sexta feria sint in pane et aqua ; utantur tamen [d] pueri vestibus quas nunc habent. 9

Sententiae anno praeterito latae de visitatoribus haec subtrahitur clausula : si vero abbates et monachi in aliqua re sint discordes, debet abbatis sententia praevalere, etc. 10

Quia [a] de emissione monachorum et conversorum multa emergunt animarum pericula et gravamina domorum, districte praecipitur abbatibus universis ut [b] sententia XV [c] distinctionis [d] 1224 [e] : de non emittendis, nullatenus teneatur. 11

Sententiae de non recipiendis novitiis [a] infra annos [b] hoc additur, ut novitii infra [c] tempus statutum a modo recepti eiiciantur [d] a visitatoribus, et abbates [e] qui tales receperint, quanto tempore eos tenuerint, tanto tempore omni sexta feria sint in pane et aqua. In recipiendis a modo tanta in litteratura, in pro- 12

---

7 : $C^1L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] exierunt : L^1. [b] venerint : M. [b] omnino : L^2P^{10}.

8 : $C^1L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] novitas : L^1. [b] etc, quae : L^1. [c] superfluis : T^4. [d] palefurdos : L^2P^{10}. [e] excedentem : L^1. [f] omnia : *deest* P^1. [g] visitatione : L^1. [h] similiter : M.

9 : $L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] cirotecas : T^4. [b] in manibus : T^4. [c] secum habuerit : M ; secum duxerint : P^4. [d] tantum : T^4.

10 : $L^2MP^1P^4P^{10}T^4$.

11 : $L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Quod : P^1. [b] et : P^{10}. [c] decima : P^4. [d] de non emittendis : P^4T^4. [e] nihilominus : P^1 ; Nullus : L^2.

12 : $L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] pueris : L^1. [b] annum : L^2MP^{10}. [c] intra : L^1. [d] reiiciantur : P^4. [e] alias : P^1.

batione spirituum, si ex Deo sint, diligentia adhibeatur, ut cedere possint [f] ad utilitatem Ordinis et honorem [g].

13 Episcopo Erelenensi [1] cui plenarium concessum est servitium, quia decessit, debitum persolvatur.

14 Anniversarium bonae [a] memoriae Berengariae [2], quondam Anglorum reginae, et comitissae Campaniae [3] sororis eius, sicut eis promissum fuit, decimo kalendas [b] ianuarii [c] celebretur insimul.

15 Item comitissae Flandriae [4] conceditur ut in omnibus domibus Ordinis in terra sua de Flandria aut de Annonia eius anniversarium post ipsius obitum celebretur.

16 Abbatiae Sancti Salvatoris de Monte Amiato [5], gradus [a] in ordine annorum conceditur, sexaginta.

17 *Aspice Domine, Salve regina* cum tribus collectis et *Deus venerunt gentes* amplius non dicantur.

18 Petitio domini Iacobi [6] electi [a] Praenestini, de faciendo pro eo plenario [b] servitio post obitum eius exauditur.

19 Domino Petro de Janicuria [a] conceditur una missa post eius obitum per Ordinem universum.

20 Supplicetur domino comiti Flandriae [7] per litteras, per abbates de Alna [8] et de Camberone [9] pro abbatia cuius inspectio commissa fuit anno praeterito eisdem abbatibus et [quid] inde factum fuerit sequenti anno Capitulo generali renuntient.

---

[f] possit : P^1P^{10}. [g] honestatem : L^1.

13 : P^1.

14 : $P^1P^4T^4$. [a] *hic incip.* P^4. [b] chalendas : P^1. [c] simul : P^4; insimul : T^4.

15 : $P^1P^4T^4$.

16 : $P^1P^4T^4$. [a] annorum gradus : P^4T^4.

17 : P^1.

18 : $P^1P^4T^4$. [a] Aulecti : P^1. [b] plenarium servitium : P^4T^4.

19 : $P^1P^4T^4$. [a] Samcuria : P^1.

20 : P^1.

---

[1] Raymundus, Elnensis episc. 1225-1229, *SE*, 599 ; *HE*, I, 238.

[2] Cf. ann. 1229, stat. nº 11.

[3] Cf. ibidem.

[4] Joanna, dicta de Constantinopoli, 1188-1244, *BB*, II, 2549.

[5] S. Salvadore del Montamiata, in Etruria, *OC*, 231.

[6] Jacobus de Pecoraria, antea Claraevallis monachus, dein abbas de Tribus Fontibus in Campania, card. episc. Praen. 1231-1244, *HC*, I, 37.

[7] Ferdinandus de Portugallia, † 1233, *BB*, I, 1486.

[8] Aulne, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 108.

[9] Cambron, in dioec. Tornacen., *OC*, 113.

Abbas Mellifontis [1] qui monachum suum Malachiam, cuius malitiam non debuit nec potuit ignorare, permisit remanere cum archiepiscopo Armacano, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et infra mensem postquam ad domum suam reversus fuerit, dictum monachum ad claustrum suum revocet, qui absque licentia Capituli generalis inde egredi non praesumat, nisi tantummodo cum conventu, et si mandato Capituli noluerit [a] odedire, sententiis conspiratorum et eorum qui appellant denuncietur subiacere, quibus videlicet sententiis idem monachus fuerat innodatus quoniam de multa benignitate Ordinis beneficium obtinuit reconciliationis. 21

Iniungitur abbati de Revebi [2] ut denuntiet filio suo abbati de Valle Florida [3], quod si fuit Romam sine licentia secundum formam Ordinis obtenta, et poenitentiam non egit in Usibus constitutam, tanto tempore sit in omni sexta feria in pane et aqua quanto tempore eundo et redeundo moram fecit, et anno suo veniat ad Capitulum inde veniam petiturus. 22

Abbas de Monte Ramorum [4] qui vocatus non venit ad Capitulum, et officio cessit abbatis debita licentia non obtenta, per patrem abbatem ad locum suum redire compellatur, aut idem pater abbas diligenter inquirat causam eius, et eum prout meruit puniat, ac de ipso faciat quod secundum Deum loco et personae noverit expedire. 23

Abbas Sancti Thomae [5], qui non renuntiavit quod ei anno praeterito fuit iniunctum a Capitulo generali, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Hoc ei vel per se vel per visitatorem, si quem mittendum duxerit, abbas de Roseriis [6], pater eius [denuntiet]. 24

Causa quae vertitur inter abbates de Alcubatia [7] et de Carra- 25

21 : *P*¹. [a] voluerit : *ms.*
22 : *P*¹.
23 : *P*¹.
24 : *P*¹.
25 : *P*¹.

[1] In Hibernia, dioec. Armachan., *OC*, 70.
[2] Revesby, in dioec. et comitatu Lincolnien., *OC*, 76.
[3] Seu Clive, in dioec. Bathonien., *OC*, 202.
[4] S. M. de Monte de Ramo, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 134.
[5] In ditione Venetorum, dioec. Torcellan., *OC*, 213.
[6] Rozières, in dioec. S. Claudii, in Burgundia, *OC*, 26.
[7] In Lusitania, dioec. Ulixbonen., *OC*, 110.

zeto[1] infra sequens Capitulum per ipsos abbates quibus anno praeterito fuit commissa pace vel iudicio terminetur; abbas vero de Carrezeto, qui in Capitulo et coram Diffinitoribus non simpliciter prout debuit, sed tergiversando respondit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

26 Abbates Bonaecumbae[2] et Bonaevallis[3] qui per cavillationes advocatorum quos secum habebant ausi sunt causae suae processum impedire, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua; causa vero per abbates Fontisfrigidi[4], Vallismagnae[5] et Loci Dei[6] infra sequens Capitulum pace vel iudicio terminetur.

27 Super enormi facto Hybernensium, de abbate ab eis interfecto et de alio exulato, mittatur ad dominum Papam ad eius consilium pariter et auxilium implorandum, ut et ipso scribat principi terrae et aliis quibus et qualiter viderit expedire.

28 Negotium domus Montis Sanctae Mariae[7] pro qua petit aliam abbas alibi construi, comittitur Sanctae Crucis[8] in Austria, Sancti Godardii[9] et de Bocan[10] abbatibus, qui inde statuant quod secundum Deum et Ordinis instituta noverint expedire.

29 Abbas de Villari[11] qui licet generalem consensum vendendi possessiones aliquas a patre abbate et conventu suo habuerit, villam tamen minus discrete et sine speciali conventus sui vel saltem seniorum suorum consilio vendidit, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua.

---

26 : *P*[1].
27 : *P*[1].
28 : *P*[1].
29 : *P*[1].

---

[1] Carracetum, Carracedo, in Legione, dioec. Astoricen., *OC*, 209.
[2] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
[3] Bonneval, in dioec. Ruthenen., *OC*, 144.
[4] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[5] S. M. de Valmagne, in Languedocio, dioec. Montispessulan., *OC*, 138.
[6] Loc-Dieu, in dioec. Ruthenen., *OC*, 149.
[7] Marienberg, Bors Monostra, in Hungaria, dioec. Jauriensi, *OC*, 200.
[8] Heiligenkreuz, in dioec. Vindobonen., *OC*, 36.
[9] S. Gotthardus, in Hungaria, dioec. Sabarien., *OC*, 183.
[10] Zircium, Zircz, seu de Curc in Bokan, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 181.
[11] Sive Villarium in Brabantia, sive Villerium-Betnach, in Lotharingia, *OC*, 87, 26; cf. ann. praec. stat. nº 38.

Abbates de Sturceburnae [1], de Utrina Valle [2] et de Vuarne- 30
viler [3], qui gravia et enormia crimina abbati de Villario [4] impo-
nere praesumpserunt, a quibus per inquisitores a generali Capi-
tulo missos inventus est immunis, qui etiam asseruerunt litteris
suis patentibus se eorumdem criminum in animabus suis testes
esse et coram Diffinitoribus recognoverunt se de ipsis criminibus
nisi de auditu nihil scire ; licet viri sint magni nominis, tum quia
iusti iudicii gladius nulli parcit, deponuntur in instanti. Inhi-
betur etiam eis ne aliquam earumdem quatuor domorum, vide-
licet de Sturceburnae, de Utrina Valle, de Vuarneviler et de Vil-
lario, de cetero ingredi audeant, et per annum abstineant ab
altaris officio, et numquam promoveantur in abbates, nisi de
licentia Capituli generalis.

Conceditur abbati de Cerreto [5] quod recipiat monasterium 31
Sancti Stephani de Cornu [6], pro quo associando Ordini dominus
Papa scribit.

De expensis quas fecerunt visitatores a Capitulo generali in 32
Hyberniam, committitur abbati de Saviniaco [7] ut ipse inde sta-
tuat quod censerit esse iustum.

Abbas de Firmitate qui non punivit eos qui carnes ministra- 33
verunt mulieribus in domo coniuncta clausurae abbatiae, tribus
diebus sit in levi culpa, et qui ministraverunt, aut quorum ius-
sione hoc [a] factum fuit, sex diebus. Provideat etiam idem abbas
ut numquam de cetero mulieres hanc domum ingredi permittantur.

Quia [a] conventus de Surio [8], de Castro Dei [9], de Petra fertili[10], 34

---

30 : *P*[1].
31 : *P*[1].
32 : *P*[1].
33 : *L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] hoc : *deest L*[2]*P*[10]. [b] etiam : *deest MP*[1].
34 : *L*[1]*P*[1]. [a] *brevius apud L*[1] : Omnes officiales abbatiarum de Surio, de Castro Dei et de Petra fertili, qui noluerunt recipere visitatores a patre abbate missos, ab introitu ecclesiae arceantur, et omni sexta feria sint in pane et aqua, donec eant ad matrem domum satisfacturi.

---

[1] Sturzelbrunna, Sturzelbronn, in Lotharingia, dioec. Meten., *OC*, 72.
[2] Eusserthal, in Bavaria-Rhen., dioec. Spiren., *OC*, 114.
[3] Werneri Villerium, Werschweiler, in dioec. Spiren., *OC*, 162.
[4] Villerium in Betnach, in Lotharingia, dioec. Meten., *OC*, 26.
[5] Ceretum, Cerredo, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 43.
[6] S. Stephano al Corno, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 234.
[7] Savigny, in Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.
[8] Alias Inislounagh, in Hibernia, dioec. Lismoren., *OC*, 131.
[9] Alias Fermoy, in Hibernia, dioec. Cloynen., *OC*, 160.
[10] Seu Abbey of Corcumroe, in Hibernia, dioec. Finaboren., *OC*, 199.

noluerunt recipere visitatores a patre suo abbate de Furnesio [1] missos, priores, suppriores, cellerarii, et subcellerarii domorum earumdem ab introitu ecclesiae arceantur et omni sexta feria sint in pane et aqua; deinde ad dictam domum matrem suam veniant super hoc satisfacturi ad arbitrium dicti patris; conventus quoque earumdem trium domorum omni sexta feria in pane sint et aqua, donec id compleatur. Abbas autem Mellifontis [2] hoc eis denuntiet.

35 Petitio principis Ruianorum [a] de abbatia monachorum nostri Ordinis exauditur. Abbas autem Campensis [3] conventum illuc mittat cum viderit expedire.

36 Iniungitur abbati de Scala Dei [4] ut assumptis duobus abbatibus de filiis suis, accedant ad domum de Ferola [5] in plenario potestate, et inquirant diligenter de traditione duorum castrorum quae facta fuisse dicitur ab abbate, si ipsum vel aliquos alios de Ordine culpabiles ex hoc invenerit, digne pro meritis puniat, et quod inde fecerit anno sequenti renuntiet Capitulo generali.

37 Quaestio de maioritate domorum de Gauellaia [6] et Furnesio [7] committitur Cisterciensi... [a] abbatibus, pace vel iudicio terminanda.

38 Abbas Sancti Petri de Gomerel [8] non venit hoc anno ad Capitulum cum venire debuisset, abbas Sancti Prudentii [9] ei denuntiet ut faciat poenitentiam in Usibus constitutam.

39 Abbas de Sacramenia[10] qui similiter non venit, faciat eamdem poenitentiam et hoc ei denuntiet abbas de Spina [11].

35 : *P*[1]. [a] Romanorum : *ms.*
36 : *P*[1].
37 : *P*[1]. [a] *vacuus locus in ms.*
38 : *P*[1].
39 : *P*[1].

[1] Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.
[2] In Hibernia, dioec. Armacan., *OC*, 70.
[3] Vetus Camp, in dioec. Colonien., *OC*, 11. Agitur hic de fundatione abbatiae nuncupatae Novus Campus, Neuenkamp, cuius fundator Wizlavus, Ruianorum princeps, extitit.
[4] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[5] Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[6] Seu Vauerleya, Waverleia, in Anglia, dioec. Wintonien., *OC*, 16.
[7] Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.
[8] S. Pedro de Gumiel, in Veteri Castella, dioec. Oxomen., *OC*, 198.
[9] S. Prudencio, in Veteri Castella, dioec. Calaguritan., *OC*, 145.
[10] Sagramenia, in Veteri Castella, dioec. Secovien., *OC*, 67.
[11] Espina, in Legione, dioec. Palentin., *OC*, 108.

Abbas quoque de Fiterio [1] non venit ; renuntiet abbas de 40
Oliva [2] ut agat poenitentiam praetaxatam.

Abbas Montis Salutis [3] qui nec venit, eandem poenitentiam 41
agat, et hoc ei abbas de Saltu novali [4] [denuntiet].

Abbas de Ribeto [5] similiter non venit ; abbas de Gondonio [6] 42
ei denuntiet ut agat poenitentiam supra determinatam.

Conversi Firmitatis qui cum comite Cabilonensi morantur, 43
infra festum Omnium Sanctorum revocentur.

Petitio domini Papae de abbatia monialium de Coeli Porta [7] 44
Ordini associanda, propter ipsius reverentiam exauditur.

Abbati Casenovae [8] conceditur ut in grangia Sancti Bartho- 45
lomei [9] quae fuit quondam abbatia, tres monachi habeantur,
qui possint ecclesiae, quae ibi est, divinum officium celebrare.

Petitio domini Viennensis [10] de festo beati Antonii faciendo 46
cum duodecim lectionibus et duabus missis in domo Bonaeval-
lis [11], exauditur.

Abbas de Campolilorum [12], in cuius domo ducissa Austriae est 47
ingressa, et non fecit poenitentiam in Usibus institutam nec
veniam inde petiit in Capitulo, sit tribus diebus in levi culpa.

Inspectio abbatiae quam vult fundare archiepiscopus Golos- 48
sensis [13], committitur abbatibus de Sancto Godardo [14], de Cyca-

40 : P^1.
41 : P^1.
42 : P^1.
43 : L^1P^1.
44 : $L^2MP^1P^{10}W$.
45 : $L^2MP^1P^{10}$.
46 : P^1.
47 : L^1MP^1W.
48 : P^1.

[1] Fiterium, Fitero, in dioec. Tirasonen., *OC*, 65.
[2] La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119.
[3] Monsalud, in Castella Nova, dioec. Conchen., *OC*, 65.
[4] Sandoval, in regno et dioec. Legionen., *OC*, 161.
[5] Rivetum, Le Rivet, in Guiennia, dioec. Burdigalen., *OC*, 191.
[6] Gondon, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 11.
[7] Himmelspforten, in dioec. Herbipolen., *SM*, XXXVII, 19.
[8] Caja-nova, in Aprutio ulteriori, dioec. Pennen., *OC*, 199.
[9] Cf. *OC*, p. LXI.
[10] Joannes de Bournain, Vienn. archiep. 1219-1266, *SE*, 655 ; *HC*, I, 527.
[11] Bonnevaux, in Delphinatu, *OC*, 7.
[12] Lilienfeld, in Austria, dioec. S. Hippolyti, *OC*, 212.
[13] Ugrinus, Colocensis archiep. 1219-1241, *SE*, 371 ; *HC*, I, 197.
[14] S. Gotthardus, in Hungaria, dioec. Sabarien., *OC*, 183.

dorum [1] et de Pelesio [2] qui circumstantiis omnibus diligenter conspectis, mittant illuc conventum de domo de Bocham [3], auctoritate Capituli ulterius non expectata, si ita viderint expedire.

49 Abbates Vallebonae [4] et de Mataplana [5] qui per litteras hoc anno se excusaverunt, sequenti anno veniant ad Capitulum, omni occasione remota, inde veniam petituri. Abbas de Spina [6] hoc eis denuntiet.

50 Petitio vero abbatis Ursicampi [7] de faciendo festo dicti sancti in domo sua cum duodecim lectionibus et duabus missis et utrisque vesperis, exauditur. Abbati etiam Longipontis [8] conceditur ut cum duodecim lectionibus et una missa in domo sua celebretur omni anno in posterum solemnitas supradicta.

51 Petitio domini Regis Angliae [9] de faciendo festo sancti [Eduardi] [a] regis cum duodecim lectionibus in cunctis abbatiis Angliae exauditur ; specialem tamen historiam non habeant, sed communiter sicut unius martyris.

52 Negotium de recipienda abbatia Sancti Gregorii [10] in Urbe totum [a] domini Papae beneplacito committatur ; cui tamen ita diligenter [b] scribatur et honeste quod Ordo notari [c] de cupiditate nequeat vel de ambitione.

53 Verbum illud quod ponitur distinctione secunda quod abbates monacham non benedicant, intelligendum est de benedictione illa solemni quae consecratio dicitur, et pertinet ad solos epis-

49 : *P¹*.
50 : *P¹*.
51 : *P¹*. [a] *locus vacuus in ms.*
52 : *L¹L²MP¹⁰*. [a] Totia : *L¹*. [b] digenter : *L²*. [c] taxari : *L¹*.
53 : *T⁵*.

[1] B. M. de Czikador, in Hungaria, dioec. Quinqueecclesien., *OC*, 71.
[2] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 182.
[3] Zircium, Zircz, alias de Curc in Bokan, in dioec. Vesprimien., *OC*, 181 ; ann. 1232 abbatiam de Valle Honesta fundavit in Slavonia, dioec. Quinqueecclesien., *OC*, 235.
[4] Valbuena, in dioec. Palentin., *OC*, 71.
[5] Seu Matallana, in Castella, dioec. Palentin., *OC*, 170.
[6] Espina, in Legione, dioec. Palentin., *OC*, 108.
[7] Ourscamp, in dioec. Bellovacen., *OC*, 17.
[8] Longpont, in Picardia, dioec. Suessionen., *OC*, 22.
[9] Henricus III, 1207-1272, *BB*, I, 2056.
[10] De negotii huius effectu nihil constat ; cf. *OC*, p. LXIII.

copos ; benedictionem illam quae fit super novitios Ordinis elapso anno probationis ad mutationem status, faciant super moniales patres abbates et visitatores ipsarum, vel alii abbates Ordinis nostri tantum de ipsorum licentia speciali.

1232

Festum sancti Dyonisii martyris cum duabus missis cele- 1
bretur per [a] Ordinem universum [b]. Conversi tamen propter hoc a labore non cessabunt.

Commemoratio sancti Servatii [a] episcopi et confessoris festo 2
die ipsius, videlicet [b] tertio idus Maii fiat per Ordinem universum. Collecta : *Deus qui conspicis...*

In [a] elevatione hostiae salutaris, consecratione peracta, hostia 3
aliquantulum elevetur, ut videri possit.

Liceat monachis [a] qui benedictionem viae accipiunt, si necesse 4
fuerit, ante evangelium celebrare.

Propter collationes [a] illicitas de [b] medio tollendas, statuitur ut 5
quando monachi causa solatii ad colloquium ab ordinis custode vocantur [c], illud colloquium sit de sanctorum [d] miraculis, de verbis aedificatoriis, et de his [e] quae pertinent ad salutem animarum, exclusis detractionibus [f], contentionibus [g] et aliis vanitatibus [h]. Hoc ipsum [i] abbates conservent [j], ubicumque [k] convenerint [l] nisi de suis [m] necessitatibus loquantur, et [n] adiicitur praesenti statuto ne servitores [o] inter se coram infirmario [p] colloquantur.

Antiqua sententia de carnibus extra infirmitoria non come- 6
dendis, in navibus, et in omnibus [a] aliis locis firmiter observetur. Adiungitur huic sententiae quod nec episcopis, nec aliis personis,

---

1 : $L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] totum : L^2. [b] celebretur : P^4T^4

2 : $P^1P^4T^4$. [a] Servatii : *deest* P^1. [b] videlicet : *deest* P^4T^4.

3 $L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] T^4 *incip.* : Anno Domini MCCXXXII statuitur ut ... ; P^4 : Statuitur ut ...

4 $L^1L^2P^1P^4P^{10}T^4$. [a] post acceptam benedictionem : T^4.

5 : D^1 *(transl. gallice quoad sensum)* $L^1L^2MP^1P^{10}T^4$. [a] collocutiones : T^4. [b] e : T^4. [c] notantur : P^1. [d] beatorum : L^2. [e] iis : L^2 ; hiis : P^1T^4. [f] distractionibus : P^{10}. [g] contentionibus ... vanitatibus : *deest* L^1. [h] P^4T^4 *add.* : universis. [i] et : P^4. [j] observent : T^4. [k] ubique : L^1. [l] nec : P^4T^4. [m] suis : *deest* P^4T^4. [n] additur autem : T^4. [o] seniores : L^2MP^{10}. [p] P^4 *add.* : de carne.

6 : D^1 *(gallice)* $L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] omnibus : *deest* P^4.

infra septa abbatiae, nec in domibus contiguis carnes aliquatenus ministrentur, vel [b] comedere permittantur, nisi graviter infirmentur.

7 Cum episcopi et praelati ad domos Ordinis veniunt [a], secundum possibilitatem domorum honeste excipiantur [b], hoc proviso, quod familiae [c] eorum, si forte [d] secum detulerint aliqua victualia, nulla eis propter hoc pecunia refundatur.

8 Statuitur ut abbates et monachi semel ad minus in hebdomada confiteantur, si copiam habeant confitendi. Hoc [a] idem praecipitur de conversis, qui in abbatia morantur. Conversi vero qui in grangiis morantur, quoties eis tenebitur capitulum, confiteantur.

9 De admittendis hospitibus vel non admittendis [a], sententia septimae distinctionis, quae sic incipit : Quoniam manifestum est, inviolabiliter observetur. Abbas [b] transgressor huius constitutionis [c] veniam petat in Capitulo generali.

10 Conversi qui cum principibus et baronibus habitant revocentur, nisi ibi [a] fuerint de licentia Capituli generalis.

11 Praecipitur ne aliquis de cetero de Ordine nostro recipiat in custodia sua [a] munitiones aliquas vel castella.

12 Duo [a] procuratores in Curia pro toto Ordine annis singulis [b] habeantur [c], et constitutio istius anni abbati Casemarii [1] est commissa.

13 Scribatur amicis Ordinis in Curia ex parte Capituli generalis ut ipsi suggerant domino Papae loco et tempore opportuno, ut quando scripserit abbatibus Ordinis pro aliquo in Ordine admittendo, talem mittat personam, quae sit idonea recipi secundum Ordinis [a] instituta.

---

[b] nec : L^1P^{10}.

7 : $L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] venerint : P^1. [b] exhibeantur : $P^1P^{10}T^4$; exhibeatur : P^4. [c] familia : $P^{10}T^4$. [d] forte tulerint : P^1.

8 : D^1 *(gallice)* $L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Hoc : *deest* MP^{10}.

9 : $L^2P^1P^4P^{10}T^4$. [a] hospitibus : T^4. [b] Abbas : *deest* $L^2P^1P^{10}$. [c] institutionis : P^{10}.

10 : $L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] ibi : *deest M.*

11 : $P^1P^4T^4$. [a] sua : *deest* T^4.

12 : $L^2P^1P^4P^{10}T^4$. [a] Praecipitur ut duo ... : P^4T^4. [b] annis singulis : *deest* P^4T^4. [c] *hic desin.* P^4T^4.

13 : $L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Ordinis : *apud* P^1 *tantum.*

---

[1] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.

Petitio illustris [a] regis Angliae [1] de anniversario ipsius post eius obitum faciendo per Ordinem universum, exauditur. 14

Petitioni [a] domini Cistercii conceditur ut pro Hildephonso [b] [2] illustri [c] rege Castellae bonae [d] memoriae [e] et regina uxore ipsius anniversarium una die simul celebretur per [f] universum Ordinem in octava [g] sancti Michaelis. 15

Dux Austriae reginae Berengariae anniversario societur. 16

Petitio domini Lausanniensis [3] de celebranda una missa pro eo per Ordinem universum a singulis sacerdotibus post eius obitum exauditur. 17

Abbatibus de Jubino [a] [4] et de Bello monte [5] conceditur ut de [b] septennio in septennium veniant ad Capitulum generale, et novitii ipsarum domorum possunt [c] duci, completo anno probationis causa benedicendi de [d] domo in domum, facta prius in domo propria solemni renuntiatione. 18

Abbatiae Saltus Alborum [a] [6] conceditur ut habeat [b] annorum gradum in Ordine quadraginta. 19

Quaestio prioratus inter abbatem de Waverleia [7] et abbatem de Furnesio [8] per [a] provisionem domini Cisterciensis deciditur [b], ut de Furnesio habeat prioratum in tota generatione Eleemosynae [9] 20

---

14 : *P¹P⁴T⁴*. [a] illustrissimi : *P⁴*.

15 : *P¹P⁴T⁴*. [a] *P⁴T⁴ incip.* : Item ad petitionem domini abbatis Cistercii ... [b] Hildephonso : *deest P⁴T⁴, qui add.* : defuncto. [c] illustrissimo : *P⁴*. [d] piae : *T⁴*. [e] bonae memoriae : *deest P⁴*. [f] per universum Ordinem : *deest P⁴*. [g] octavis : *P⁴T⁴*.

16 : *P¹P⁴T⁴*.

17 : *P¹*.

18 : *L²MP¹P⁴P¹⁰T⁴*. [a] Tubino : *M* ; Gebuino : *P⁴* ; Gebino : *T⁴*. [b] septimo ad octavum annum : *P⁴* ; septimo in septimum : *T⁴*. [c] possint : *T⁴*. [d] a : *T⁴*.

19 : *P¹P⁴T⁴*. [a] Arborum : *P⁴T⁴*. [b] in Ordine gradum XL annorum : *P⁴T⁴*.

20 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] pro provisione : *P¹⁰*. [b] videbitur : *P¹P¹⁰*.

---

[1] Henricus III, 1207, † 1272, *BB*, I, 2056.

[2] Alphonsus IX, 1166, † 1230, *BB*, I, 165.

[3] Bonifacius (beatus), de Bruxellis, ord. cist. Lausann. episc. 1231-1239, *SE*, 284 ; *HC*, I, 296.

[4] S. Georgius de Jubino, prope Antiochiam Syriae, *OC*, 217.

[5] Beaumont, in Syria, dioec. Tripolitan., *OC*, 139.

[6] Sotos Albos, in Castella Veteri, dioec. Segovien., *OC*, 217.

[7] Waverley, in Anglia, dioec. Wintonien., *OC*, 16.

[8] Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.

[9] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.

in Anglia, et in generatione Saviniaci [c] [1] in Anglia tantum; abbas autem de Waverleia habeat prioratum ubique alias tam in congregationibus abbatum quae fuerint per Angliam, quam alias per Ordinem universum.

21 Litterae domini Papae pro negotio Hybernensium [a] Ordinis nostri directae legantur in omnibus capitulis abbatiarum Hyberniae et diligenter originalia conserventur.

22 Abbas de Tela [2] qui ministravit carnes cuidam saeculari personae infra terminos abbatiae, sex diebus sit in levi culpa et tribus sextis feriis in pane et aqua.

23 De monialibus de Moleges [3] quae deferunt vela alba et garnachias [4] et nutriunt crines longos, praecipitur ut ordinate se habeant, vel ab Ordine abscindantur. Idem praecipitur de monialibus Sancti Pontii [a] [5], et filiabus suis, et hoc committitur visitatoribus earumdem.

24 Frater Guillemus Formōs conversus domus Bonaecumbae [6] propter manifestos excessus suos a domo emissus propria, ad remotiorem domum per abbates de Domo Dei [7] super Carrum et de Albis petris [8] mittatur, non reversurus nisi per Capitulum generale; qui abbates quam citius potuerint ad partes illas personaliter accedentes, si rebellis fuerit, excommunicent eum auctoritate Capituli generalis; praecipitur insuper eisdem abbatibus ut ad domum Bonaecumbae patre abbate vocato personaliter accedentes, inquirant de statu domus eiusdem, et si quos excessus invenerint corrigant auctoritate Capituli generalis; praeterea de querela quam dictus abbas Bonaecumbae proposuit adversus abbatem Bonaevallis Ruthenensis dioecesis diligenter inquirant et renuntient quod invenerint Capitulo generali.

---

[c] Savigniaci: *L²MP¹⁰*.

21: *P¹P⁴T⁴*. [a] Hyberniensis: *P⁴*.

22: *P¹*.

23: *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] etc.: *et sic desin. L¹*.

24: *P¹*.

---

[1] Savigny, in Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.
[2] Thela, alias Montheron, in Helvetia, dioec. Lausannen., *OC*, 34.
[3] Molèze, in dioec. Catalaunen., *GC*, IV, 1035.
[4] Ampla vestis, sine manicis, *DC*, IV, 34.
[5] St-Pons de Gémenos, prope Massiliam, *GC*, I, 698.
[6] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
[7] Alias Niger Lacus, Nerlac, in dioec. Bituricen., *OC*, 43.
[8] Aubepierre, in dioec. Lemovicen., *OC*, 115.

De expensis quas petunt visitatores Calabriae, Apuliae, Siciliae, committitur abbatibus Casemarii [1] et Fossaenovae [2] ut ipsi faciant eas restitui a domibus visitatis. 25

Abbas de Renebi [3] qui debuit renuntiare Capitulo utrum abbas de Valle Florida [4] complesset sententiam Capituli generalis et non renuntiaverit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Parcolude [5] hoc ei denuntiet. 26

Abbatia Sancti Spiritus [6] in Calabria, redacta in grangiam per visitatores Capituli generalis, transferatur ad locum qui dicitur Sancta Maria de Coronata [7] collatum a domino Papa et ille locus prior maneat grangia abbatiae transaltae cum omnibus bonis suis, et eadem abbatia cum omnibus pertinentiis suis subsit abbatiae de Ferraria [8] sicut prius. 27

Translatio abbatiae Galesii [9] facta per visitatores Capituli ad locum qui dicitur S. Symon[10] approbatur. 28

Ob gratiam et reverentiam domini P[etri][11] Capuani cardinalis, inspecta confirmatione domini Papae, Canonica de Almaphia[12] restituitur in abbatia et praecipitur patri abbati ut tot mittat monachos ibidem et tales quod possint servare Ordinis instituta. 29

De abbatia Roqueamatoris[13] praecipitur patri abbati de Nucarra[14] quatenus illuc mittat duodenarium numerum monachorum infra sequentem dominicam Palmarum, procreans ibi abba- 30

25 : *P*1.
26 : *P*1.
27 : *P*1.
28 : *P*1.
29 : *P*1.
30 : *P*1.

[1] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[2] Fossanuova, in Campania romana, dioec. Terracinen., *OC*, 37.
[3] Revesbi, in comitatu et dioec. Lincolnien., *OC*, 76.
[4] Alias Clive, in dioec. Bathonien., *OC*, 202.
[5] Louth Park, in dioec. Lincolnien., *OC*, 56.
[6] Istius abbatiae primus ignoratur locus.
[7] S. M. dell'Incoronata, prope Fogiam, in dioec. Tarentina, *OC*, 229.
[8] Ferrara, in regno Neapolitano, dioec. Theanen., *OC*, 178.
[9] Galesium, Galeso, in Apulia, dioec. Tarentin., *OC*, 200.
[10] De isto loco et nomine tacet Janauschek.
[11] Petrus, card. ab Amalphitana Capuanorum gente oriundus, †1242 ; *HC*, I, 5, 50.
[12] S. Pietro della Canonica, in regno Neapolitano, *OC*, 225.
[13] Rocca-Amatoris, Roccamadore, in Sicilia, dioec. Messanen., *OC*, 196.
[14] Nucaria, La Nuara, in Sicilia, dioec. Messanen., *OC*, 164.

tem ; quod si non fecerit, hoc idem praecipitur abbati de Mathina in sequens festum sancti Joannis Baptistae faciendum. Quod si forte abbas de Mathina [1] non fecerit infra terminum supradictum, hoc idem abbati Casaemaris [2] infra sequens Capitulum praecipitur faciendum ; ita tamen quod abbatia Roqueamatoris perpetuo sit filia illius abbatis qui prius praedictum numerum monachorum illuc duxerit transmittandum.

31 Quia generatio Mathinae [a] [3] circa correctionem [b] filiarum suarum diu se habuit negligenter, imo [c] et vitiose, nec etiam spes reformationis sit aliqua [d] per eamdem statuitur, ut abbatia Sancti Spiritus [4] de Panorma [e] subsit de cetero immediate tanquam filia matri abbatiae Casaemarii [5] ; abbatia vero Rocadiae [f] [6] remaneat in eo [g] statu in quo erat ante adventum visitatorum Capituli generalis.

32 Super negotio de Jubino [7] scribatur supplicando domino Papae et patriarchae Antiocheno.

33 Quoniam abbas [a] et monachi de Berola [b] [8] in redditione castrorum per pusillanimitatem graviter deliquerunt, cum pro iustitia debuissent usque ad sanguinem restitisse, praecipitur quod abbas per annum extra stallum suum maneat et sex diebus sit in levi culpa [c], et tam idem quam totus conventus duobus eorum in pane et aqua. Monachi vero qui tunc erant vel modo sunt officiales [d] tribus sextis feriis sint in pane et aqua.

34 Praecipitur de Camberona [9] et de Laude [10] abbatibus ut ad

---

31 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Massivae : *L*¹. [b] correctiones : *L*¹. [c] etiam : *L*¹*P*¹. [d] quia : *P*¹⁰. [e] Panormia : *L*¹ ; Pariorma : *L*²*P*¹⁰. [f] Zocadiae : *L*¹ ; Rochadiae : *P*¹. [g] eodem : *L*¹.

32 : *P*¹.

33 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] abbatis : *P*¹⁰. [b] Berda : *MP*¹⁰. [c] et duobus eorum in pane et aqua : *P*¹. [d] sex diebus sint in levi culpa ... : *P*¹.

34 : *P*¹.

---

[1] Matina, in Calabria citeriori, dioec. S. Marci, *OC*, 179.

[2] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.

[3] Cf. stat. praec.

[4] S. Spirito, in Sicilia, dioec. Panormitan., *OC*, 165.

[5] Cf. stat. praec.

[6] Cf. stat. praec.

[7] S. Georgius de Jubino, prope Antiochiam Syriae, *OC*, 217.

[8] Seu Verola, in Aragonia, dioec. Tirasonensi, *OC*, 91 ; nomen Berda (iuxta *M*) interpretatur Janauschek de Berdona, in Vasconia.

[9] Cambron, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 113.

[10] Loos, in dioec. Cameracen., *OC*, 116.

abbatiam monialium de Fortenella [1] personaliter accedentes iniungant abbatissae firmiter ex parte Capituli ut moniales quas miserat ad abbatiam construendam revocet sine mora et ab aedificatione desistat, alioquin excommunicentur auctoritate Capituli generalis ; sub eadem forma committitur abbati Villariensi [2] de abbatia de Brenia [3].

De aedificanda abbatia Paradisi [4] committitur abbatibus de Colbas [5] et de Lugna [6] ut ad locum inspiciendum accedant et si viderint expedire, introducendi ibidem conventum habeant potestatem. **35**

Abbas Belliloci [7] Ruthenensis dioecesis, qui anno praeterito non venit ad Capitulum generale, agat poenitentiam in diffinitionibus constitutam. Similiter faciat abbas de Stit [8]. **36**

Ad mandatum domini Papae conceditur ut abbatia Camerae Sanctae Mariae [9] Ordini societur et per abbatem de Alna[10] visitetur. **37**

Conceditur abbati de Oubrulluc[11] ut in festo sancti Henrici missa in conventu domus annis singulis celebretur. **38**

Conceditur Eurebacensi[12] abbati ut ad consilium inspectorum videlicet abbatum Loci Sanctae Mariae[13] et Vallis Sancti Petri[14] statim mittat conventum ad locum qui dicitur Ageona, si viderint expedire. **39**

35 : *P*¹.
36 : *P*¹.
37 : *P*¹.
38 : *P*¹.
39 : *P*¹.

[1] Fontenelle, abb. monialium cist. prope Valentianas, *GC*, III, 184. Forsan agitur hic de fundatione abbatiae de Oliva, in Hannonia Belgii ; cf. Canivez, *L'Ordre de Cîteaux en Belgique*, Scourmont, 1926, p. 385.
[2] Villers-en-Brabant, in dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[3] Wauthier-Braine, in Brabantia, *GC*, III, 606.
[4] Paradiz, in Polonia, dioec. Poznanien., *OC*, 240.
[5] Mera Vallis, Colbaz, in Pomerania, dioec. Caminen., *OC*, 170.
[6] Wagroviecium, Wongrowitz, olim Lukna, in antiquo magno ducatu Posnaniensi, dioec. Gneznen., *OC*, 72.
[7] Belloc-en-Rouergue, in dioec. Ruthenen., *OC*, 79.
[8] Sitticum, Sittich, in Carniola inferiore, dioec. Labacen., *OC*, 42.
[9] La Cambre, prope Bruxellas, in Belgio, dioec. Mechlinien., *GC*, V, 71.
[10] Aulne, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[11] Dobraluca, Dobrilugk, in Lusatia inferiori, dioec. Misnen., *OC*, 153.
[12] Eberbach, in Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.
[13] Marienstatt, in Nassovia, dioec. Colonien., *OC*, 220.
[14] Alias Heisterbach, in dioec. Colonien., *OC*, 189.

40 Conceditur domino Cistercii ut scribat nomine Capituli generalis pro negotio de Polongeio, quomodo et eo modo quo viderit expedire, ita tamen quod Ordo propter istud negotium non gravetur expensis.

41 Factum abbatiae Laurisiẽn [1] committitur abbatibus de Villerio [2], de Novo castro [3], Maceriarum [4], ut ipsi videlicet inquirant fundamentum et processum facti et instrumentorum tenorem et rationes et omnia quae ad factum huiusmodi spectant, nulla innovatione vel immutatione interim facta. Hoc etiam inhibetur ne aliqui de Ordine supplicando vel rogando vel quocumque modo procurando se intromittant de hoc facto donec renuntiatum fuerit Capitulo generali.

42 Iniungitur abbatibus de Igniaco [5] et Ursicampo [6] et de Frigidomonte [7] ut pro sopiendis dissentionibus et querelis quae sunt inter Ordinem nostrum et Ordinem Praemonstratensium, abbati Praemonstratensi diem et locum competentem assignent ad quem utraque pars debeat convenire.

43 Petitio abbatis Lucellensis [8] de possessionibus emendis ad abbatiam construendam, committitur patri abbati [9] et abbati Clarifontis[10], qui locum diligenter inspiciant et de monachis mittendis faciant quod viderint expedire.

44 Querela inter abbates de Port[11] et de Ruoc[12] de abbatia cons-

---

40 : P^1.
41 : P^1.
42 : P^1.
43 : P^1.
44 : P^1.

---

[1] Laurissa, Laurisheim, antiqua abbatia OSB, in dioec. Moguntina, a Gregorio IX Cisterciensibus subiecta, sed ab Innocentio IV ordini Praemonstratensi incorporata ; *OC*, p. LXIV.

[2] Villers-Betnach, in Lotharingia, dioec. Meten., *OC*, 26.

[3] Neubourg, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 18.

[4] Mazières, in dioec. Divionen., *OC*, 26.

[5] Igny, in dioec. Remen., *OC*, 14.

[6] Ourscamp, in dioec. Bellovacen., *OC*, 17.

[7] Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.

[8] Lucelle, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 12.

[9] i. e. abbas Bellaevallis, Bellevaux, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 8.

[10] Clairefontaine, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 24.

[11] Pforta, in Thuringia, dioec. Nuemburgen., *OC*, 25.

[12] Buch (?) Boch, i. e. Vallis S. Aegidii, in Saxonia, dioec. Misnen., *OC*, 195.

truenda committitur abbatibus Olberluc [1] et de Cenna [2] qui eam diligenter examinent et quid fecerint renuntient Capitulo generali.

Pro [a] eo quod, sicut intelleximus, domus de Pelesio [3] in Hungaria in visitationibus factis in ipsa, suos saepe redemit excessus per pecuniam, statuitur ut pater abbas [4] ita se habeat ordinate [b] de cetero in visitatione eiusdem domus, ne ipse depositionem incurrat ex hac causa, et domus ipsius ius maternitatis quod habet in illa domo amittat, et quia de excessibus illius domus multa [c] enormia audivimus, iniungitur [d] visitatoribus Claraevallis et Trium fontium [5] quod inquirant et corrigant in domo de Pelesio, et domo de Pasto [6] tam in capite [e] quam in membris, quae viderint corrigenda auctoritate Capituli generalis et renuntient quae fecerint Capitulo generali. 45

De abbate de Thama [7] qui arma pugili dicitur ministrasse, committitur abbati de Eleemosyna [8] ut diligenter inquirat et auctoritate Capituli generalis corrigat et puniat secundum quod viderit expedire. 46

Abbati Sancti Stephani in Nemore [9] conceditur quod revocet quamdam possessionem quae dicitur fuisse abbatiae ipsius, si tamen potuerit fieri sine mutuo contrahendo. 47

Super petitione episcopi Lealensis [10] de fundanda abbatia nova, iniungitur abbatibus de Lugna [11] et de Clara tumba [12] ut locum et possessiones et cetera necessaria abbatiae inspiciant diligenter 48

---

45 : *L*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]*W*. [a] De eo : *L*[1]. [b] in ordine : *MW*. [c] nonnulla : *L*[1]. [d] sex : *L*[1]. [e] capitibus : *L*[2]*MP*[1]*W*.
46 : *P*[1].
47 : *P*[1].
48 : *P*[1].

---

[1] Dobraluca, Dobrilugk, in dioec. Misnensi et provinc. Brandenburgen., *OC*, 153.
[2] Coena S. Mariae, Zinna, in dioec. Brandenburgen., *OC*, 163.
[3] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 182.
[4] i. e. Aceyi abbas, in Burgundia, dioec. S. Claudii, *OC*, 40.
[5] In dioec. Catalaunen., *OC*, 6.
[6] B. M. de Paszto, in Hungaria, dioec. Agrien., *OC*, 192.
[7] Tame, in dioec. Lincolnien., *OC*, 46.
[8] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[9] S. Stephano del Bosco, in Calabria, dioec. Squillacen., *OC*, 123.
[10] Hermannus de Buxhoeven, Torpatensis (antea Lealensis) episc. 1219-1245, *SE*, 273 ; *HC*, I, 472.
[11] Wagroviecium, Wongrowitz, seu Lugna, in dioec. Gneznen., *OC*, 72.
[12] Seu Mogila, in Polonia, dioec. Cracovien., *OC*, 224.

et renuntient quae invenerint sequenti Capitulo generali et habeant insuper potestatem introducendi illuc conventum, si ita viderint expedire.

49 Petitio ducis Carinthiae de abbatia fundanda committitur abbatibus de Runa [1] et Cithi [2] ut ad locum personaliter accedentes ipsum locum et cetera abbatiae necessaria diligenter inspiciant et habeant potestatem introducendi ibi conventum, si viderint expedire, renuntiantes quae fecerint Capitulo generali.

50 Abbates de Hybernia qui hoc anno debuerunt venire ad Capitulum et non venerunt, agant poenitentiam in Usibus constitutam et hoc eis denuntiet abbas de Portu Sanctae Mariae [3].

51 De abbate de Wellegri [4] de quo dictum fuit in Capitulo generali quod frequenter Iudeos admisit ad mensam, iniungitur patri abbati adiunctis sibi abbatibus de Ruma [5] et de Iutoria [6] quatenus super hoc inquisitionem faciat diligentem et si ita invenerit ipsum absque retardatione deponat, et quid inde fecerit nuntiet Capitulo generali.

52 Quoniam inter abbatiam Sancti Thomae [7] et abbatiam de Venetiis [8] nimia vicinitas esse dignoscitur, iniungitur abbati de Valeriis [9] quatenus easdem faciat moniales includi.

53 Quoniam de abbate de Wallegrada [10] multa nuntiata sunt Capitulo generali, iniungitur abbati de Sancta Cruce [11] in Austria ut assumptis secum duobus abbatibus inquirant super his diligenter et pro meritis ipsum corrigat et puniat auctoritate Capituli generalis, nuncians quid inde fecerit Capitulo generali.

---

49 : *P*[1].
50 : *P*[1].
51 : *P*[1].
52 : *P*[1].
53 : *P*[1].

---

[1] Reun, in Styria, dioec. Secovien., *OC*, 17.
[2] Sitticum, Sittich, in Carniola infer. dioec. Labacen., *OC*, 42.
[3] Seu Dunbrody, in Hibernia, dioec. Fernen., *OC*, 181.
[4] Wilhering, in Austria, dioec. Lincien., *OC*, 90.
[5] Runa, Reun, cf. supra stat. 49.
[6] Victoria, Victring, in Carinthia, dioec. Gurcen., *OC*, 68.
[7] In ditione Venetorum, dioec. Torcellan., *OC*, 213.
[8] Abbatia monialium prope Venetias.
[9] Sana Vallis, Follina (?), apud Venetos, in dioec. Ceneten, *OC*, 86.
[10] Welehradum, Welehrad, in Moravia, dioec. Olomucen, *OC*, 211.
[11] Heiligenkreuz, in dioec. Vindobonen., *OC*, 36.

De monachis de Ilda [1] qui manus violentas iniecerunt in proprium abbatem et de ipso abbate, committitur patri [2] et visitatoribus Claraevallis ut ipsi, auctoritate Capituli generalis, veritate plenius inquisita, tam de praedicta iniectione quam ipsius abbatis depositione emendent et corrigant quae fuerint corrigenda, praedictum, qui fuit abbas, si invenerint ipsum iniuste depositum restituentes et monachos pro meritis excessum acrius punientes, et quid inde fecerint nuntient Capitulo generali. **54**

Capitulum generale ex petitione abbatis Portensis [3] plenam fraternitatem confert Everhero militi eiusque uxori, liberis, nepotibus quia renuntiavit omni iuri, quod in bonis monasterii Portensis habere videbatur. **55**

1233

Collecta [a] *Ecclesiae* [b] intermittitur his diebus : in vigilia Nativitatis Domini, Paschae, Pentecostes, in Coena Domini, in sabbatis quatuor temporum, in Exaltatione Sanctae Crucis, in quatuor praecipuis officiis defunctorum. 1

In [a] primis vesperis de sancto Dyonisio, dicatur [b] responsorium *Laverunt*. 2

Sententiae anno praeterito latae de revocandis conversis qui cum principibus commorantur [a], hoc additur ut nullus eis de cetero monachus vel conversus commodetur, nisi de licentia Capituli generalis ; et si quis forsitan urgente necessitate contra facere compulsus fuerit, in sequenti [b] Capitulo tamen inde [c] veniam petat. 3

Caveant de cetero Hispaniae et Vasconiae [a] et alii omnes 4

54 : *P*¹.
55 : *W (ex* Wolf. *Kloster Pforte, II,* 19).
1 : *HL²P¹P⁴P¹⁰T⁴*. [b] *P*¹ *incip.* : Statuta sunt haec. [b] tuae : *T*⁴.
2 : *HL²P¹P⁴P¹⁰T⁴*. [b] In festo s. Dyonisii ad (primas : H) vesperas : *HP⁴T⁴*. [b] hoc : *H*.
3 : *HL²MP¹P⁴P¹⁰T⁴*. [a] morantur : *P⁴T⁴*. [b] nihilominus : *P*¹. [c] inde : *deest T*⁴.
4 : *HL¹L²MP¹P⁴P¹⁰T⁴*. [a] Gasconiae : *T*⁴.

[1] Hilda, seu Eldena, in Pomerania, dioec. Caminen., *OC*, 203.
[2] i. e. abbas Esromii, in Dania, *OC*, 136.
[3] Porta, Pforte, in Thuringia, dioec. Nuemburgen., *OC*, 25.

abbates Ordinis nostri ne sellis equorum curiosis, aut frenis ornatis laminis, vel lunulis [b] stanneatis [c], nec [d] strepis [e] utantur ferreis, sed absque omni faleramento [f] curioso sint haec omnia, et a communi Ordinis forma non discrepantia, sed talia quae divitias non ostententent [g], sed voluntariae paupertatis redoleant honestatem.

5 Universi [a] tam monachi quam conversi ter vel bis ad minus in anno suis [b] abbatibus, si copiam eorum habuerint, confiteri fideliter non omittant [c], definitione [d] nihilominus anno praeterito edita de confessionibus [e] in suo robore permanente.

6 Definitio anni praeteriti de colloquiis abbatum et monachorum taliter reformetur [a] : studeant abbates, monachi pariter [b] et conversi, ut quando ad [c] colloquium [d] conveniunt [e], talia inter se habeant colloquia, quae gravitatem redoleant et salutem respiciant [f] animarum, attendentes quod de omni verbo otioso reddituri sunt aequissimo iudici rationem.

7 Liceat [a] abbatibus, qui voluerint, facere proponi praedicationem [b] familiis [c] suis dominicis diebus et festivis.

8 Monacho [a] cui ex regula claustrum propria [b] debet esse habitatio, licet quidem [c], quoties ad grangias vel cellaria [d] mittitur, ire, sed numquam diutius habitare [e], nisi forte ad tempus certa [f] necessitate cogente, et si quae sunt aliae definitiones de hac materia revocantur, et [g] qui aliter sunt in grangiis vel cellariis sine mora revocentur.

9 Patres abbates in visitationibus suis definitiones [a] de aedificiis non faciendis, et emptionibus inordinatis [b], et de certo [c] numero personarum, faciant inviolabiliter observari.

---

[b] lanulis : L^1. [c] stagneatis : L^1P^1. [d] neque : L^1P^4. [e] staphis : HP^4T^4. [f] fallamento : L^1 ; falamento : $L^2P^1P^{10}$; falciamento : P^4T^4. [g] ostendant : P^1 ; ostentant : P^{10}.

5 : $HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Visi (?) : L^1 ; P^4T^4 *incip.* : Preceptum est ut monachi et... [b] suis : *deest* L^2MP^{10}. [c] *hic desin.* L^1. [d] distinctione : T^4. [e] confessione : H ; confessionibus : *deest* P^1.

6 : $HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] reformatur : $HL^1P^1P^4T^4$. [b] pariter : *deest* P^1. [c] ad : *deest* P^4. [d] colloquendum : HP^4P^{10} ; collocandum : T^4. [e] convenerint : P^4T^4. [f] respicientia : P^4.

7 : $HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Liceat : *apud* P^4T^4 *in fine statuti.* [b] praedicationis verbum : HP^4T^4 ; aedificationis verbum : $L^1P^1P^{10}$. [c] familiariis : P^1 ; famulis nostris : P^4T^4.

8 : $HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Monachum : H. [b] proprium : L^1. [c] quandoque : P^4. [d] quoties : P^4T^4. [e] immorari : H ; morari : P^4T^4. [f] cuncta : P^1. [g] et qui aliter ... revocentur : *deest* L^1M.

9 : $L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] definitiones : *deest* $L^2P^1P^{10}$; sententias : P^4T^4. [b] ordinatis : M. [c] cetero : L^2P^{10}.

Sententiae de monachis [a] abbatibus in visitationibus associan- 10
dis [b] editae, est adiunctum quod visitationes suas ultra triduum continuum non protelent [c]; elapso vero triduo, visitatoris non exerceant potestatem [d]. Si vero postquam visitaverint, electio cuiusquam [e] abbatis facienda occurrerit, electionem illam secundum [f] formam Ordinis, si eis ab eo qui eos miserit [g] concessum fuerit, prosequantur. In cunctis tamen [h] abbatiis quas visitaverint, ante visitationem et post eis caritative et honorifice necessaria ministrentur.

Quoniam [a] volumus et desideramus cunctos visitatores nostri 11
Ordinis innocentes esse manibus et mundos [b] corde, excutiant omnes, tam eundo quam redeundo et [c] visitando, manus suas ab omni suspecto [d] munere; nec quicquam recipiant nisi in cunctis [e] necessitatibus, et prout bona conscientia ipsos visitatores dictaverit indigere, ut tam nervo [f] conscientiae quam [g] publicae infamiae careant omni nota, nec quisquam compellatur visitatorum servientibus praeter necessaria [h] quidquam dare.

Abbates [a] quibus incumbit abbatias monialium visitare, viros 12
honestos et prudentes eisdem monialibus instituant confessores, nec aliis nisi de patris abbatis [b] licentia liceat ipsis monialibus confiteri.

Abbates ad Capitulum generale venientes, die [a] praecedente 13
vigiliam Sanctae Crucis de cetero intrent Cistercium, consueto [b] dierum [c] numero nihilominus [d] observato, et missa de Spiritu Sancto ipso [e] die per totum Ordinem celebretur; nullusque saecularis, aut de altero Ordine, ante festum Sanctae Crucis ingredi permittatur, et si quis ultra numerum dierum ab antiquo constitutum, monachum, conversum, servientem [g], vel equum ad quatuor primas domos, vel ad eas quae infra sunt adducere

---

10 : $HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] qui : $L^1L^2P^4T^4$. [b] sociantur : HL^1P^1; sociandis : P^{10}; coniunguntur vel sociantur : P^4T^4. [c] protendant : L^1. [d] *hic desin.* L^1. [e] alicuius : P^4; cuiuscumque : T^4. [f] per : P^1. [g] misit : L^2P^1; transmiserit : P^4T^4. [h] autem : T^4.

11 : $HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Quando : P^1. [b] mundo : L^1. [c] quam : L^1P^1; ac : P^4; quoque : T^4. [d] suscepto : M. [e] certis : $L^1P^4T^4$. [f] nevo : HT^4; noevo : L^1L^2; naevae : P^4; *apud* P^{10} *vacuus manet locus.* [g] puritate careant omni nota infamiae : P^1. [h] eorum : L^1.

12 : $HL^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Abbatibus : H. [b] abbatis : *deest* P^4T^4.

13 : $HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] diem praecedentem : M. [b] consuetudo : P^1P^{10}. [c] dierum : *deest* T^4. [d] nihilominus : *deest* P^4. [e] ipsa : $L^1P^4T^4$. [f] dierum : *deest* L^1P^1. [f] servientes : L^1.

praesumpserit, vel adductos admittere [h], die [i] altero factae transgressionis huiusmodi [j] sit in pane et aqua, veniam inde [k] nihilominus in Capitulo petiturus.

14 Ad communionem [a] bonorum temporalium nulli familiares recipiantur a modo, nisi [b] ad abrenuntiationem [c] proprietatis, ad votum continentiae, et [d] ad obedientiam se voluerint obligare, habitum et tonsuram familiaribus deputatam [e] quamdiu [f] vixerint portaturi [g]. Si qui sunt in Ordine qui nondum ad haec [h] sunt obligati, ad hoc faciendum, si fieri potuerit [i], inducantur.

15 Abbates possessiones monasteriorum suorum distrahere sine seniorum [a] consilio non praesumant. Priores vero [b] suis sint contenti officiis, secundum quod in diffinitionibus [c] continetur, et ad ea quae sibi sunt inhibita manus extendere non attentent [d], sine abbatis licentia speciali.

16 Petitio domini regis Scotiae [1] exauditur in hunc modum, quod in singulis domibus Ordinis celebretur una missa de Spiritu Sancto, et in regno ipsius a singulis sacerdotibus et in ipso regno post illius obitum anniversarium eius fiat.

17 Petitio abbatis et conventus Sancti Mansueti [2] Tullensis qui petunt quod scribantur inter familiares, exauditur.

18 Petitio nobilis comitissae Flandrensis [3] de celebrando plenario servitio per totum Ordinem pro bonae memoriae Ferrando [a] [4] comite viro eius, exauditur, et huic associatur servitio Ioannes Urgeolus [b] pro quo dominus Mitelensis archiepiscopus [5] preces fudit.

---

[h] Cistercio : L^2P^{10}. [i] crastina die factae : L^1; sanctae Crucis : L^2. [j] eiusmodi : L^1; huius : T^4. [k] inde : *deest* P^4.

14 : $HL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] communicationem : L^2MP^{10}. [b] qui : L^1P^1. [c] renuntiationem : MP^{10}. [d] obediencie : *H*. [e] deputatum : L^1L^2. [f] quando : P^4T^4. [g] *hic desin.* L^1. [h] hoc : $P^1P^4T^4$. [i] potest : P^4T^4.

15 : $HL^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] suorum : $P^1P^4T^4$. [b] vero : *deest* P^4. [c] distinctionibus : T^4. [d] attendent : $L^2P^1P^{10}$.

16 : HP^1.

17 : HP^1.

18 : HP^1. [a] F. : P^1. [b] de urgel : *H*.

---

[1] Alexander II, 1214-1249.

[2] Abbatia O. S. B. in dioec. Tullen., *GC*, XIII. 1084.

[3] Joanna, de Constantinopoli dicta, 1188-1244, *BB*, II, 2549.

[4] Ferrandus de Portugallia, † 27 jul. 1233, *BB*, I, 1486.

[5] Joannes, ord. cist., † 1240, *HC*, I, 354.

Nobili militi Ioanni de Fay, ob ipsius devotionem et instantem supplicationem ad multorum preces, conceditur una missa a singulis sacerdotibus Ordinis post eius obitum celebranda. 19

Petitio primogeniti regis Ungariae [1] de construenda abbatia monachorum nostri Ordinis exauditur ; abbas Trium fontium [2] illuc mittat conventum quando viderit expedire. 20

Petitio domini Praenestini electi [3] de abbatia de Parno [4] incorporanda Ordini exauditur, et sit filia Sancti Condoardi [5] ; abbas autem ille conventum de domo sua infra sequens Capitulum illuc mittat. 21

Petitio comitissae Carnotensis de transferenda abbatia monialium de Aqua [6] prope Carnotum committitur Curiae Dei [7] et Landesio [8] abbatibus, qui prius loquentes super hoc cum domino episcopo Carnotensi [9], ad locum accedant et inspiciant diligenter et quae invenerint sequenti anno renuntient Capitulo generali. 22

Petitio abbatis de Sichem[10] de habenda paternitate domus de Gruennehaven[11] et abbatis de Bohoc[12] qui pater eiusdem domus est, prout fieri viderint, concedatur ei id quod petit, auctoritate Capituli generalis. 23

Petitio domini P[etri] Capuani[13] cardinalis super domo quae vocatur Canonica de almafia[14] committitur duobus abbatibus qui mittuntur ad Curiam, et si cum gratia et pace ipsius cardinalis 24

19 : *HP*¹.
20 : *P*¹.
21 : *P*¹.
22 : *P*¹.
23 : *P*¹.
24 : *P*¹.

[1] Béla IV, † 1270.
[2] Trois Fontaines, in dioec. Catalaunen., *OC*, 6, vel Tres Fontes de Bel, in Hungaria, cuius fundatio ad ann. 1232 refertur, *OC*, 235.
[3] Jacobus de Pecoraria, ord. cist., card. † 1244 ; *HC*, I, 37 ; *BB*, II, 3561.
[4] S. Margaretha de Porno, in Hungaria, dioec. Jaurien., *OC*, 223.
[5] S. Gotthardus, in Hungaria, dioec. Sabarien., *OC*, 183.
[6] Eau-les-Chartres, *GC*, VIII, 1326.
[7] La Cour-Dieu, in dioec. Aurelianen., *OC*, 6.
[8] Landais, in dioec. Bituricen., *OC*, 16.
[9] Gualterus, ord. cist., 1219-1234, *SE*, 536 ; *HC*, I, 167.
[10] Sichemium, seu Sittichenbach, in dioec. Halberstaden., *OC*, 63.
[11] Grunhemium, Grünhain, in dioec. Nuemburgen., *OC*, 238.
[12] Pforte (?) in dioec. Nuemburgen., *OC*, 25.
[13] Petrus, ab Amalphitana Capuanorum gente oriundus, *HC*, I, 5, 50.
[14] S. Pietro della Canonica, in regno Neapolitano, *OC*, 225.

postest fieri paternitas eiusdem domus remaneat abbati Fossaenovae [1], ita tamen quod nunquam redigatur in grangiam sine Capitulo generali, alioquin praedicti duo abbates, habito prudentum virorum consilio, statuant auctoritate Capituli generalis quae viderint statuenda.

25 Petitio nobilis comitis Ultensis de construenda abbatia monachorum nostri Ordinis committitur de Iugo Dei [2], de Insula [3] et de Cumba [4] abbatibus, qui ad locum abbatiae construendae assignatum accedentes, inspiciant quae secundum Ordinis instituta inspicianda sunt et quae invenerint sequenti anno per se vel per alios renuntient Capitulo generali.

26 Petitio reverendi patris domini Rad[olphi] episcopi Agennensis [5] de mittendis ad Curiam romanam abbatibus vel monachis pro negotiis ecclesiae suae, et de retinendo converso de Pratea [6], exauditur.

27 Petitio domini Henrici Leodiensis archidiaconi de associanda Ordini abbatia monialium de Brenia [7] committitur de Alna [8] et de Camberone [9] abbatibus, qui ad locum accedentes inspiciant et considerent diligenter si secundum formam Ordinis et sine alterius praeiudicio petitio eius debeat exaudiri, ita tamen quod includantur moniales et si ita potest fieri, faciant id quod petit auctoritate Capituli generalis, alioquin desistant, et quid inde fecerint sequenti anno renuntient Capitulo generali.

28 Petitio abbatis de Floregia[10] qui poscit in filiam recipere domum canonicorum Insulae arearum[11] committitur de Sinaqua[12]

---

25 : *P*¹.
26 : *L*²*P*¹*P*¹⁰.
27 : *P*¹.
28 : *P*¹.

---

[1] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinen., *OC*, 37.
[2] Seu Gray Abbey, in Hibernia, dioec. Dunen., *OC*, 196.
[3] Insula Curcii, Iniscourcey, in Hibernia, territorio Erynaghen., *OC*, 187.
[4] Combe Abbey, in Anglia, dioec. Conventr., *OC*, 121.
[5] Rudolphus de Peyrinis, † 1236, *SE*, 479 ; *HC*, *I*, 77, 316.
[6] La Prée, in dioec. Bituricen., *OC*, 86.
[7] Wauthier-Braine, in Brabantia, dioec. Mechlinien., *GC*, III, 606.
[8] Aulne, in Belgio, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[9] Cambron, in dioec. Tornacen., *OC*, 113.
[10] Alias Toronetum, in dioec. Forojulien., *OC*, 40.
[11] Les îles d'Hyères, *OC*, LXIII.
[12] Sénanque, in dioec. Avenionen., *OC*, 112.

et de Silvacana [1] abbatibus, qui consideratis omnibus quae secundum Ordinis instituta consideranda sunt, statuant inde auctoritate Capituli generalis quod viderint expedire.

Petitio Radulphi mil[itis] de construenda abbatia monachorum 29 nostri Ordinis et domui de Bona requie [2] in filiam assignanda, committitur de Veteri villa [3], de Begar [4] et de Sancto Albino [5] abbatibus qui ad locum accedentes inspiciant quae secundum Ordinis instituta inspicienda sunt et quid invenerint, etc.

Petitio monialium monasterii de Valle Sanctae Crucis [6] Cons- 30 tantiensis dioecesis de incorporando nostro Ordini earum monasterio, cum dominus Papa pro eis scribat, exauditur ita quod includantur.

Petitio priorissae et monialium monasterii de Valle Dominae [7] 31 Nostrae Herbipolensis dioecesis, pro quibus dominus Papa scribit de incorporanda Ordini nostro earum monasterio, exauditur ita quod includantur.

Petitio Ioannis Alataque civis Tornacensis de fundanda qua- 32 dam abbatia monialium [8], quia pro ea scribit dominus Papa domino abbati Cisterciensi, exauditur, de contradictione tamen abbatis de Laude [9] qui huic fundationi se opponit, committitur abbatibus de Valcellis[12] et de Camberone[11] qui gravamen abbatis de Laude inspiciant diligenter et si dictus Ioannes ad arbitrium ipsorum voluerit satisfacere abbati de Laude super gravamine quod praetendit, rata sit concessio quae facta fuit eidem Ioanni in Capitulo generali.

---

29 : *P*[1].
30 : *P*[1].
31 : *P*[1].
32 : *P*[1].

---

[1] Sylvacane, in dioec. Aquen., *OC*, 107.
[2] Bon-Repos, in dioec. Corisopiten., *OC*, 164.
[3] S. M. de la Vieuville, in dioec. Redonen., *OC*, 105.
[4] In dioec. Briocen., *OC*, 18.
[5] St-Aubin-au-Bois, in dioec. Briocen., *OC*, 49.
[6] Heiligkreuztal; *cf. Lexikon für Theologie und Kirche*, t. IV (1932), col. 897.
[7] Vallis Dominae novae *(ms.* 925 *Arsenal)*.
[8] Salicetum, Le Saulchoir, prope Tornacum, *GC*, III, 186.
[9] Loos, in dioec. Cameracen., *OC*, 116.
[10] Vaucelles, in dioec. Cameracen., *OC*, 24.
[11] Cambron, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 113.

33 Abbas Claraevallis accedat in propria persona vel mittat quas [personas] mittendas censuerit auctoritate Capituli generalis ad domum Bonaecumbae [1], et facta inquisitione diligenti super statu domus ipsius, reformanda reformet et corrigat corrigenda, et quid inde, etc.

34 Districte praecipitur Casemarii [2], Fossaenovae [3] et Sancti Anastasii [4] abbatibus ut Caraevallis [5] et Fontisvivi [6] abbatibus quondam visitatoribus Siciliae, Apuliae et Calabriae refundi faciant XIV marchas argenti pro expensis quas fecerunt in visitando ipsas domos, proviso quantum unaquaeque domorum ipsarum solvere debeat ita quod pecunia praetaxata infra Pentecosten praedictis duobus abbatibus transmittatur, alioquin ex tunc tres praemissi abbates extra stallum abbatis sint donec mandatum Capituli generalis exequantur.

35 Abbas Sancti Galgani [7] mandatum domini Papae super monasterio Sancti Pantaleonis [8] sicut in litteris apostolicis ad ipsum directis continetur, adiuncto secum abbate Sancti Salvatoris de Monte Amiato [9] diligentius exequatur.

36 Executio poenae anno praeterito inflictae monachis de Berola[10] patri abbati[11] committitur, qui sequenti anno quod inde factum fuerit renuntiet Capitulo generali.

37 Conceditur ut fratres laici de Calatravia [a][12], qui egrediuntur de Ordine, cum postea revertuntur possint ad arbitrium magistri sui in pristinum ordinis sui gradum restitui, ita [b] quod usque ad tempus constitutum [c] debeant ultimi omnium remanere.

---

33 : *P*[1].
34 : *P*[1].
35 : *P*[1].
36 : *P*[1].
37 : *L*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Calatrava : *L*[1]. [b] tamen : *L*[1]. [c] congruum : *L*[1] *P*[1].

---

[1] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
[2] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[3] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinen., *OC*, 37.
[4] SS. Vincentius et Anastasius, ad Aquas Salvias, prope Romam, *OC*, 62.
[5] Chiaravalle, in Lombardia, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[6] Fontevivo, in ducatu et dioec. Parmen., *OC*, 68.
[7] S. Galgano, in Tuscia, dioec. Volaterran,, *OC*, 205.
[8] S. Pantaleone, in dioec. Lucan., *OC*, 235.
[9] S. Salvadore del Montamiata, in Etruria, dioec. Clusin., *OC*, 231.
[10] Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[11] De Scala Dei abbas, in dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[12] Militia ex ord. cist. orta, *TB*, I, 547.

Modus alienationis factae super monasterio de Barona [1] committitur inquirendus et diligentissime perscrutandus Caraevallis [2] et Fontisvivi [3] abbatibus, et quid inde invenerint sequenti anno renuntient Capitulo generali. 38

Licet de Quanarleia [4], de Furnesio [5], de Rievalle [6] et de Fontibus [7] abbates qui super exacta nomine quadragesimae pecunia ab illustri rege Anglorum cum eo contra libertatem Ordinis composuerunt certam summam pecuniae promittentes, digni essent depositione, eis de benignitate Capituli ad praesens parcitur, ita tamen quod tam ipsi quam omnes illi, quorum consilio teste ipsorum conscientia factum fuit, XL diebus extra stallum abbatis sint et tribus diebus in levi culpa uno eorum in pane et aqua, praecaventes modis omnibus ne talia de cetero audeant attemptare, si depositionis poenam voluerint evitare. 39

Abbati de Pontealto [8] indulgetur ut uno anno remaneat et alio veniat ad Capitulum generale. 40

Querela abbatis de Bildewas [9] contra abbatem de Crokesdome [10] super vicinitate quarumdam grangiarum limitibus et pasturis committitur de Cumbremare [11] et de Staulane [12] et Rievalle [13] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. 41

Querimonia domini Torcellani episcopi [14] de nimia vicinitate monasterii Sancti Thomae Veneciarum [15] et alterius monasterii 42

38 : *P*¹.
39 : *P*¹.
40 : *P*¹.
41 : *P*¹.
42 : *P*¹.

[1] In Lombardia, *OC*, 216.
[2] Chiaravalle, in Lombardia, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[3] Fontevivo, in dioec. Parmen., *OC*, 68.
[4] Waverleia, *OC*, 16.
[5] Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.
[6] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[7] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.
[8] Pontaut, in Vasconia, dioec. Aduren., *OC*, 127.
[9] Bildewasium, in Anglia, dioec. Cestren., *OC*, 102.
[10] Vallis S. Mariae de Crokesden, in dioec. Lincolnien., *OC*, 176.
[11] Cumbermera, in Anglia, dioec. Conventren., *OC*, 100.
[12] Stoneley, in dioec. Wigornien., *OC*, 137.
[13] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[14] Stephanus Natali, 1216-1253, *SE*, 772 ; *HC*, I, 489.
[15] S. Tommaso, in ditione Venetorum, dioec. Torcellan., *OC*, 213.

feminarum [1] et notabili frequentia monachorum cum monialibus et aliis multis, committitur de Caravalle [2] et Sanavalle [3] abbatibus qui ad locum accedentes corrigant quae sine gravi scandalo corrigi potuerunt, auctoritate Capituli generalis et quid inde fecerint vel facienda reliquerint, sequenti anno renuntient Capitulo generali.

43 Inspectio loci ad quem abbas de Cava [4] suam abbatiam vult mutare committitur abbatibus de Columba [5] et de Fontevivo [6] qui, cunctis circumstantiis diligenter pensatis, quid invenerint sequenti anno renuntient Capitulo generali.

44 Inquisitio et correctio eorum quae dicta sunt de abbate Bostoniae [7] committitur abbati Claraevallis.

45 Excessus facti contra abbates ad Capitulum venientes in domo de Quintiaco [8] committitur abbati Pontigniaci taliter corrigendi quod omnes qui audierint a praesumptione simili se compescant.

46 Abbas Fontis Guillelmi [9] qui non venit ad Capitulum generale poenitentiam agat in Usibus constitutam. Abbas de Gundonio [10] hoc ei denuntiet.

47 Isti abbates de Hybernia hoc anno non venerunt ad Capitulum : abbas de Surio [11], abbas de Magio [12], abbas de Castro Dei [13], abbas de Choro Benedicti [14], abbas de Petrafertili [15], abbas de Arvicampo [16] abbas de Lege Dei [17], abbas de Comor [18]; ipsi faciant poenitentiam

---

43 : P^1.
44 : P^1.
45 : P^1.
46 : P^1.
47 : P^1.

---

1 Coelestia in Venetiis (*ms.* 925 *Arsenal).*
2 Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
3 Seu Follina, in ditione Venetorum, dioec. Ceneten., *OC*, 86.
4 S. M. Magdalena de Cava, in Lombardia, *OC*, 233.
5 S. Maria della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
6 Fontevivo, in dioec. Parmen., *OC*, 68.
7 Boscum Cavum, Bouchaud, in dioec. Petracoricen., *OC*, 150.
8 Quincy, in dioec. Senonen., *OC*, 27.
9 Fontguillem, in Guiennia, dioec. Vasaten., *OC*, 109.
10 Gondon, in Guiennia, Agennen., *OC*, 11.
11 Seu Inisnoulagh, in Hibernia, dioec. Lismoren., *OC*, 131.
12 Seu Nenay, in dioec. Limericen., *OC*, 114.
13 Seu Fermoy, in dioec. Cloynen., *OC*, 160.
14 Seu Monaster-Ore, in dioec. Cloynen., *OC*, 178.
15 Abbey of Corcumroe, in dioec. Finnaboren., *OC*, 199.
16 Seu Kilcooly, in dioec. Casellen., *OC*, 183.
17 Abbey Leix, in dioec. Ossorien., *OC*, 182.
18 Comererium, Cumber, in dioec. Dunen., *OC*, 204.

BIBLIOTHECA DOMUS GENERALITIAE S. ORDINIS CISTERCIENSIS

in Usibus constitutam et hoc eis denuntient de Vallesalutis [1] et de Benedictione Dei [2] abbates, prout eis singulis sunt propinqui.

Inquisitio eorum quae dicuntur de abbate de Oliva [3] committitur patri abbati [4] et abbati de Irantio [5], et quid inde, etc. **48**

De duobus procuratoribus habendis in Curia domini Papae in communibus expendis Ordinis, Casemarii [6] et Fossaenovae [7] abbatibus committitur annis singulis exequendum, donec generale Capitulum aliter super hoc duxerit disponendum. **49**

De mutatione abbatiae de Plani [8] committitur abbatibus Sanaevallis [9] et Caraevallis [10] iuxta Mediolanum qui omnes circumstantias inspiciant diligenter, et quid invenerint, etc. **50**

Quoniam de abbatia Pelisii [11], tam de abbatibus qui pro tempore illi domui praefuerunt, quam de monachis et conversis, multa mala ad audientiam Capituli per inquisitionem abbatum, qui illuc missi fuerunt, delata sunt, et excessus tam intolerabiles et enormes sunt auditi, quos pudor et prolixitas hic ea prohibent recitari ; sic est auctoritate Capituli ordinatum quod duo abbates Aceii [12] et Pelisii, qui cesserunt, cum talis cessio illusio potius quam cessio debeat appellari, eo quod per hanc cessionem non fuerunt [a] sufficienter puniti, mittantur Claramvallem, ibi si abbati Claraevallis visum fuerit, et quamdiu iudicaverit moraturi, vel ad eius arbitrium ad domos alias emittendi ; in quacumque vero domo fuerint, ultimi sint per annum in ordine sacerdotum, numquam in Hungariam reversuri, et numquam in abbates de cetero promovendi. **51**

---

48 : *P*[1].
49 : *HP*[1].
50 : *P*[1].
51 : *L*[2]*MP*[1]*P*[10]*W*. [a] sunt : *L*[2]*MP*[10].

---

[1] Baltinglass, in dioec. Leighlinien., *OC*, 114.
[2] Seu Shrule, in dioec. Miden., *OC*, 123.
[3] La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119.
[4] Abbas de Scala Dei, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[5] Iranzu, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 176.
[6] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[7] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinen., *OC*, 37.
[8] S. Maria Hospitalis Plavis de Lovadina, S. M. delle Piane, apud Venetos, *OC*, 232.
[9] Cf. supra, stat. 42.
[10] Cf. supra, stat. 42.
[11] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 182.
[12] Aceyum, Acey, in Burgundia, dioec. S. Claudii, *OC*, 40, Pilisii abbatia mater.

52 Quia vero probabile aut probatum, quod tam aliqui abbates, quam aliae [a] personae de Aceyo per extorsiones quas fecerunt in illa domo, eum in muneribus iudicantes, tantorum excessuum fuerunt [b] consortes, in spe futurae meliorationis et emendationis, quae [c] per Dei gratiam et providentiam abbatis de Aceyo nuper promoti creditur proventura, excessus personarum de Aceyo, quorum consilio, si quae [h] factae sunt extorsiones praedictae, ipsi committuntur corrigendae. Correctio itidem domus Pelisii atque reformatio, tam de personis inutilibus emittendis, quam bonis introducendis cum consilio patris abbatis et Claraevallis eidem abbati committitur exequenda. Ipse autem etiam caveat sibi et suae domui filiam suam taliter gubernando, quod malorum praedecessorum suorum maculam non incurrat, et [e] domus sua ius maternitatis de iure ultionis in domo Pelisii non amittat.

53 Abbates de Colbas [1] et de Lugna [2] qui non renuntiaverunt Capitulo generali quid fecerint de negotio sibi commisso anno praeterito poenitentiam agant super tali negligentia constitutam, et negotium illud si prosecuti non sunt citius prosequantur, renuntiaturi nihilominus sequenti anno quid fecerint Capitulo generali.

54 De translatione abbatiae Sancti Stephani de Bosco [3] committitur Casemarii [4] et Sancti Anastasii [5] abbatibus ut ad locum personaliter accedentes videant si translatio necessaria sit, et quid invenerint sequenti anno renuntient Capitulo generali.

55 Cessio quam fecerunt abbas et conventus Sconaugia [6] patri abbati et conventui de Eberbac [7] iuris quod habebant in abbatiam de Laurisa [a] [8] approbatur et confirmatur a Capitulo generali; et conceditur abbati de Eberbac quod de domo sua mittat illuc [b]

52 : *L²MP¹P¹⁰W*. [a] aliquae : *L²MP¹⁰*. [b] fuisse : *L²P¹P¹⁰*. [c] quam : *L²P¹P¹⁰*. [d] supersunt factae fuerunt : *L²P¹⁰*. [e] sed : *L²P¹⁰*.
53 : *P¹*.
54 : *P¹*.
55 : *MP¹W*. [a] Launise : *MW*. [b] illuc : *deest P¹*.

[1] Mera Vallis, Colbaz, in Pomerania, dioec. Caminen., *OC*, 170.
[2] Seu Wagroviecium, Wongrowitz, in dioec. Gneznen., *OC*, 72.
[3] In Calabria, dioec. Squillacen., *OC*, 123.
[4] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[5] SS. Vincentius et Anastasius ad Aquas Salvias, prope Romam, *OC*, 62.
[6] Schönau, in Palatinatu, *OC*, 81.
[7] In Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.
[8] Laurissa, Lorch, in dioec. Maguntin., *OC*, LXIV.

conventum, creato abbate, quam citius poterit et viderit expedire.

Inspectio abbatiae quam vult fundare Nuno nobilis comes Rossilionis in regno Maioricarum committitur de Sanctis Crucibus [1] et de Populeto [2] abbatibus ut ad locum personaliter accedentes, omnibus circumstantiis prudenter pensatis, mittant illuc conventum de domo Fontisfrigidi [3] non expectato ulterius mandato Capituli generalis, si ita viderint expedire ; abbas autem Fontisfrigidi hoc eis denuntiet. 56

Querela quae vertitur inter abbatem Rivisicci [4] et abbatem Sancti Prudentii [5] committitur abbatibus Vallisbonae [6], de Yrantio [7] et de Horta [8] infra sequens Capitulum compositione [a] vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. 57

De monacho de Mera [9] qui [a] Ieremias vocatur, qui sicut dicitur in diffamationem [b] Ordinis inordinate discurrit, committitur abbati Claraevallis, ut huius accusationis veritatem a suis visitatoribus faciat diligenter inquiri, et si ita invenerint faciant eum digne puniri, et teneri sub arcta Ordinis disciplina. 58

Causa quae vertitur inter abbatem Morimundi et abbatem Sancti Petri de Gomel[10] committitur abbatibus Vallisbonae[11] et Sacrameniae[12] qui privilegiis utriusque partis diligenter inspectis, testibusque receptis, causam ipsam audiant et plenam instruant, reservata sententia diffinitiva Capitulo generali, ad quod Capitulum accedant anno sequenti partes sufficienter instructae iustam, auctore Domino, sententiam recepturae. 59

56 : P^1.

57 : P^1. [a] componere : *ms.*

58 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] F[rater] : L^2 ; P[ater] : P^1P^{10}. [b] diffamatione : L^2P^1.

59 : P^1.

[1] Santas Creus, in Catalonia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.

[2] Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.

[3] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.

[4] Rio Seco, in Veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 111.

[5] S. Prudencio, in Veteri Castella, dioec. Calaguritan., *OC*, 145.

[6] Valbuena, in Veteri Castella, dioec. Palentin., *OC*, 71.

[7] Irancium, Iranzu, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 176.

[8] Huerta, in Veteri Castella, dioec. Seguntin., *OC*, 79.

[9] Meyra, in Gallecia, dioec. Lucen., *OO*, 73.

[10] S. Pedro de Gumiel, in Veteri Castella, dioec. Oxomen., *OC*, 198.

[11] Cf. supra stat. 57.

[12] Sagramenia, in Veteri Castella, dioec. Segovien., *OC*, 67.

60 Frater Bernardus quondam prior Marmussolii [a] [1], qui domum Sancti Martini de Viterbio [2] ad quam assumptus fuit in abbatem, a Summo Pontifice munere benedictionis accepto [b], tamquam repudiatus [c] et ingratus gratiae tanti patris non sine grandi nota levitatis reliquit, tali poena punitur a Capitulo generali, quod in primis habeatur eius cessio rata, Pontiniacum [d] etiam veniat sine mora, ad domum aliam ad Pontiniacensis arbitrium emittendus, et ultimus sit per annum, numquam in abbatem aut priorem vel cellerarium promovendus. Abbas Fossaenovae [3] hoc ei denuntiet.

61 De exactione extraordinaria quam faciunt fratres Calatravenses [4] pedagium de animalibus domorum nostri Ordinis extorquendo, committitur abbati Morimundi ut eos ab hac exactione cessare faciat auctoritate Capituli generalis.

62 Malachias Hybernensis monachus, persecutor antiquus Ordinis et destructor, et per suam malitiam Ordini bene notus [a], qui, inter plurima mala quae fecit, quasdam domos Ordinis in magna summa pecuniae obligavit, propter hoc a Capitulo sic punitur quod numquam ad aliquod officium cui cura sit animarum annexa, nec ad officium cellerarii assumatur.

63 Abbas Villaenovae [5] qui misit quemdam monachum contra Ordinis instituta sex diebus sit in pane et aqua, monachus autem ille non exeat de abbatia nisi cum conventu, usque ad sequens Capitulum generale.

64 Calatravenses extra fines Hispaniae aliter quam personae Ordinis carnibus non utantur.

65 Inspectio abbatiae quam vult fundare archiepiscopus Colo-

---

60 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Marmassolii : *M* ; Marmussorii : *P¹*. [b] accepto : *deest P¹*. [c] repudiatam : *L²P¹⁰* ; repudiato : *P¹*. [d] Pontigniacum : *P¹*.
61 : *P¹*.
62 : *L¹P¹*. [a] notam : *L¹*.
63 : *P¹*.
64 : *L²MP¹P¹⁰*.
65 : *P¹*.

---

[1] Marmosolium, Marmosoglio, in dioec. Veliternen., *OC*, 156.
[2] S. Martinus de Montibus Viterbii, in patrimonio S. Petri, *OC*, 124.
[3] Fossanuova, in Campania romana, dioec. Terracinen., *OC*, 37.
[4] Calatrava, militia ex ordine cisterciensi orta, *TB*, I, 547.
[5] Villeneuve, in dioec. Nanneten., *OC*, 207.

censis [1] committitur abbatibus de Bocham [2] et de Godoardo [3] qui, omnibus circumstantiis diligenter inspectis, sequenti anno renuntient Capitulo generali.

Duo abbates, Maceriarum [4] videlicet et de Grandisylva [5], eant ad Curiam domini Papae, et quae [a] pro communibus negotiis Ordinis diriguntur, expensis Ordinis communibus [b] procurentur; quibus etiam Casemarii et Fossaenovae abbates praestent consilium et iuvamen; litterae vero quae necessariae erunt [c] eis a domino Cistercii auctoritate Capituli sigillentur [d]. **66**

Propter excessum qui factus fuit in grangia Fontineti [6] quae dicitur Fons siccus contra abbates et servientes eorum, duo conversi qui culpabiliores fuisse dicuntur, videlicet hospitalis et alius qui servientes grangiae armatos ad hoc malum, ut dicitur, instigavit, ad domos valde remotas mittantur, ubi poenae conspiratorum subiaceant non reversuri nisi per Capitulum generale; ceteri conversi qui praesentes fuerint omni sexta feria usque ad Pascha sint in pane et aqua, remansuri tamen in grangia si suus abbas viderit expedire; omnes vero servientes grangiae supradictae, qui praesentes erant in illa grangia illa die, a domo Fontineti et ab omnibus domibus eiusdem et operibus expellantur, nec in aliqua domo nostri Ordinis habeant, postquam cogniti fuerint, refugium vel iuvamen. **67**

Frater Iacobus quondam prior de Pontigniaco, qui non expectato adventu sui abbatis, qui veniebat ad domum Pontigniaci electus, una die XVII recepit personas minus idoneas, ut dicitur, in conversos; monachum etiam [a] quemdam ad domum Pontiniaci revocavit, et gradum pristinum ei restituit, quod nisi [b] abbati proprio non liceret, et propter alios suos [c] excessus qui ad audien- **68**

66: $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] qui: *M*; quia: P^1. [b] omnibus: L^2P^{10}; ab omnibus: *M*. [c] sunt: L^2. [d] sigillantur: L^1. Cf. supra stat. 49.

67: P^1.

68: $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] etiam: *deest* L^1. [b] quod etiam: L^1P^1. [c] suos: *deest* L^2MP^{10}.

[1] Ugrinus (Hugolinus), Colocen. et Bachien. episc. (Kalocsa-Bacs, in Hungaria), 1219-1241, *SE.* 371; *HC*, I, 197.

[2] Zircium, Zircz, seu de Curc in Bokan, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 181.

[3] S. Gotthardus, in Hungaria, dioec. Sabarien., *OC*, 183.

[4] Mazières, in dioec. Divionen., *OC*, 26.

[5] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.

[6] Fontanetum, Fontenay, in dioec. Divionen., *OC*, 8.

tiam Capituli sunt delati, ad domum aliam emittatur, et ibi ultimus sit per annum.

69 Petitio Domini Papae [1] de celebranda una missa a singulis sacerdotibus Ordinis, et ab aliis monachis VII [p]salmis cum letania et conversis septies *Pater noster* dicendis pro bonae memoriae A[lberto] [2] quondam Mademburgensi episcopo, exauditur.

70 Capitulum generale abbatissae in Quedeligenbure [3], quia domum Lapidis Sancti Michaelis [4] fovet, participatione momnium bonorum concedit.

1234

1 Districtius [a] inhibetur ne monachi Ordinis nostri parochiales ecclesias regere, vel in eis deservire aut curam animarum habere, vel ibidem moram diutius facere occasione qualibet permittantur [b], et si qui sunt alicubi in ecclesiis huiusmodi protinus revocentur; id ipsum statuitur de domo Sancti Galgani [5] apud Senas.

2 Nullus abbas irregularem monachum mittat ad Curiam causa dispensationis obtinendae, nec in fraudem huius constitutionis ad proximas abbatias, nisi de Capituli generalis licentia speciali; quod si quis facere praesumpserit in sequenti Capitulo veniam inde petat et sit in levi culpa sex diebus duobus eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum abbatis.

---

69 : *H*.

70 : *W ex* Erath, *Cod. dipl. Quedlinburg*, p. 157.

Apud L^2P^{10} *legitur insuper* : Item omissa fuerat diffinitio, quae sequitur anno 1229 (1219 : L^2) : Pro Domino Papa, etc. *ut habetur supra anno* 1229, *stat.* 17.

N. B. Ad hunc annum referuntur litterae Bernardi de Bonnières abbatis et conventus Fontisfrigidi ad Capitulum generale, et istius responsum, quae videre est apud Martène, *Thesaurus Anecdotorum*, t. I, 1849-1851.

1 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] P^1 *incip.* : Acta sunt haec : Districtius ...

[b] *hic desin.* L^1.

2 : $L^1L^2MP^1P^{10}$.

---

[1] Gregorius IX, 1227-1241.

[2] Albertus de Kevernburg, Magdeburgensis episc. 1206-1232, *SE*, 288 ; *HC*, I, 320.

[3] Quedlinburg, abbatia O. S. B. in dioec. Halberstaden., *TB*, II, 2490.

[4] Michaelstein, in dioec. Halberstaden., *OC*, 89.

[5] S. Galgano in Tuscia, dioec. Volaterran., *OC*, 205.

Cum iuxta B. Benedicti regulam tales esse debent [a] abbates 3
qui sint et sciant unde proferant nova et vetera, praecipitur tam patribus abbatibus quam electoribus, ut tales de cetero eligantur in abbates, qui sint competentis litteraturae, vitae laudabilis et aetatis legitimae, et maxime circa Romam.

Conversi de cetero non fratres sine proprio nomine, sed con- 4
versi vocentur; qui contra hoc scienter praesumpserit veniam petat in capitulo ad arbitrium praesidentis puniendus. Conversi vero qui in villis [a], grangiis, cellariis, vel mensis saecularium comederint sine cappis, vel in grangiis extra refectorium comederint vel biberint, sequenti die sint in pane et aqua [b].

Monachi qui in domibus vel in capellis a decennio et infra, quo- 5
cumque modo Ordini acquisitis, ad commorandum missi sunt, revocentur sine mora, alioquin quamdiu ibi fuerint tam abbates eorum quam monachi omni sexta feria sint in pane et aqua; abbates nihilominus super hoc veniam petant in Capitulo generali; alii autem abbates qui capellas habent huiusmodi sequenti anno per se vel per alios rationem cur eas teneant reddant Capitulo generali.

Conceditur ut in domo Claraevallis fiat commemoratio B. 6
Bernardi [a] tam ad vesperas quam ad laudes.

Nullus de haeresi convictus vel notatus aut vehementer sus- 7
pectus recipiatur in Ordine quacumque ratione et si quisquam huiusmodi poterit in Ordine reperiri, eiiciatur protinus aut penitus includatur, proviso diligentius ne veneno pestiferae suggestionis possit alios corrumpere quoquomodo, et si quis abbas scienter contra facere praesumpserit absque retractatione deponatur, et alii quorum consilio factum fuerit a propriis domibus emittantur, non reversuri nisi per Capitulum generale.

Conversi non mittantur in expeditione cum quadrigis vel aliis 8
vecturis quacumque ratione; quod si contra factum fuerit tam mittentes quam missi, quamdiu ibi fuerint, in pane sint et aqua.

---

3 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] debeant : MP^{10}.

4 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] villa : L^2MP^{10}. [b] *brevius apud* L^1 : Conversi non fratres de cetero sine proprio nomine sed conversi vocentur.

5 : P^1.

6 : $L^1L^2MP^1P^{10}$ [a] Benedicti : L^1.

7 : P^1.

8 : P^1.

9 Provideant patres abbates in quantum poterint [a] ut viros discretos et zelum habentes Ordinis visitatores mittant, et maxime ad remotas regiones, ac specialiter circa Romam, visitatores autem, qui forma gregis esse debent, praecipue his [b] intendant sollicite quae salutem respiciunt animarum, et ad ordinis spectant disciplinam, et ita se habeant ne discipulorum animi qui de illorum praesentia aedificari debuerant [c], eorum exemplo ad ea quae non decent provocentur [d] et numquam in capitulis vel tunc vel alio tempore quaestio [e] de victualibus proponatur; quod si quis facere praesumpserit, ipsa die sit in pane et aqua, et in ipso capitulo verberetur.

10 Depositionis sententia numquam de cetero in aliquem feratur abbatem quemcumque etiam contumacem, nisi in aliquo capitulo nostri Ordinis aliquantulo [a] abbatum numero, prout in Charta Caritatis continetur nihilominus congregato, et tunc si praesens fuerit sive per contumaciam absens abbas huiusmodi sententia si dignum fuerit feriri [b] potest.

11 Per litteras quas dominus Cistercii misit abbati de Candeleio [1] praecipiendo mandans ut filium suum deponeret abbatem scilicet Bonaecumbae [2], nullum [a] alicui praeiudicium generetur nec ab aliquo [b] tale quid [c] in posterum praesumatur.

12 Petitio domini Otthonis [3] cardinalis de faciendo plenario servitio pro eo post eius obitum per universum Ordinem exauditur.

13 Petitio illustris regis Castellae [4] de faciendo ipsius anniversario post eius obitum exauditur.

14 Petitio domini Radulphi [5] Agennensis episcopi de plenario servitio per totum [Ordinem] pro eo post eius obitum exauditur,

9 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] potuerint : *L*¹*P*¹. [b] eis : *L*¹ ; in iis : *L*². [c] voluerant : *L*²*P*¹⁰ ; voluerint : *M*. [d] facilius provocantur : *L*¹. [e] quam : *L*¹.

10 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] aliquanto : *L*²*MP*¹. [b] fieri : *L*² ; ferri : *MP*¹⁰.

11 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] nulli : *L*². [b] altero : *L*¹. [c] quod : *L*¹.

12 : *P*¹.

13 : *P*¹.

14 : *P*¹.

[1] Candeil, in Languedocio, dioec. Albien., *OC*, 132.

[2] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.

[3] Otto de Monteferrato, card. 1227, † 1251, *HC*, I, 6, 36, 52.

[4] Ferdinandus III, sanctus, † 1252, *BB*, I, 1483.

[5] Rudolphus de Peyrinis, Agennen. episc. 1233-1235, dein Lugdun. archiep. † 1236, *SE*, 479, 571 ; *HC*, I, 77, 316.

et pro domino episcopo Carnotensi [1] et pro ipso domino Agennensi ac pro terra Albigensi dicatur a singulis sacerdotibus Ordinis una missa de sancta Maria et loco competenti dicatur collecta *Ecclesiae*.

Petitio domini Bauduini [2] Samigaliensis episcopi de faciendo plenario servitio pro eo per universum Ordinum post eius obitum exauditur. **15**

Petitio dominae comitissae Flandrensis de anniversario suo VI° kalendas augusti per universum Ordinem, adiunctis sibi bonae memoriae Ferrando [3] comite et nobili viro W[illelmo] de Dampierre [4] pariter cum uxore sua sorore dominae comitissae, post suum obitum, exauditur pro omnibus simul uno die faciendo. **16**

Petitio abbatis et conventus Sancti Iacobi Provigniensis [5] qui petunt ut inter familiares Ordinis conscribantur, exauditur. **17**

Petitio domini episcopi Semigaliensis [6] de abbatia monialium quae vocatur Iardinus Nostrae Dominae [7] Ordini associanda, si secundum Ordinis instituta potest fieri, exauditur, et sit filia abbatiae de Alna [8], et hoc considerent abbates et de Villari [9] et de Camberone [10]. **18**

Petitio regis Arragonensis[11] de construenda abbatia committitur de Fontefrigido[12] et de Sanctis Crucibus[13] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes locum et universas abbatias diligenter inspiciant et si universa parata invenerint, auctoritate **19**

---

15 : *P*¹.
16 : *P*¹.
17 : *P*¹.
18 : *P*¹.
19 : *P*¹.

---

[1] Hugo de la Ferté, 1234-1236, *SE*, 536 ; *HC*, I, 167.
[2] Balduinus, antea monac. cist. in Alna, Semigall. episc. 1232-1243, *SE*, 241 ; *HC*, I, 445.
[3] Ferrandus de Portugallia, † 27 jul. 1233, *BB*, I, 1486.
[4] Guillelmus de Dampetra, † 1251, *BB*, I, 1943.
[5] Saint-Jacques de Provins, abbatia ord. S. August. in dioec. Senonensi, *GC*, XII, 205.
[6] Cf. supra statutum 15.
[7] Le Jardinet, in dioec. Namurcen., in Belgio, *GC*, III, 595 ; *OC*, 275.
[8] Aulne, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[9] Villarium in Brabantia, dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[10] Cambron, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 113.
[11] Jacobus I, factus deinde monachus cisterc. † 1276, *BB*, II, 2307.
[12] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[13] Santas Creus, in Catalonia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.

Capituli generalis, non expectato alio generali Capitulo, de domo Populeti [1] mittant illuc conventum, et quid inde, etc.

20 Petitio domini Agriensis episcopi [2] de construenda abbatia committitur de Egris [3] et Bouquam [4] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes, locum et universas circumstantias diligenter inspiciant, et si universa parata invenerint auctoritate Capituli generalis de domo de Pelis [5] illuc mittant conventum, et quid inde, etc. Pater autem abbas, videlicet de Aceyo [6] hoc eis denuntiet.

21 Petitio marchionis Moraviae de construenda abbatia committitur de Lanquen [7] et de Plays [8] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes, locum et circumstantias diligenter inspiciant et quid invenerint sequenti anno renuntient Capitulo generali. Abbas de Lanquen hoc alteri collegae suo denuntiet.

22 Petitio domini Iacobi Praenestini [9] electi de transferenda abbati Sancti Mathiae Reatinensis[10] exauditur, et sibi committitur. Hoc ei abbas Sancti Mathiae annuntiet.

23 Petitio nobilis comitis Ultensis de construenda monachorum nostri Ordinis abbatia committitur iterum de Inis[11], et Iugo Dei[12] et de Cumba[13] abbatibus qui ad locum accedentes inspiciant quae secundum Ordinis instituta inspicienda sunt, et quid invenerint anno sequenti renuntient Capitulo generali. Abbas de Holma[14] hoc eis denuntiet.

---

20 : *P*¹.
21 : *P*¹.
22 : *P*¹.
23 : *P*¹.

---

[1] Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127; fundavit ann. 1235 Benifazanum, in regno Valenciae, dioec. Dertusen., *OC*, 238.

[2] Cletus, Agrien. (Erlau) episc. 1230-1242, *SE*, 367; *HC*, I, 78.

[3] Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadien., *OC*, 177.

[4] Zircium, Zircz, seu de Curc in Bokan, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 181.

[5] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 182.

[6] Acey, in Burgundia, dioec. S. Claudii, *OC*, 40.

[7] Langhemium, Langheim, in Bavaria, dioec. Bambergen., *OC*, 28.

[8] Plassium, Plass, in Bohemia, dioec. Pragen., *OC*, 82.

[9] Jacobus de Pecoraria, ord. cist. card. † 1244, *HC*, I, 37.

[10] Alias S. Pastore, in Umbria, *OC*, 222.

[11] Iniscourcey, in Hibernia, territorio Erynaghen., *OC*, 187.

[12] Seu Gray Abbey, in Hibernia, dioec. Dunen., *OC*, 196.

[13] Combe Abbey, in dioec. Conventren., *OC*, 121.

[14] Holm Cultram, in Cumbria, dioec. Carleolen., *OC*, 130.

Petitio abbatis de Floregia [1] qui poscit in filiam recipere domum canonicorum Insulae Arearum [2], committitur de Sinanqua [3] et de Silvacana [4] abbatibus qui, consideratis omnibus quae consideranda sunt, faciant inde auctoritate Capituli quod viderint expedire. 24

Petitio comitissae Flandrensis [5] et sororis eius [6] de duobus abbatiis [7] monialium associandis Ordini exauditur, si potest fieri secundum Ordinis instituta, et hoc inspiciendum committitur de Laude [8] et de Camberone [9] abbatibus, qui potestatem habent faciendi inde quid viderint expedire, et sint filiae Claraevallis. 25

Petitio dominae comitissae Carnotensis de abbatia monialium construenda, committitur de Curia Dei [10], de Eleemosyna [11] et de Oliveto [12] abbatibus, qui ad locum personaliter accedentes, locum et circumstantias diligenter inspiciant et faciant quod viderint expedire, et quid ibi invenerint sequenti anno Capitulo renuntient. 26

Retractatio et [a] compilatio diffinitionum et ordinatio committitur quatuor abbatibus de Savigniaco [13], de Balantiis [14], de Callovio [15] et de Maceriis [16], ut conveniant prope Parisios in communibus Ordinis sumptibus ad hoc opus ut opere consummato referant ad dominum Cistercii [b] et quatuor primos abbates, et 27

---

24 : P^1.
25 : P^1.
26 : P^1.
27 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] et : *deest* P^1. [b] Cisterciensem : P^1.

---

[1] Alias Toronetum, in dioec. Forojulien., *OC*, 40. Cf. ann. praec. n. 28.
[2] Les îles d'Hyères, *OC*, LXIII.
[3] Sénanque, in dioec. Avenionen., *OC*, 112.
[4] Sylvacane, in dioec. Aquen., *OC*, 107.
[5] Johanna, dicta de Constantinopoli, † 1244, *BB*, II, 2549.
[6] Marguarita, † 1280, *BB*, II, 3030.
[7] Refugium, seu Abbatiola Athensis, *GC*, III, 190 ; Gaudium B. M. V. seu Ter Hagen, *GC*, III, 228.
[8] Loos, in dioec. Cameracen., *OC*, 116.
[9] Cambron, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 113.
[10] La Cour Dieu, in dioec. Aurelianen., *OC*, 6.
[11] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[12] Olivet, in dioec. Bituricen., *OC*, 81.
[13] Savigny, in Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.
[14] Seu Valloriae, Valloires, in dioec. Ambianen., *OC*, 52.
[15] Chalivois, in dioec. Bituricen., *OC*, 52.
[16] Mazières, in dioec. Divionen., *OC*, 26.

illi referant Diffinitoribus et per Diffinitorum manus quod factum fuerit, Capitulo generali referatur.

28 De abbate et conventu de Surio [1] qui litteras impetraverunt per quas in causam traxerunt, ut dicitur, abbatem et conventum de Portu Sanctae Mariae [2] contra Ordinis instituta, quod si traheretur in exemplum, posset in destructionem Ordinis redundare, unde ipso facto excommunicationis sententiam incurrerunt [a], committitur Sanctae Mariae iuxta Dublinium [b] [3] Vallis Sancti Salvatoris [4] et de Voto [5] abbatibus qui super hoc inquirant diligentius veritatem, et si ita esse invenerint, dictum abbatem excommunicatum esse [c] denuntient et deponant in instanti, omnes etiam quos super hoc [d] invenerint culpabiles, similiter excommunicatos denuntient, et eos quorum consilio principaliter factum fuerit ad alias domos mittant, non reversuros nisi per Capitulum generale, ceteros vero puniant prout meruit unusquisque. Habeant etiam potestatem absolvendi eos qui poenituerint et humiliter petierint absolutionem; sed tamen cum illis qui sic excommunicati celebraverunt, non poterunt dispensare, nisi cum solis decem qui minus malitiose ac [e] magis simpliciter noscuntur hoc egisse [f].

29 Abbates de provincia Eboracensi quos visitatores exemptorum monasteriorum voluerunt visitare mittant in expensis suis communibus ad Curiam idoneum nuntium festinanter et ita studeant providere quod Ordini per eorum negligentiam aut defectum nullum possit evenire periculum aut praeiudicium generari, si gravamen Capituli animadversionem voluerint evitare.

---

28 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] incurrunt : *L*²*P*¹⁰. [b] Dublinum : *L*²; Dubliniam : *P*¹. [c] esse : *deest L*¹*L*²*MP*¹⁰. [d] quos similiter : *L*²*M*. [e] ac noverint : *L*²; agnoverint : *M*. [f] fecisse : *P*¹. *Brevius apud L*¹ : Abbas et conventus de Sartis declarantur per Cap. gen. excommunicati de facto quod in causam traxerint apud iudices saeculares abbatem et conventum de Portu Sanctae Mariae contra Ordinis instituta, et in destructionem totius Ordinis. Et committuntur ab ipso Capitulo generali tribus abbatibus Ordinis inquirendi et puniendi, ita ut denuntientur excommunicati.

29 : *P*¹.

---

[1] Seu Inislounagh, in Hibernia, dioec. Lismoren., *OC*, 131.

[2] Seu Dunbrody, in Hibernia, dioec. Fernen., *OC*, 181.

[3] St. Mary's Abbey, in Hibernia, *OC*, 104.

[4] Graignemanagh, in Hibernia, dioec. Ossorien., *OC*, 210.

[5] Seu Tinterna minor, in Hibernia, dioec. Fernen.. *OC*, 204.

Fratri Bernardo quondam abbati Sancti Martini [1] quia ita domino Papae placet parcitur ut venire Pontigniacum non cogatur, in domo tamen in qua manet poenitentiam anno praeterito sibi pro culpa sua impositam agere non omittat, videlicet ut ultimus sit per annum numquam in abbatem aut priorem vel cellerarium promovendus. Abbas de Falera [2] hoc ei denuntiet. 30

Abbates Sanctae Mariae iuxta Dublinium [3] et Vallis Sancti Salvatoris [4] accedant personaliter ad Hibernienses episcopos nostri Ordinis, quorum vita miserabilis, habitus notabilis, victusque detestabilis denigrat, ut dicitur, honestatem Ordinis, ipsosque moneant auctoritate Capituli generalis, et ut corrigantur efficaciter elaborent [a] et quod inde fecerint sequenti anno renuntient Capitulo generali. Abbas de Cliva [5] eis denuntiet. 31

Abbates [a] Fossaenovae [6] et Casemarii [7] accedant personaliter ad dominum Praenestinum [8] et dominum Renerium [b] [9] cardinales, et de eorum consilio procedant auctoritate Capituli generalis ad admonitionem episcoporum Ordinis nostri quorum vita destestabilis, habitus et victus abominabilis totius denigrat [c], ut dicitur, Ordinis honestatem et ut ipsi episcopi corrigantur efficaciter elaborent, prout dicti cardinales consuluerint faciendum, et quod inde fecerint anno sequenti renuntient. Abbas de Falera[10] hoc eis denuntiet. 32

Inquisitio, correctio, reformatio domus de Cella[11] de qua multa dicuntur committitur de Doberluc[12] et de Boch[13] abbatibus 33

---

30 : *P*[1].
31 : *L*[1]*P*[1]. [a] laborent : *L*[1].
32 : *L*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Abbas Fossaenovae accedat ... : *L*[2]. [b] Reverinum : *L*[2]*P*[10]. [c] denigrant : *MP*[10].
33 : *P*[1].

---

[1] S. Martino del Monte, in patrimonio S. Petri, *OC*, 124.
[2] In patrimonio S. Petri, dioec. Civitatis Castelli, *OC*, 77.
[3] Cf. supra statutum 28.
[4] Cf. ibidem.
[5] Vallis Florida, seu Clive, in Anglia, dioec. Bathonien., *OC*, 202.
[6] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinen., *OC*, 37.
[7] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[8] Jacobus de Pecoraria, ord. cist. card. Praenestin. episc. † 1244, *HC*, I, 37.
[9] Rainerius Capoccius, card. diac. † 1250, *HC*, I, 4, 51.
[10] In patrimonio S. Petri, *OC*, 77.
[11] Altzelle, Vetus Cella, in marchia et dioec. Misnen., *OC*, 171.
[12] Dobraluca, Dobrilugk, in Lusatia infer. dioec. Misnen., *OC*, 153.
[13] Vallis S. Aegidii, seu Buch, in Saxonia, dioec. Misnen., *OC*, 195.

qui potestatem habeant auctoritate Capituli generalis tam in capite quam in membris, et quid inde, etc.

34 Abbates Fontisfrigidi [1] et Scalae Dei [2] sententiam in quosdam monachos et conversos Bonaecumbae [3] latam ab abbatibus de Moris [4] et de Domo Dei super Carum [5] missis auctoritate Capituli generalis, executioni faciant demandari et excommunicando contradictores et rebelles habeant potestatem vel aliter cohercendi prout viderint expedire.

35 Causa quae vertitur inter abbatissas et moniales de Belloprato [6] et de Brena [7] super quadam summa pecuniae committitur de Alna [8] et de Camberone [9] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde factum fuerit sequenti Capitulo referant generali.

36 Inspectio abbatiae quam vult fundare dominus episcopus Colocensis[10] committitur iterum de Bochan et de Sancto Godardo abbatibus qui, omnibus circumstantiis diligenter inspectis, quid invenerint sequenti anno renuntient Capitulo generali et quia non sunt executi mandatum huiusmodi quod anno praeterito iniunctum eis fuit nec renuntiare curaverunt, poenitentiam agant in Usibus constitutam, videlicet ut tribus diebus sint in levi culpa uno eorum in pane et aqua. Abbas de Cicador[11] hoc eis denuntiet.

37 Abbas de Coronata[12], qui non venit iam biennium est ad Capitulum, poenitentiam agat in Usibus constitutam. Abbas Sancti Matthei[13] hoc ei denuntiet.

---

34 : *P*¹.
35 : *P*¹.
36 : *P*¹.
37 : *P*¹.

---

[1] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[2] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[3] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
[4] Morae, Mores, in dioec. Trecen., *OC*, 135.
[5] Seu Niger Lacus, Noirlac, in dioec. Bituricen., *OC*, 43.
[6] Beaupré, prope Gerardimontem in Belgio, *GC*, V, 78.
[7] Wauthier-Braine, in Brabantia, dioec. Mechlinien., *GC*, III, 606.
[8] Aulne, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[9] Cambron, in dioec. Tornacen., *OC*, 113.
[10] Cf. ann. praec. stat. 65.
[11] B. M. de Czikador, in Hungaria, dioec. Quinqueecclesien., *OC*, 71.
[12] S. Maria Coronata, S. M. dell'Incoronata, in dioec. Tarentin., *OC*, 229.
[13] Alias de S. Pastore, in Umbria, dioec. Reatin., *OC*, 222.

Querela abbatis de Ripatorio [1] et abbatissae de Argenteolis [2] committitur de Igniaco [3] et de Charmeia [4] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. **38**

Abbas de Fiterio [5] non venit ad Capitulum et agat poenitentiam in Usibus constitutam. Abbas de Berola [6] hoc ei denuntiet. **39**

De abbatia monialium Sanctae Mariae de Horto Dei [7] Ordini associanda committitur de Paris [8] et de Sancto Urbano [9] abbatibus qui, inspectis quae inspicienda sunt, et quid invenerint sequenti anno renuntient Capitulo generali. **40**

De abbate Bonaevallis[10] Ruthinensis qui quamdam persecutorem proprii abbatis et alias indignum promovit in abbatem contra consilium, ut dicitur, patris abbatis[11], Aquaebellae[12] et Sylvaecanae[13] abbatibus committitur qui ad locum personaliter accedentes, de modo electionis, promovente et promoto diligentius inquirentes auctoritate Capituli generalis in plenaria potestate faciant inde quod secundum formam Ordinis viderint faciendum, et quid inde, etc. **41**

De abbatia monialium quae Oliva[14] vocatur Ordini associanda committitur de Villario[15] et de Alna[16] abbatibus qui, inspectis omnibus circumstantiis, faciant quod viderint expedire et sit filia de Alna. **42**

---

38 : *P*[1].
39 : *P*[1].
40 : *P*[1].
41 : *P*[1].
42 : *P*[1].

---

[1] L'Arrivour, in dioec. Trecen., *OC*, 59.
[2] Argensolles, in dioec. Suessionen., *GC*, IX, 478.
[3] Igny, in dioec. Remen., *OC*, 14.
[4] La Charmoie, in dioec. Catalaunen., *OC*, 155.
[5] Fitero, in Hispania, dioec. Tirasonen., *OC*, 65.
[6] Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[7] Hortus Dei, in Germania, *OC*, LVIII; *SM*, XXXVII, 19.
[8] Parisium, Pairis, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 56.
[9] S.-Urban, in Helvetia, in pago Lucernen., *OC*, 200.
[10] Bonneval, in dioec. Ruthenen., *OC*, 144.
[11] Mansiadae abbas, in Languedocio, *OC*, 9.
[12] Aiguebelle, in Delphinatu, dioec. Valentin., *OC*, 45.
[13] Sylvacane, in provinc. et dioec. Aquen., *OC*, 107.
[14] L'Olive, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, III, 189.
[15] Villers-en-Brabant, in dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[16] Aulne, in dioec. Tornacen., *OC*, 108.

43 Abbates Sancti Galgani [1] et Sancti Salvatoris de Monte Amiato [2] quibus commissum fuit negotium quod in litteris domini Papae continebatur super monaterio Sancti Pantaleonis [3], quia non renuntiaverunt Capitulo generali quid inde fecerint, poenitentiam agant in Usibus constitutam, videlicet ut tribus diebus sint in levi culpa uno eorum in pane et aqua. Abbas de Falera [4] hoc eis denuntiet.

44 Abbates Casemarii [5] et Sancti Anastasii [6] quibus commissum fuit negotium de translatione abbatiae Sancti Stephani de Boscho [7] quia non renuntiaverunt Capitulo generali quid inde fecerint agant poenitentiam in Usibus constitutam, et nihilominus quid inde fecerint sequenti anno renuntient Capitulo generali. Abbas Sancti Mathiae [8] hoc eis denuntiet.

45 Negotium abbatum de Domdregnan [9] et Glamluyx[10] committitur de Rievalle[11] et de Ruppe[12] et Salleya[13] abbatibus, qui accedentes ad dictas domos quae ibidem invenerint corrigenda corrigant et quae reformanda reforment, et quos invenerint puniendos puniant secundum formam Ordinis tam in capitibus quam in membris et si omnes non possunt, duo nihilominus dictum mandatum exequi non omittant, et quid inde, etc. Abbas de Salleya hoc duobus collegis suis denuntiet.

46 Querimonia abbatis de Castro Dei[14] contra abbatem de Magio[15] committitur de Tracten[16] et de Voto[17] et de Sancta Maria iuxta

---

43 : *P*¹.
44 : *P*¹.
45 : *P*¹.
46 : *P*¹.

---

[1] S. Galgano, in Tuscia, dioec. Volaterran., *OC*, 205.
[2] In Etruria, dioec. Clusin., *OC*, 231.
[3] In ditione et dioec. Lucan., *OC*, 235.
[4] In patrimonio S. Petri, dioec. Civitatis Castelli, *OC*, 77.
[5] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[6] SS. Vincentius et Anastasius, ad Aquas Salvias, prope Romam, *OC*, 62.
[7] In Calabria, dioec. Squillacen., *OC*, 123.
[8] Alias de S. Pastore, in dioec. Reatin., *OC*, 222.
[9] Dundrainan, in Scotia, dioec. Candidae Casae, *OC*, 70.
[10] Vallis lucis, Glenluce, in Scotia, dioec. Candidae Casae, *OC*, 193.
[11] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[12] Roche Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 95.
[13] Sawley Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 109.
[14] Seu Fermoy, in Hibernia, dioec. Cloynen., *OC*, 160.
[15] Seu Nenay, in Hibernia, dioec. Limericen., *OC*, 114.
[16] Albus Tractus, Tracton, in Hibernia, dioec. Corcagien., *OC*, 227.
[17] Seu Tinterna minor, in Hibernia, dioec. Fernen., *OC*, 204.

Dublinium [1] abbatibus et quid inde, etc. Abbas de Castro Dei hoc eis denuntiet.

Quod factum est de abbatia quae vocatur Canonica Amal- 47
phiae [2] per abbates de Maceriis [3] et de Grandisylva [4] solemniter coram domino Papa quibus totum negotium eiusdem domus et dispositio a generali Capitulo commissum fuerat in plenaria potestate, videlicet ut perpetuo sit filia Claraevallis, Capitulum generale gratum habet et ratum et confirmat. Abbas etiam Claraevallis ad eam mittat conventum auctoritate Capituli generalis et perpetuum super hoc imponitur silentium abbati et conventui Fossaenovae [5], et scribatur hoc illi abbati auctoritate Capituli generalis.

Abbas de Sancta Cruce in Wallia [6], qui contra Ordinis instituta 48
litteras impetravit ut liceret mulieribus ingredi domum suam, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum abbatis, et iisdem diebus abstineat ab altari ; impetratis etiam litteris non utatur.

De abbatia Gratiae Dei [7] in Vuallia quae in loco litigioso cons- 49
tructa esse dicitur et fundata, committitur de Brueria [8] et de Quinqesode [9] abbatibus, qui ad domum illam personaliter accedentes, si ita esse invenerint fundatorem moneant et inducant ut pacificet cum suis adversariis vel alium eis locum conferat competentem in quo sine alterius iniuria eadem possit abbatia fundari, alioquin si possessiones habet alias competentes licentiam tribuat alias transferendi, quid inde fecerint sequenti anno referant Capitulo generali.

Committitur de Grandisylva [10] et de Scala Dei [11] abbatibus ut 50

47 : P^1.
48 : L^1MP^1.
49 : P^1.
50 : P^1.

[1] St. Mary's Abbey, *OC*, 104.
[2] S. Pietro della Canonica, in regno Neapolitano, *OC*, 225.
[3] Mazières, in dioec. Divionen., *OC*, 26.
[4] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
[5] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinen., *OC*, 37.
[6] Holycross, in Hibernia, dioec. Casellen., *OC*, 178.
[7] In dioec. Landavensi, *OC*, 229.
[8] Bruerne, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[9] Kingswood, in dioec. Glocestrien., *OC*, 58.
[10] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
[11] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.

diligenter inquirant et examinent electionem Willelmi abbatis Bonaecumbae [1] et si invenerint quod ab excommunicatis vel ipse existens excommunicatus sit electus, deponant eum absque mora auctoritate Capituli generalis et potestatem habeant revocandi et absolvendi ab omnibus excommunicationibus tam ipsum abbatem quam ipsius domus monachos et conversos, tam illos qui adhaeserunt quondam abbati quam alios, prout viderint expedire (salva commissione facta abbatibus de Scala Dei, de Fontefrigido [2] auctoritate Capituli generalis).

51 Correctio et ordinatio monasterii Sancti Thomae [3] et mulierum prope illud monasterium habitantium in Veneciis de quibus constat multa [perpetrari] quae denigrant Ordinis honestatem, committitur de Caravalle [4], de Colomba [5] et de Cherreto [6] abbatibus qui illam domum mulierum ex toto expirare faciant aut ad alium locum competentem transferant et remotum, reservato iure eidem monasterio Sancti Thomae in possessionibus earumdem si quas habent, et quid inde fecerint sequenti anno referant Capitulo generali. Abbas de Cherreto hoc duobus aliis suis collegis denuntiet.

52 De domibus Caduni [7] et Gondonii [8] de quibus multa mala dicuntur committitur patri abbati Pontigniaci quid inde fecerit sequenti anno referat Capitulo generali.

53 Isti sunt abbates de Hispania qui debuerunt venire hoc anno ad Capitulum nec venerunt : de Juncaria [9], de Sephia[10], de Macenaria [11], de Sancto Petro de Aquila[12], de Stella[13], de Penna

---

51 : *P*¹.
53 : *P*¹.
53 : *P*¹.

---

[1] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
[2] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[3] S. Tommaso, in ditione Venetorum, dioec. Torcellan., *OC*, 213.
[4] Chiaravalle, in Lombardia, prope Mediolanum, *OC*. 39.
[5] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[6] Ceretum, Cerredo, in Lombardia, dioec. Laudensi, *OC*, 43.
[7] Caduinum, Cadouin, in dioec. Petragoricen., *OC*, 7.
[8] Gondon, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 11.
[9] Junquera, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 159.
[10] Seu Ceica, in dioec. Conimbrien., *OC*, 199.
[11] Maceiradam, in Lusitania, dioec. Visen., *OC*, 187.
[12] S. Pedros das Aguias, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 159.
[13] S. M. de Estrella, in Lusitania, dioec. Egitanien., *OC*, 144.

maiore [1]; isti faciant poenitentiam in Usibus constitutam. Abbas de Spina [2] hoc eis denuntiet.

Querela abbatis de Altofonte [3] contra abbatissam Sancti Desi- 54
derii [4] committitur de Bellencuria [5], de Cheminum [6] et de Monasterio in Argona [7] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde fecerint sequenti anno referant Capitulo generali, anno Domini millesimo tricesimo quinto.

1235

Decimo tertio kalendas decembris fiat commemoratio de sancta 1
Elisabeth per Ordinem universum ; collecta : *Exaudi nos Deus salutaris.*

Monachi qui sunt in capellis quas Ordo possidet ubicumque 2
infra festum Purificationis beatae Mariae virginis revocentur, et nec illi nec alii de cetero in ipsis deserviant aut morentur, sed qui capellas habent, per donatos vel per capellanos saeculares, si necessitas id deposcit, in eis faciant deserviri.

Universae moniales Ordini nostro sociatae vel etiam de cetero 3
sociandae in singulis domibus habitum habeant uniformem, videlicet cucullam sine mantello, vel mantellum sine cuculla, ita quod illae quae mantellos hactenus habuerunt habeant ipsos, sed [a] cucullis [b] de cetero non utantur ; quae vero cucullis [b] hactenus sunt usae, utantur in posterum, a mantellis penitus abstinentes, velaminibus nigris semper et scapularibus tempore laboris utantur, et sint sine caputiis tam scapularia quam cucullae.

---

54 : P^1.
1 : P^1.
2 : P^1 ; *apud* L^1 : Non liceat monachis aut deservire in capellis Ordinis, et inde omnes revocentur. Poterunt tamen capellae illae deserviri per donatos vel capellanos saeculares, si necesse fuerit.
3 : D^1 (*gallice*) $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] scilicet : L^2P^{10}. [b] cuculla : L^2MP^{10}. [c] *brevius apud* L^1.

---

[1] Peña Major, in Gallecia, dioec. Lucen., *OC*, 228.
[2] Espina, in Legione, dioec. Palentin., *OC*, 108.
[3] Haute-Fontaine, in dioec. Catalaunen., *OC*, 41.
[4] S.-Dizier, in regione Haute-Marne, *GC*, IX, 973.
[5] Boulencourt, in dioec. Trecen., *OC*, 118.
[6] Cheminon, in dioec. Catalaunen., *OC*, 49.
[7] Moutier-en-Argonne, in dioec. Catalaunen., *OC*, 79.

4 Nullus convictus aut publice confessus vel notorie de indicibili vitio diffamatus [a] in abbatem vel priorem de cetero promoveatur quin etiam tales, si iam alicubi sunt promoti, deiiciantur omnino.

5 Sententiae de non emittendis monachis vel conversis de cetero irrefragabiliter observentur, hoc addito, quod nullus mittatur ultra decem dietas vulgares, emissum autem ultra decem dietas nullus recipere teneatur. Abbas etiam qui contra diffinitiones praedictas conscientia remordente emiserit monachum vel conversum omni sexta feria sit in pane et aqua quousque taliter missus fuerit revocatus. Pater vero abbas vel visitator in visitatione inquirat de emissionibus eorum, de quibus teneatur respondere visitatus [a], si causae fuerint manifestae [b], de occultis causis suae conscientiae relinquatur.

6 Nobili viro comiti Richardo [1] fratri regis Angliae, conceditur anniversarium post eius obitum per Ordinem universum.

7 Quarto idus iulii fiat anniversarium comitissae Blesensis [2] per Ordinem universum.

8 Venerabili patri domino Roberto [3] episcopo Lingonensi conceditur quod post eius obitum fiat pro eo plenarium servitium per Ordinem universum.

9 Domino Helnensi [4] episcopo cui promissum fuit plenarium servitium per Ordinem universum persolvatur.

10 Nullus monachus aut conversus ad moniales cuiuscumque Ordinis vel reclusas causa colloquendi vel hospitandi divertat nisi de abbatis sui licentia speciali ; qui contravenire praesumpserit, in visitatione graviter puniatur.

11 Domino Radulpho episcopo [5] Nivernensi conceditur quod post

---

4 : *L²P¹P¹⁰*. [a] infamatus : *L²*.
5 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] visitator : *P¹⁰*. [b] *hic desin. M.*
6 : *P¹*.
7 : *P¹*.
8 : *P¹*.
9 : *P¹*.
10 : *L²MP¹P¹⁰*.
11 : *P¹*.

---

[1] Richardus, Cornubiae comes, 1209- † 1272, *BB*, II, 3960.
[2] Cf. supra ann. 1228, stat. 8.
[3] Robertus de Torote, episc. Lingon, dein. Leodiensis, † 1246, *HC*, I, 307, 301.
[4] Raymundus, Elnensis episc., *SE*, 599 ; *HC*, I, 238.
[5] Rudolphus, 1232-1239, *SE*, 585 ; *HC*, I, 368.

eius obitum per totum Ordinem pro eo plenarium servitium persolvatur.

Inhibetur ne de cetero in abbatiis nostris aut [a] grangiis coqua- 12
tur panis extra deferendus pro aliqua religiosa [b], saecularive persona nec pro blado panis coctus aliquatenus commutetur.

Pro comite Tolosano [1] una missa de Spiritu sancto a singulis 13
sacerdotibus Ordinis persolvatur.

Nullus in Ordine, de quacumque domo sit, per quamcumque 14
domum transiens et audiens a quocumque peccata vel vitia cuiuscumque, ipsa praesumat scribere, vel scripta recipere, vel secum portare, quia [a] istud pessimum genus detractionis seu infamationis merito reputatur. Qui [b] autem hoc fecerit, tam ille qui scripsit quam ille qui alicui scedulam talem tradiderit [c], et qui eam receperit [d], vel recitare praesumpserit, poenam sustineant quae contra illos qui scribunt [e] libellum infamiae vel in medio proiiciunt, in Usibus continetur.

In quindena sancti Michaelis per totam Angliam fiat festum 15
S. Eduardi cum duodecim lectionibus, ad preces illustris regis Angliae [1].

Conceditur monialibus Leodiensis dioecesis ut possint festum 16
beati Lamberti martyris in suis tantum domibus celebrare.

Petitio regis Navarriae [2] ut post eius obitum associetur matris 17
suae anniversario exauditur.

Pro domino Thoma [3] quondam nobili comite Sabaudiae dica- 18
tur una missa pro defunctis a singulis sacerdotibus per Ordinem universum.

Retractatio, compilatio diffinitionum et ordinatio iterato com- 19

---

12 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] vel : *L*¹. [b] religiosa : *deest L*¹.
13 : *P*¹.
14 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] quod : *L*²*MP*¹⁰. [b] Qui autem... quam : *deest L*²*MP*¹⁰. [c] reddiderit : *L*². [d] recipit : *L*¹. [e] conscribunt : *L*²*MP*¹⁰.
15 : *P*¹.
16 : *P*¹.
17 : *P*¹.
18 : *P*¹.
19 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰.

---

[1] Raymundus VII, 1222- † 1249, *BB*, II, 3899.
[2] Henricus III, 1216- † 1272.
[3] Thomas I, Sabaudiae comes, 1189- † 1233, *BB*, II, 4515.

mittitur de Prulliaco[1], de Savigniaco[2], de Maceriis[3] et de Quintiaco[4] abbatibus ut conveniant in octava sancti Mathaei apostoli, apud grangiam de Pruliaco quae vocatur Achoos [a], communibus Ordinis sumptibus, ad hoc opus, et opere consummato referant ad dominum Cistercii et quatuor primos abbates et illi referant Diffinitoribus, et per manus Diffinitorum quod factum fuerit referatur Capitulo generali.

20 Ad honorem Dei et propagandam in Ordine charitatem quae non tam verbis quam operibus comprobatur, abbates congregati in Capitulo generali zelo charitatis accensi sponte et sine aliqua exactione consilium habuerunt inter se sublevandi domum Cistercii, quam tam tempestatibus quam substractione fructuum, morte animalium et aliis afflictionibus, tetigit manus Domini, qui suos taliter tangere consuevit, volentes et inter se statuentes quod haec benedictio quam Domino dante dabunt ad manus trium abbatum deveniat qui solvent ex ea, cum necesse fuerit, debita dictae domus ; et quod maius est, cum manu auxilii ad sublevationem praedictam, manum consilii apponentes ex debito correctionis et restrictionis faciendae in domo iam dicta cui sponte se offerunt et obligant fratres Cistercienses, volunt iam dicti abbates quod in domo Cistercii et in membris nulla fiant aedificia, nec aliqua mutentur nisi [a] ea quae permittit fieri Ordo. Item [b] possessiones non emant ; item debita non augmentent, donec ad summam mille [c] marcarum, minuantur debita dictae domus, hoc proviso etiam promisso quod istud in consequentia non trahetur [d]. Et quia docet veritas primum [e] quaerere regnum Dei, et dicit [f] quaerentibus id principaliter [g] bona temporalia secundario provenire ; volunt et statuunt Diffinitores quod statuta Ordinis serventur [e] et flamma charitatis et devotionis qua succensi sunt in hoc facto abbates, sit flamma ignis devorantis in gyro, et si quid fuit in fratrum moribus spinosum, comburatur ; si quid tepidum vel frigidum, accendatur. Volunt

---

[a] Echou : *M*.

20 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] in ea : L^1. [b] saltem : L^1. [c] mille : *deest* L^1. [d] trahatur : *M*. [e] primo : L^2 ; omnino : L^1. [f] datur : L^1 ; debent : P^1. [g] illud post incipitur : *perp.* L^1. [h] ferventes : L^1L^2 ; ferventer : *M*.

---

[1] Preuilly, in dioec. Melden. ; *OC*, 5.
[2] Savigny, in Normannia, dioec. Constantien., *OC*., 95.
[3] Mazières, in dioec. Divionen., *OC*, 26.
[4] Quincy, in dioec. Senonen., *OC*., 27.

etiam abbates quod singulis annis in visitatione Cistercii coram quatuor primis status huius domus recitetur, et abbates qui tenebunt pecuniam quae dabitur, de ea reddant coram eisdem abbatibus rationem. Haec autem supputatio in perpetuum, sed quousque melioratio domus Cistercii appareat, non durabit.

Infamia de crimine hereseos contra abbatem de Oratorio [1] qui nuper cessit ad Capitulum est delata. Domino Cistercii committitur inquirenda qui, assumptis secum abbatibus quos voluerit, ad domum Oratorii personaliter accedens inquirat diligenter de infamia supradicta et corrigat quod decreverit corrigendum. **21**

Abbates Fossaenovae [2] et Casemarii [3] accedant personaliter ad dominum Praenestinum [4] et dominum Reinerii [5] cardinales, et insinuent eis se missos a Capitulo generali ad admonitionem episcoporum qui sunt in illis partibus de Ordine nostro, qui non nullos, ut dicitur, in victu et vestitu superfluo etiam quibusdam aliis excessibus scandalisant, et ab ipsis cardinalibus consilium et formam accipiant monendi supra dictos episcopos. **22**

Inspectio loci ad quem vult mutare rex Aragonensis [6] abbatiam de Lavaxio [7] committitur de Sanctis Crucibus [8], de Populeto [9] et de Scarpio [10] abbatibus qui pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, quid invenerint anno sequenti renuntient Capitulo generali. Abbas Fontisfrigidi [11] hoc eis denuntiet. **23**

Inspectio abbatiae monialium prope Trecas [12] quam petit associari Ordini venerabilis episcopus Lingonensis [13], committitur de **24**

21 : *P*¹.
22 : *P*¹.
23 : *P*¹.
24 : *P*¹.

[1] Le Loroux, in dioec. Andegaven., *OC*, 10.
[2] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinen., *OC*, 37.
[3] Casamario, in Campania romana, dioec. Veularum, *OC*, 58.
[4] Jacobus de Pecoraria, ord. cist. † 1244, *HC*, I, 37.
[5] Rainerius Capoccius, ord. cist. † 1250, *HC*, I, 51.
[6] Jacobus I, 1213-1276, factus deinde cist. monachus, *BB*, II, 2307.
[7] Labaciae, La Baix, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 227.
[8] Santas Creus, in Catalonia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.
[9] Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.
[10] Escarpe, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 217.
[11] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[12] N.-D. des Prés, *GC*, XII, 612.
[13] Robertus de Torote, episc. Lingon. dein Leodiensis, †1246, *HG*, I, 307, 301.

Ripatorio [1], de Bellencuria [2] et de Moris [3] abbatibus, qui abbates recipiant eam in Ordine si viderint expedire, nec expectata licentia Capituli generalis, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, et sit filia Claraevallis, et quid inde, etc.

25 Praecipitur abbati de Liza [4] in virtute obedientiae quod incontinenti accedat ab abbatiam de Fontibus [5] in Anglia matrem suam, abbas vero de Fontibus assumpto sibi de Rievalle [6] et de Boxleia [7] audiat quid abbas proponere voluerit pro se et quid visitatores voluerint proponere contra ipsum et faciant inde quod viderint faciendum, in plenitudine potestatis.

26 Translatio monialium a loco qui dicitur ecclesia Sanctae Margaretae prope abbatiam Sancti Thomae de Veneciis [8], quam fecerunt abbates de Caravalle [9], de Columba[10] et de Serreto[11], auctoritate Capituli confirmatur, hoc addito quod ad locum praedictum nulla in posterum revertatur. Quia hic [a] locus ad quem translatae sunt, minus competens esse dicitur a quibusdam, inspectio loci illius committitur de Sanavalle[12], de Victoria[13] et de Sythin[14] abbatibus et, habeant potestatem transferendi moniales iam dictas ad locum quem iudicaverint potiorem, si dante Domini potuerint inveniri, sin alias in loco ad quem sunt translatae maneant quousque dignetur eis divina gratia providere. Paternitatem autem integram in eodem loco ubi sunt modo, vel in loco ubi fortassis mutabuntur perpetuo habeat quicumque pro tempore abbas fuerit Sancti Thomae, servato etiam iure pleno in possessionibus primi loci monasterio Sancti Thomae si quod habet in eisdem.

25 : *P*[1].
26 : *P*[1]. [a] nec : *ms*.

[1] L'Arrivour, in dioec. Trecen., *OC*, 39.
[2] Boulancourt, in dioec. Trecen., *OC*, 118.
[3] Mores, in dioec. Trecen., *OC*, 135.
[4] Lyse Kloster, in Norvegia, dioec. Bergen., *OC*, 88.
[5] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.
[6] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[7] Boxley, in dioec. Cantuarien., *OC*, 91.
[8] S. Tommaso, in dioec. Torcellan., *OC*, 213.
[9] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[10] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[11] Ceretum, Cerredo, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 43.
[12] Seu Follina, in ditione Venetorum, dioec. Ceneten., *OC*, 86.
[13] Victring, in Carinthia, dioec. Gurcen., *OC*, 68.
[14] Sitticum, Sittich, in Carniola infer. dioec. Labacen., *OC*, 42.

Quoniam constat [a] Diffinitoribus quod abbas Sancti Petri de **27**
Gomel [1] anno praeterito renuntiavit quaestioni super visitatione et prioratu, quae dicebat se de iure habere in domo fratrum Calatraviae [2] inter ipsum et patrem suum abbatem Morimundi in audientia Capituli aliquamdiu ventilata, fuit anno praeterito terminata ; constat aliis legitimis documentis quod iniustam fovebat causam contra patrem, cum constet Capitulo quod Calatravia sit propria filia Morimundi immediate pertinens ad eamdem, nunc auctoritate Capituli confirmatur, et imponitur perpetuum silentium tam conventui quam abbati Sancti Petri de Gomel, ita quod quicumque quaestionem super aliquo articulo ad causam pertinente iam dictam ausus fuerit suscitare, si abbas fuerit sciat se esse depositum ipso facto, alii vero si monachi aut conversi de domo propria emittantur non reversuri nisi de licentia Capituli generalis. Monachus autem qui per abbatem Sancti Petri dicitur esse promotus in priorem Calatraviae, et illi qui sunt cum eo revertantur ad domum propriam sine mora, alioquin nisi infra [b] Natale Domini non fuerint reversi, sciant se excommunicatos esse auctoritate Capituli generalis. Abbas de Rivosicco [3] hoc eis denuntiet [c].

Abbas de Borbona [a] [4] qui abbati Morimundi equitaturam unam **28**
ab eo petitam in necessitate sua non accommodavit, cum domus eius per Dei gratiam, ut dicitur, sit abundans, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Petitio abbatis Casemarii [5] qui petit quod possit mittere con- **29**
ventum [a] filiae de Matina [b] [6] annis singulis ad grangiam quae

---

27 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] constat de : L^2MP^{10}.
[b] intra : P^{10}. [c] *brevius apud* L^1 : Definitio Capituli generalis qua declaretur Calatravia esse propria filia Morimundi immediate pertinens ad eamdem, et interdicitur iurisdictio abbati Sancti Petri de Gomel, quam praetendebat in illam, sub poena depositionis ipso facto, et pro monachis sub poena emissionis a domo propria ; et pro his, scilicet priore et aliis quos in eam intruserat, sub poena excommunicationis, nisi cedat.
28 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Bolbona : *M*.
29 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] de annis singulis : L^1. [b] Mathina : L^1P^{10}.

---

[1] S. Pedro de Gumiel, in Veteri Castella, dioec. Oxomen., *OC*, 198.
[2] Militia ex ordine cisterciensi orta, *TB*, I, 547.
[3] Rio Seco, in Veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 111.
[4] Boulbonne, in dioec. Tolosan., *OC*, 123.
[5] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[6] Mattina, in Calabria, dioec. S. Marci, *OC*, 179.

dicitur Santbutina [c], moraturum ibidem tribus mensibus in aestate exauditur, ita quod ordinem teneant [d] et non negligant Ordinis instituta.

30 Pavimentum curiosum quod est in ecclesia de Gardo [1] penitus evertatur et ad antiquam simplicitatem Ordinis redigatur [a]. Abbas qui hoc fieri permisit vel qui factum sustinet, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

31 Querela abbatis de Net [2] conquerentis de abbate de Margan [3] qui, sicut debet, compositionem quae facta fuit inter eos auctoritate Capituli, [non observat][a], alias ei multipliciter iniuriosus existens, committitur de Boxel [4], de Beldeluas [5], de Kinigunde [6] pace vel iudicio terminanda et quid inde fecerint anno sequenti renuntient Capitulo generali. Abbas de Kingude [7] collegis suis hoc denuntiet.

32 Causa quae vertitur inter abbatem Claraevallis [a] et abbatem de Alna [8] super filiatione monialium de Angueres [b] [9] committitur de Prulliaco[10], de Tribus Fontibus[11] et de Capella[12] in Flandria abbatibus, si interim partes non composuerint, ut causam istam terminent pace vel iudicio, et quid inde fecerint, etc.

33 Querela abbatis et conventus de Tillieto[13] et de Sancto Andrea[14] super pasturis, molendino, possessionibus et rebus aliis com-

---

[c] Sabuccina : *L*¹ ; Santburina : *L*² ; Suntburina : *M* ; Santbutina : *P*¹⁰.
[d] teneat... negligat : *L*¹.
30 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] *hic desin. L*¹.
31 : *P*¹. [a] *ms. iterum addit :* inter eos.
32 : *L²MP¹P¹⁰W*. [a] Claraevallensem : *L²MP*¹⁰. [b] Anguerres : *MW*.
33 : *P*¹.

---

[1] N.-D. du Gard, in Picardia, dioec. Ambianen., *OC*, 58.
[2] Neath Abbey, in Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 98.
[3] In Wallia. dioec. Landaven., *OC*, 107.
[4] Boxley, in dioec. Cantuarien. ; *OC*, 91.
[5] Bildwas, in dioec. Cestren., *OC*, 102.
[6] Kingswood, in dioec. Glocestrien., *OC*, 58.
[7] Idem ac praeced.
[8] Aulne, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[9] Aywières, in Brabantia, dioec. Mechlinien., *GC*, III, 603.
[10] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[11] Trois-Fontaines, in dioec. Catalaunen., *OC*, 6.
[12] Capella de Thosan, seu Ter Doest, in dioec. Brugen. in Belgio, *OC*, 173.
[13] Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquen., *OC*, 9.
[14] S. Andreas di Sestri, in Liguria, dioec. Januen., *OC*, 22.

mittitur in plenitudine potestatis de Columba [1], de Caravalle [2] et de Fontevivo [3] abbatibus pace vel iudicio terminanda, etiam factum suum faciant auctoritate Capituli generalis firmiter observari, et quid inde, etc.

Petitio nobilis comitis Wiltensis [4] de construenda abbatia monachorum nostri Ordinis iterato committitur de Inis [5] de Iugo Dei [6] et de Cumba [7] abbatibus qui ad locum accedentes diligenter inspiciant quae secundum Ordinis instituta inspicienda sunt et quod invenerint sequenti anno referent Capitulo generali. Abbas de Mellifonte [8] hoc eis denuntiet. **34**

Abbas de Castro Dei [9] qui non denuntiavit de Tracten[10], de Voto[11] et de Sancta Maria iuxta Dubliniam[12] abbatibus commissionem eisdem factam a Capitulo generali pro causa abbatis de Castro Dei et abbatis de Magio[13], faciant poenitentiam in Usibus constitutam et eadem causa iterato eisdem abbatibus committitur, et quid inde, etc. Abbas de Voto hoc collegis suis denuntiet. **35**

De abbatia Gratiae Dei[14] in Wallia quae in loco litigioso constucta esse dicitur et fundata, iterato committitur de Brueria[15] et de Quingesode[16] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes, fundatorem moneant ut locum conferat competentem in quo pacifice possit abbatia fundari, et quid inde, etc. Abbas de Quingesode hoc collegae suo denuntiet. **36**

---

34 : *P*[1].
35 : *P*[1].
36 : *P*[1].

---

[1] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[2] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[3] In ducatu et dioec. Parmen., *OC*, 68.
[4] Ann. 1234, stat. 23 legimus Ultensis.
[5] Iniscourcey, in Hibernia, territorio Erynaghen., *OC*, 187.
[6] Seu Gray Abbey, in Hibernia, dioec. Dunen., *OC*, 196.
[7] Combe Abbey, in dioec. Lichfelden., *OC*, 121.
[8] In Hibernia, dioec. Armacan., *OC*, 70.
[9] Seu Fermoy, in Hibernia, dioec. Cloynen., *OC*, 160.
[10] Albus Tractus, Tracton, in Hibernia, dioec. Corcagien., *OC*, 227.
[11] Seu Tinterna minor, in Hibernia, dioec. Fernen., *OC*, 204.
[12] S. Mary's Abbey, *OC*, 104.
[13] Magium, seu Nenay, in Hibernia, dioec. Limericen., *OC*, 114.
[14] In dioec. Landaven., *OC*, 229.
[15] Bruernia, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[16] Kingswood, in dioec. Glocestren., *OC*, 58.

37 Abbates de Hungaria videlicet de Pelis [1], de Pasto [2] et de Kerc [3] qui hoc anno venire debuerunt ad Capitulum nec venerunt, poenitentiam faciant in Usibus constitutam. Abbas de Aceyo [4] hoc eis denuntiet.

38 Querela abbatis de Bellabrancha [5] contra abbatem de Caloceyo [6] committitur de Claromonte [7], de Campania [8] et de Pietate [9] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

39 Causa quae vertitur inter abbatem Savigniaci[10] et abbatem Fontis Danielis[11] committitur de Persenia[12], de Thyronello[13] et de Pietate Dei[14] abbatibus pace vel iudicio terminanda, si interim partes non composuerint, et quid inde, etc.

40 Inspectio abbatiae prope Priuinum[15] quae vocatur Mons Sanctae Mariae[16] quam Petrus clericus petit nostro Ordini sociari, committitur de Prulliaco[17], de Ioyaco[18] et de Sigilleriis[19] abbatibus ut ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, recipiant eam in Ordine, non expectata ulterius licentia Capituli, si viderint expedire, et sit filia Pruliaci.

41 Monachi de Cella[20] qui certis de causis a domo propria sunt

37 : *P*¹.
38 : *P*¹.
39 : *P*¹.
40 : *P*¹.
41 : *P*¹.

[1] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 182.
[2] B. M. de Paszto, in Hungaria, dioec. Agrien., *OC*, 192.
[3] B. M. de Kerz, in Transsilvania, *OC*, 208.
[4] Acey, in comit. Burgundiae, dioec. S. Claudii, *OC*, 40.
[5] Bellebranche, in dioec. Cenomanen., *OC*, 132.
[6] Chaloché, in dioec. Andegaven., *OC*, 97.
[7] Clairmont, in dioec. Valleguidonen., *OC*, 131.
[8] Champagne, in dioec. Cenomanen., *OC*, 188.
[9] Alias Spallum, l'Épau, in dioec. Cenomanen., *OC*, 232.
[10] Savigny, in Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.
[11] Fontaine-Daniel, in dioec. Valleguidonen., *OC*, 210.
[12] Perseigne, in dioec. Cenomanen., *OC*, 84.
[13] Tyronneau, in dioec. Cenomanen., *OC*, 116.
[14] Alias Spallum, cf. stat. praec.
[15] Provins, in regione Seine-et-Marne.
[16] Mont-Notre-Dame, abbatia monialium cist., *GC*, XII, 129.
[17] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[18] Jouy, in dioec. Melden., *OC*, 12.
[19] Les Sellières, in dioec. Trecen., *OC*, 156.
[20] Vetus Cella, Altzelle, in dioec. Misnen., *OC*, 171.

eiecti, non revertantur de cetero ad eamdem, nisi de licentia Capituli generalis, et a matre domo videlicet de Porta [1] penitus emittantur. Abbas autem de Porta qui recepit monachos qui erant incontinenti eiiciendi, cui imponitur quod per negligentiam suam in filia sua tot et tantorum excessuum praeputia excreverunt, et hoc constat per inquisitores missos a Capitulo generali, stet ad voluntatem abbatis Morimundi.

Correctio et reformatio abbatiarum de Ardorello [2], de Caduino [3] et de Sancto Marcello [4], de quarum excessibus clamosa insinuatio ad Capitulum pluries est delata, committitur de Fresneda [5] et de Grossobosco [6] abbatibus ut ad loca praedicta personaliter accedentes, corrigant et reforment quae corrigenda et reformanda invenerint in plenitudine potestatis, et quod inde, etc. 42

Abbates de Calabria, videlicet Sancti Stephani de Bosco [7] et Aquaeformosae [8] et de Romatoris [9] et de Arcu[10] in Sicilia, quia hoc anno debuerunt venire ad Capitulum nec venerunt, poenitentiam faciant in Usibus constitutam. Abbas de Nucharia[11] hoc eis denuntiet. Similem poenitentiam faciat abbas de Coronata[12]; abbas Casemarii[13] hoc ei denuntiet. 43

Inspectio loci qui vocatur Paradisus[14] in Postnonensi dioecesi in quo nobilis vir Bronosius palatinus in Polonia vult fundare monachorum monasterium, committitur de Sicham[15], de Colba[16] 44

42 : *P*¹.
43 : *P*¹.
44 : *P*¹.

[1] Pforte, in Thuringia, dioec. Nuemburgen., *OC*, 25.
[2] Ardorel, in Languedocio, dioec. Albien., *OC*, 108.
[3] Cadouin, in dioec. Petracoricen., *OC*, 7.
[4] In dioec. Cadurcen., *OC*, 172.
[5] Frenada, La Frenade, in dioec. Engolismen., *OC*, 129.
[6] Grosbois, in dioec. Engolismen., *OC*, 155.
[7] In Calabria dioec. Squillacen., *OC*, 123.
[8] In Calabria citeriore, dioec. Cassanen., *OC*, 201.
[9] Rocca Amatoris, Roccamadore, in Sicilia, dioec. Messanen., *OC*, 196.
[10] S. M. dell'Arco, in Sicilia, dioec. Neten., *OC*, 216.
[11] La Nuara, in Sicilia, dioec. Messanen., *OC*, 164.
[12] S. M. dell'Incoronata, in Apulia, dioec. Tarentin., *OC*, 229.
[13] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[14] Paradiz, in Polonia, dioec. Poznanien., *OC*, 240.
[15] Sichemium, Sittichenbach, in dioec. Halberstaden., *OC*, 63.
[16] Mera Vallis, seu Colbaz, in Pomerania, dioec. Caminen., *OC*, 170.

et de Cenna [1] abbatibus ut ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae pensanda sunt secundum formam Ordinis, de domo de Lenin [2] mittant istuc conventum, non expectato ulterius super hoc mandato Capituli generalis, et quid inde, etc.

45 Abbas Sanctae Crucis [3] in Austria qui monacho suo quem Dominus vocabat ad praelationis honorem, extitit inhumanus, nec voluit honorare, cum non dederit ei novum aliquod [a] vestimentum praecipue cum domus sua sit abundans, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

46 Inspectio abbatiae quam vult fundare N. [a] Th. Franconiae [b] palatinus [4], committitur de Silea [c] [5], de Camina [6] et de Coperniceya [d] [7] abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes, pensatis [e] omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, illuc mittant conventum de domo Andreo [8], si viderint expedire, et sit filia de Porta [9], et quid inde, etc.

47 Querela quae vertitur inter abbatem de Lucela[10] et de Sancto Urbano[11] pro filiatione abbatiae de Orto Dei[12] committitur de Porta Coeli[13], de Paris[14] et de Wagtejneyo[15] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

48 Moniales de Bontebruc[a] [16] ad petitionem domini Papae nostro

---

45 : *L²MP¹P¹⁰W*. [a] aliquod : *deest MW*.

46 : *L²MP¹P¹⁰W*. [a] N. : *deest MW*. [b] Cracoviae : *W*. [c] Siloa : *P¹*. [d] Coperniceia : *L²* ; Copurniceyis : *MW*. [e] personis : *P¹⁰*.

47 : *P¹*.

48 : *L²MP¹P¹⁰W*. [a] Bonthebruc : *P¹*.

---

[1] Coena S. Mariae, Zinna, in dioec. Brandenburgen., *OC*, 163.

[2] Leninum, Lehnin, in dioec. Brandenburgen., *OC*, 182.

[3] Heiligenkreuz, in dioec. Vindobonen., *OC*, 36.

[4] Theodorus de Ruszcza, palatinus *Cracoviensis*, ut monet Janauschek, *OC*, 243 ; *W*, III, 220.

[5] Sulejovia, Sulejow, in Polonia, dioec. Gneznen., *OC*, 175.

[6] Alias Vanchoscum, Wachok Klasztor, in dioec. Cracovien., *OC*, 178.

[7] Clara Provincia, Koprzywnica, in dioec. Cracovien., *OC*, 184.

[8] Andrejovia, Jedrzejow, in Polonia, *OC*, 117.

[9] Pforte, in Thuringia, dioec. Nuemburgen., *OC*, 25.

[10] Lucelle, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 12.

[11] In pago Lucernensi Helvetiae, *OC*, 200.

[12] Alias Olsperg, Olsberg, in Argovia, dioec. Basileen., abb. monialium cist., *OC*, LVIII ; *SM*, XXXVII, 32.

[13] Thennenbach, in Brisgoa, antiq. dioec. Constantien., *OC*, 142.

[14] Parisium, Pairis, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 56.

[15] Wettingen, in pago Ergoviensi Helvetiae et dioec. Constantien., *OC*, 230.

[16] Boytzenburg, in provinc. Brandenburg. dioec. Caminen., *SM*, XXXVII, 6.

Ordini socientur. Item petitio domini Papae de abbatia monialium de Hilmetas [b] [1], similiter de abbatia de Presborc [c] [2] in Hungaria in archiepiscopatu Strigoniensi Ordini sociandis, exauditur, et sint filiae Cistercii.

Correctio et reformatio abbatiae de Clamlux [3] auctoritate Capi- **49**
tuli generalis, in plenitudine potestatis committitur de Rievalle [4], de Rupe [5], et de Salleya [6] abbatibus, qui ad dictam domum personaliter accedentes quae corrigenda et reformanda invenerint, corrigant et reforment, tam in capite quam in membris, et quid inde, etc.

Abbas Campiboni [7] qui electionis suae nuncium [a] habuit et **50**
alias inutilis est regimini [b] animarum, sicut constat ex testimonio plurimorum, stet ad mandatum abbatis Bonaevallis [8] Ruthenensis. Pater autem abbas ipsius, videlicet Bonaevallis Ruthenensis qui eum taliter promovit, priorem eiusdem domus amovit et alium substituit, electores non per priorem, sed per abbatem socium nominavit, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et extra stallum abbatis per annum.

Inspectio coenobii iam constructi ad mittendum illuc conven- **51**
tum de domo Cariloci [9], pro quo petit illustris ex Hungariae[10], committitur de Egris[11] et de Pasto[12] abbatibus, qui ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda mittant illuc conventum de domo Cariloci, non expectata ulterius licentia Capituli generalis, si viderint expedire, et quid inde, etc. Abbas Cariloci hoc eis denuntiet.

---

[b] Hylmetas : *L^2P^{10}*. [c] Proesborc : *L^2* ; Proerbrorc : *MW*.
49 : *P^1*.
50 : *L^2MP^1*. [a] initium : *P^1*. [b] regimine : *P^1*.
51 : *P^1*.

---

[1] Citata absque mentione dioeceseos, in *ms. 925 Bibli. Arsenal.*
[2] Presbort, in dicto *ms. 925.*
[3] Glenluce, Vallis Lucis, in Scotia, dioec. Candidae Casae, *OC*, 193.
[4] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[5] Roche Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 95.
[6] Sawley Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 109.
[7] Chambons, in Languedocio, dioec. Vivarien., *OC*, 133.
[8] Bonneval, in dioec. Ruthenen., *OC*, 144.
[9] Cherlieu, in dioec. Bisuntin., *OC*, 19.
[10] Bela IV, 1235- † 1270, *BB*, I, 497.
[11] Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadien., *OC*, 177.
[12] B. M. de Paszto, in Hungaria, dioec. Agrien., *OC*, 192.

52 Querela inter abbates Mansiadae [1] et Aquaebellae [2] super pasturis committitur de Leoncello [3], Francharum vallium [4], et de Sinanqua [5] abbatibus auctoritate Capituli generalis pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

53 Inspectio loci qui dicitur Montana Sancti Petri in Marchia [6], iterato committitur de Bochan [7] et de Sancto Gotardo [8] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes si viderint expedire mittant illuc conventum auctoritate Capituli generalis de domo Egriensi [9], non expectata ulterius licentia Capituli generalis, et quid inde, etc. Abbas de Aceyo [10] hoc eis denuntiet.

54 Inspectio coenobii monachorum quod dicitur Fons Beatae Mariae[11] pro quo petit episcopus Monasteriensis[12] committitur Campensi[13] et Bergensi[14] abbatibus ut ad locum personaliter accedentes, quid invenerint sequenti anno renuntient Capitulo generali.

1236

1 Commemoratio [a] beati Francisci et sanctae Elisabeth [b] in Martyrologiis et in kalendariis conscribatur et prononcietur hoc modo : Quarto nonas octobris depositio beati Francisci ; tertio decimo kalendas decembris depositio sanctae Elisabeth.

---

52 : *P*¹.
53 : *P*¹.
54 : *P*¹.
1 : *L²MP¹P¹⁰W*. [a] *P¹ incip* : Anno 1236 edita sunt haec in Capitulo generali : 1. Commemoratio... [b] Elysabeth : *L²P¹⁰*.

---

[1] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivarien., *OC*, 9.
[2] Aiguebelle, in Delphinatu, dioec. Valentin., *OC*, 45.
[3] Léoncel, in Delphinatu, dioec. Valentin., *OC*, 46.
[4] Franquevaux, in Languedocio, dioec. Nemausen., *OC*, 73.
[5] Sénanque, in dioec. Avenionen., *OC*, 112.
[6] Ordini Cisterciensi non fuit aggregata, ut videtur.
[7] Zircium, Zircz, seu de Curc in Bokan, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 181.
[8] S. Gotthardus, in Hungaria, dioec. Sabarien., *OC*, 183.
[9] Egresium, cf. supra stat. 51.
[10] Acey, in dioec. S. Claudii, *OC*, 40.
[11] Sub hoc nomine extabat tunc in Monasteriensi dioecesi abbatia monialium cist., *OC*, 277 ; *SM*, XXXVII, 11.
[12] Ludolfus de Holte, 1227-1248, *SE*, 295 ; *HC*, I, 346.
[13] Vetus Campus, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
[14] Vetus Mons, Altenberg, in dioec. Colonien., *OC*, 29.

Absolutio defunctorum Ordinis nostri quae solet fieri quarto [a] decimo kalendas octobris fiat de cetero quinto decimo kalendas eiusdem. 2

Abbatiis quae fuerunt alterius Ordinis conceditur ut in capellis quas habebant [a] priusquam nostri Ordinis susciperent instituta et modo habent, quibus animarum cura non est annexa [b], serviatur per personas per quas in eis [c] serviri consuevit; cetera monasteria quae alterius Ordinis non fuerunt teneant diffinitionem super hoc anno 1235 latam [d], cum abbatibus [e] tamen de Dunis [1] et de Capella [f] [2] qui capellas habent in quibusdam insulis maris [g] ad quas non est accessus aliquo tempore sicco pede, propter pericula quae frequenter intrantibus mare mortem minantur, dispensat Capitulum generale, et conceditur utrique illorum habere tres monachos in capellis praedictis [h], qui ministrare possint sacramentalia habitantibus in eisdem, praecipue cum ibidem sit grandis numerus conversorum et saecularium personarum quibus, saepe si sacerdos deesset eis, immineret periculum animarum. 3

Conversi qui iuxta abbatiam in domibus habitantes laborant, iuxta pristinam [a] consuetudinem in ipsis domibus comedant, nec abbatibus id liceat immutare; extra monasteria vero ubi [b] commorantur, vinum, cervisiam vel siceram [c] non bibentes observent consueta ieiunia monachorum. 4

Petitio domini Reneri [3] cardinalis de faciendo anniversario suo in domibus Sancti Martini [4] et Sancti Galgani [5], et in aliis domibus quas acquisivit Ordini nostro et de cetero acquiret, 5

---

2 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] tertio : P^1.

3 : $L^1L^2MP^1P^{10}W$. [a] ante unionem et nunc habent, serviatur per personas... : L^1. [b] commissa : P^{10}. [c] ante serviri consueverunt; abbatiae vero omnes teneant... : L^1. [d] in hoc tamen dispensatur cum : L^1. [e] Cum abbas : *M*. [f] ut in capellis quas habent : L^1. [g] uterque possit habere : L^1. [h] ad ministranda sacramentalia suis conversis et personis saecularibus : L^1, *et sic desin.*

4 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] pristinam : *deest* L^1. [b] ibi non morantur, vinum vel siceram bibentes : L^1. [c] vel siceram : *deest* P^{10}.

5 : $L^2MP^1P^{10}$.

---

[1] Les Dunes, in Belgio, dioec. Brugen., *OC*, 51.

[2] Capella de Thosan, seu Ter Doest, in Belgio, dioec. Brugen., *OC*, 173.

[3] Rainerius Capoccius, ord. cist. card. 1216, † 1250, *HC*, I, 51.

[4] S. Martino del Monte, in patrimonio S. Petri, *OC*, 124.

[5] S. Galgano, in Tuscia, dioec. Volaterran., *OC*, 205.

et de plenario servitio suo faciendo per universum Ordinem exauditur.

6 Petitio dominae M[argaritae] Romanorum reginae [1] de oratione facienda speciali pro se et pro marito suo [2] per universum Ordinem exauditur, videlicet quod a singulis monachis et conversis semel dicatur *Pater noster* et *Ave Maria* [a].

7 Petitio illustris Regis Angliae [3] pro anniversario reginae uxoris suae [4] faciendo per universum Ordinem exauditur.

8 Pro domino Praenestino [5] et pro domino Viennensi archiepiscopo [6] Apostolicae Sedis legato, pro domino duce Burgundiae [7], pro domino Anmarico comite Montis fortis [8] et sociis eorum, dicatur una missa de Sancta Maria a singulis sacerdotibus per totum Ordinem, et huic missae associentur infantissae de Hispania, filiae illustris reginae Terasiae [9], et pro bonae memoriae Odone[10] quondam duce Burgundiae, et pro domino Simone[11] quondam comite Montis fortis, dicatur una missa pro defunctis a singulis sacerdotibus per Ordinem universum.

9 Piae recordationis domino Radulpho[12] quondam Lugdunensi archiepiscopo plenarium servitium, sicut eidem concessum est a Capitulo generali per universum Ordinem persolvatur.

10 Pro Ioanne vero quondam abbate Sancti Vedasti Attrebatensis[13] plenarium servitium per totum Ordinem persolvatur.

---

6 : *L²MP¹P¹⁰W*. [a] *L²* *add.* : etc.
7 : *P¹*.
8 : *P¹*.
9 : *P¹*.
10 : *P¹*.

---

[1] Margarita ab Austria, † 1267, *BB*, II, 3027.
[2] Henricus (II) 1211, † 1242, *BB*, I, 2078.
[3] Henricus III, 1216-1272, *BB*, I, 2056.
[4] Eleonora, Provinciae comitis filia, Angliae regina, 1236, † 1291, *BB*, I, 1294.
[5] Jacobus de Pecoraria, ord. cist. card. episc. 1231, † 1244, *HC*, I, 37.
[6] Joannes de Bournain, 1218- † 1266 ; *HC*, I, 527.
[7] Hugo IV, 1218- † 1272, *BB*, I, 2197.
[8] Amauricus, † 1241, *BB*, I, 182.
[9] Theresia (beata), † 1250, *BB*, II, 4447.
[10] Odo III, † 1218, *BB*, II, 3394.
[11] † 1218, *BB*, II, 4274.
[12] Radulphus de Pinis, † 1236, *HC*, I, 316.
[13] St. Vaast d'Arras, abbatia celebris O. S. B., *GC*, III, 373.

Pro domino episcopo Virgonensi [1] una missa pro defunctis a singulis sacerdotibus per totum Ordinem persolvatur. 11

Mandatum domini Papae et petitio illustris regis Franciae [2] et dominae Blanchae [3] reginae matris suae, de fundanda abbatia monialium [4] iuxta Peronam et Ordini socianda, etiam quod sit filia Cistercii, exauditur, et inspectio loci illius committitur de Caro Campo [5] et de Balanciis [6] abbatibus, qui ad locum personaliter accedentes inspectis omnibus quae secundum formam Ordinis inspicienda sunt, faciant quod viderint expedire, et quid inde, etc. 12

Petitio nobilis viri Ioannis de Mosnemue de transferendo conventu Gratie Dei [7] ad locum aptiorem quem inspectores illius loci viderint, exauditur, et a Capitulo generali iniungitur patri abbati ut transferat illuc conventum sine morae dispendio. Abbas de Bildevas hoc ei denuntiet et quid inde, etc. 13

Petitio domini Hostiensis [8] de revocando quodam monacho Caraevallis, et de relaxatione poenae eiusdem monachi, exauditur. 14

Petitio domini Gaufridi [9] cardinalis de monachis moraturis in ecclesia Sancti Mathaei de Reathe[10] committitur abbati Sancti Anastasii[11] qui, servata forma Ordinis, faciat quod sibi viderit melius expedire. 15

Petitio domini Reneri[12] de duabus abbatiis monachorum ni- 16

11 : *P*¹.
12 : *P*¹.
13 : *P*¹.
14 : *P*¹.
15 : *P*¹.
16 : *P*¹.

[1] Guillelmus de Blois, Wigorniensis episc. 1218- † 1216, *HC*, I, 528.
[2] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270, *BB*, II, 2873.
[3] Blancha de Castella, † 1252, *BB*, I, 610.
[4] Biaches-lès-Péronne, *GC*, IX, 1138.
[5] Cercamp, in Artesia, dioec. Atrebaten., *OC*, 66.
[6] Seu Valloriae, Valloires, in Picardia, dioec. Ambianen., *OC*, 52.
[7] In Anglia, dioec. Landaven., *OC*, 229.
[8] Rainaldus de comit. Signiae, Ostien. card. episc. mox Summus Pontifex Alexander IV, 1254-1261, *HC*, I, 35,7.
[9] Gaufridus Castillionaeus, card. presb. tit. S. Marci, postea Sabinen. episc. denique Coelestinus papa IV, † 1241, *HC*, I, 6.
[10] Reatina.
[11] SS. Vincentius et Anastasius, seu Tres Fontes ad Aquas Salvias, prope Romam, *OC*, 62.
[12] Rainerius Capoccius, ord. cist. card. tit. S. Mariae in Cosmedin, 1216-1250, *HC*, I, 51.

grorum in Ordinem nostrum admittendis, videlicet monasterii Sancti Antimi, et Sanctae Crucis Fontis Avellanae exauditur, et committitur Sancti Anastasii et de Monte Amiato [1] abbatibus, qui ad loca personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundam formam Ordinis sunt pensanda quae invenerint sequenti anno renuntient Capitulo generali.

17 Petitio domini Amaurici [2] comitis Montis fortis de abbatia monialium quae vocatur Thesaurus Sanctae Mariae [3] nostro Ordini socianda exauditur, et committitur de Fulcardimonte [4], de Prato [5] et de Mortuomari [6] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes, inspectis quae secundum formam Ordinis inspicianda sunt, illam associent Ordini, si viderint expedire, et quid inde, etc.

18 Mandatum domini Papae de incorporanda abbatia monialium Ordini nostro quae vocatur monasterium in Boz [7], et sita est in Constantiensi dioecesi, exauditur et sit filia de Salem [8] ita quod de Portacoeli [9] et Deutiquen[10] abbates ad locum accedant et habita prae oculis illa sententia quae de monialibus in diffinitionibus continetur, eam associent Ordini, si viderint expedire, et quid inde, etc.

19 Petitio comitissae Nivernensis de construenda abbatia monialium exauditur et dantur inspectores a Capitulo generali de Quintiaco[11], de Bonoradio[12] et de Regniaco[13] abbates, et sit filia Cistercii, et quid inde, etc.

20 Mandatum domini Papae de abbatia monialium monasterii

---

17 : *P*¹.
18 : *P*¹.
19 : *P*¹.
20 : *P*¹.

---

[1] S. Salvadore del Montamiata, in Etruria, dioec. Clusin., *OC*, 231.
[2] Amauricus, † 1241, *BB*, I, 182.
[3] Le Trésor S. Marie, in dioec. Rothomagen., *GC*, XI, 325.
[4] Foucarmont, in dioec. Rothomagen., *OC*, 97.
[5] Seu Bellumpratum, Beaupré, in dioec. Bellovacen., *OC*, 38.
[6] Mortemer, in dioec. Rothomagen., *OC*, 48.
[7] Boos, Bohoz, Boze, dein ad locum Baindt translata, *SM*, XXXVII, 6.
[8] Seu Salmansweiler, in magno ducatu Badensi, dioec. Constantien., *OC*, 50.
[9] Thennenbach, in Brisgoa, antiq. dioec. Constantien., *OC*, 142.
[10] Wettingen, in pago Ergoviensi Helvetiae et dioec. Constantien., *OC*, 230.
[11] Quincy, in dioec. Senonen., *OC*, 27.
[12] Bouras, in dioec. Senonen., *OC*, 7.
[13] Rigniacum, Rigny, in dioec. Senonen., *OC*, 15.

Dominici Sepulcri [1], in loco Sancti Petri de arena Ianuensis dioecesis nostro Ordini socianda, et sit filia domus Cistercii, exauditur, et inspectio loci illius committitur de Tillieto [2] et Ripalta [3] abbatibus, qui ad domum illam personaliter accedant, et faciant secundum formam Ordinis quae viderint expedire. Abbas Locedii [4] hoc eis denuntiet, et quid inde, etc.

Mutatio abbatiae de Lavaxio [5] quam rex Arragoniae [6] vult mutare committitur patri abbati [7] et abbati de Scarpio [8] qui mittant illuc conventum de dicta domo, non expectata licentia Capituli generalis, si viderint expedire, et quid inde, etc. **21**

Correctio et reformatio abbatiae de Sancto Marcello [9], de cuius excessibus clamosa insinuatio ad Capitulum pluries est delata, committitur abbati Pontiniaci qui corrigat et reformet quae corrigenda et reformanda invenerit in plenaria potestate, et quid inde, etc. **22**

Auctoritate Capituli generalis iniungitur abbati Sancti Sulpicii [10] ut cum viris discretis ad correctionem et emendationem excessuum filiae suae de Phalera [11] personaliter accedat, et sic se habeat super hoc quod eius diligentia et zelus ordinis in correctione ita a Capitulo generali debeat commendari, et quid inde, etc. **23**

Conceditur abbati de Andreo [12] ut mittat conventum de domo sua ad locum quem concessit et nobilis vir Th[eodorus] Cracoviae palatinus [13] cum viderit expedire, et quid inde, etc. **24**

---

21 : *P*[1].
22 : *P*[1].
23 : *P*[1].
24 : *P*[1].

---

[1] Sic citatum in *ms. 925 Arsenal.*
[2] Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquen., *OC*, 9.
[3] In Pedemontio, dioec. Derthonen., *OC*, ~~249~~. 180.
[4] Locedio, in Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.
[5] Labaciae, La Baix, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 227.
[6] Iacobus I, 1213-1276, *BB*, 2307.
[7] Bonifontis abbas, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[8] Escarpe in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 217.
[9] In Gallia, dioec. Caturcen., *OC*, 172.
[10] St. Sulpice-en-Bugey, in dioec. Bellicen., *OC*, 27.
[11] Falera in patrimonio S. Petri, dioec. Civitatis Castelli, *OC*, 77.
[12] Andrejovia, Jedrzejow, in Polonia, *OC*, 117.
[13] Theodorus de Ruszcza, fundator abbatiae Scirii, Szczyrzyc, in Galicia, *OC*, 42.

25 De Hynis [1], de Iugo Dei [2] et de Cumba [3] abbatibus qui non renuntiaverunt Capitulo generali de commissione sibi iniuncta, si nuntiatum eis fuerit per abbatem de Mellifonte [4], sententiam peragant in Usibus constitutam. Abbas autem de Mellifonte, si in annuntiatione ista fuit negligens, praedictam poenam sustineat, et alii sint immunes, et hoc eis denuntiet abbas de Greynaldo [5], et quid inde, etc.

26 Scribatur episcopo Candidae casae [6] quod cum sit de Ordine, Ordinis dispositionibus se non opponat, sed circa domos Ordinis in sua dioecesi constitutas, se devotum exhibeat ac benignum, libertates [a] Ordinis ita promovendo quod merito debeat eius devotio ab omnibus commendari, ne per contrarium, quod absit, necesse sit ad altiorem audientiam querimoniam deportari, quomodo autem se habuerit et quid super hoc fecerit abbas novi monasterii sequenti anno renuntiet Capitulo generali.

27 Abbates [a] de provincia Turonensi et alii qui de oppressione sibi facta a praelatis suis Capitulo generali querimoniam attulerunt, si executores habeant super iniuriis sibi illatis ad eos recurrant, si executores non habeant pro causis istis et casibus, eis adire curiam conceditur a Capitulo generali, si viderint expedire.

28 Abbates hoc anno ad Capitulum venientes, qui ad quatuor primas domos et infra adduxerunt equitaturas ultra quam debuerunt, sententiam peragant in Usibus constitutam, scilicet ut sint uno die in pane et aqua.

29 Abbas de Rivosicco [7] qui nimis oblocutus est proterve contra diffinitionem Capituli generalis anno praeterito latam de negotio Caltraviae [8], sit in levi culpa sex diebus, duobus eorum in pane

---

25 : *P*[1].
26 : *P*[1]. [a] liberalitates : *ms*.
27 : *L*[1]*P*[1]. [a] *Brevius apud L*[1] : Abbatibus de provincia Turonensi oppressis a Praelatis suis licet et conceditur a Capitulo generali ad curiam Domini Papae proficisci super hoc conquesturi.
28 : *P*[1].
29 : *L*[2]*MP*[1]*P*[10].

---

[1] Iniscourcey, Insula Curcii, in Hibernia, *OC*, 187.
[2] Seu Gray Abbey, in Hibernia, dioec. Dunen., *OC*, 196.
[3] Combe Abbey, in dioec. Lichfelden., *OC*, 121.
[4] In Hibernia, dioec. Armacana, *OC*, 70.
[5] Idem ac Gray Abbey.
[6] Gilbertus, episc. 1241- † 1253, *SE*, 239 ; *HC*, I, 162.
[7] Seu Rio seco, in Veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 111.
[8] Calatrava, militia, ex ord. cist. orta, *TB*, I, 547.

et aqua, et stet quadraginta diebus [a] extra stallum abbatis. Inhibetur etiam tam ipsi quam aliis abbatibus sub poena depositionis ne de cetero talia audeant attentare.

Abbates de Caroloco [1] et de Gardo [2] qui, sub praetextu pere- 30
grinationis, minus honeste per provinciam Cantuariensem discurrerunt et apud Cantuariam per sex dies morati sunt, sex diebus sint in levi culpa duobus eorum in pane et aqua, et viginti diebus sint extra stallum abbatis.

Notum sit omnibus quod domus Cistercii tenetur omni anno 31
in posterum in decem libris [a] Divionensibus Capitulo generali pro illa summa pecuniae quam dedit Capitulo illustris regina Franciae domina Eugerburgis [b] [3] quondam uxor Philippi [4] regis.

Ad petitionem abbatis de Camberone [5] conceditur filio eius 32
abbati de Bodelo [6] habere quindecim conversos, receptis et recipiendis in hoc numero comprehensis.

Inquisitio [a] criminis haereseos ultimo [b] facienda in domibus 33
Ordinis nostri quae sunt in Terraconensi provincia, quae dicitur huiusmodi infamia laborare, committitur de Grandisylva [7] et de Fontefrigido [8] abbatibus qui ad domos illas personaliter accedentes, vocato venerabili patre [c] [Bernardo] [9], episcopo Vicennensi [d], si voluerit interesse; inquirant et digne [e] puniant in plenaria potestate auctoritate Capituli generalis, si quid invenerint puniendum, et quid inde, etc.

---

[a] dies : P^1.

30 : P^1.

31 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] libras divionenses : L^1. [b] Engerburgis : L^2P^{10}; Endeburgis : *M*.

32 : P^1.

33 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Inspectio : P^1. [b] ultimo : *deest apud* P^1 *et locus remanet vacuus.* [c] V. : L^2MP^{10}. [d] Viennensi : MP^1. [e] si voluerit... digne : *deest M.*

---

[1] Cherlieu, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 19; saepe confusio fit cum Caroliloco, Châlis, in dioec. Bellovacen., *OC*, 44.

[2] N.-D. du Gard, in Picardia, dioec. Ambianen., *OC*, 58.

[3] Ingelburga, 1176-† 1236, *BB*, I, 2251.

[4] Philippus-Augustus, Galliae rex, 1180-1223, *BB*, II, 3627.

[5] Cambron, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 113.

[6] Baudelo, in dioec. et urbe Gandaven., *OC*, 227.

[7] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.

[8] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.

[9] S. Bernardus Calvus, ord. cist., episc. Vicenn. (Vich) 1233-1243 in Hispania, suffr. Terraconen., *SE*, 90; *HC*, I, 525.

34 De abbate de Brondolio [1] qui dicitur celebrasse in domo monialium quae erant excommunicatae, et qui, ut dicitur, professionem fecit altari Sancti Marci Veneciarum cum non sit de sua dioecesi, et qui, ut dicitur, fidelitatem sub iuramento promisit communitati civitatis illius, committitur de Victoria [2], et de Sithim [3] abbatibus ut diligenter inquirant utrum praesentes in ecclesia fuerint excommunicatae personae quando celebravit ibi dictus abbas, et quid inde, etc.

35 Cum ex gratia Spiritus Sancti opus charitatis subventio videlicet domus Cistercii in abbatum cordibus sit inceptum part[us] laudabilis sequi debet qui [finem] imponat operi ut benedictio Dei possit si quid voluntarie est promissum, voluntarie persolvatur. Iniungit igitur Capitulum generale abbatibus universis quod petitionem et assignationem quam facient in filiabus aut neptibus patres abbates de summa quatuor millium marcharum quae liberaliter est promissa ; ratam habeant et acceptam et solvant termino qui eis fuerit assignatus ; fratres autem Cistercii ea ad quae se anno praeterito obligaverunt, specialiter quod istud alias in consequentia non trahetur, studeant observare.

36 Abbas de Roca [a] amatoris [4] qui permisit pernoctare mulieres intra [b] septa monasterii sui [c], tempore dedicationis, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

37 Abbas Casaenovae [5] in regno Siciliae, qui non solum Imperatori sed etiam [a] principibus et iustitiariis multos conversos et monachos accommodavit ad habitandum cum eis, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; praecipitur [b] etiam eidem quod revocet omnes [c] illos quos accommodavit aliis personis quam Imperatori, revocet absque morae dispendio longioris ; illos autem qui sunt cum Imperatore revocet si sine scandalo Imperatoris potuerit revocare, et quid inde, etc.

---

34 : P^1.
35 : P^1.
36 : L^1P^1. [a] Roma : L^1. [b] infra : L^1. [c] sui : deest L^1.
37 : L^1P^1. [a] et : L^1. [b] et praecipitur ei ut : L^1. [c] omnes in suam domum, etiam eos qui cum Imperatore sunt, si fieri potest sine scandalo : L^1.

---

[1] Brundulo, Brondolo, in paludibus Venetiarum, dioec. Fossae Clodiae, *OC*, 232.
[2] Victring in Carinthia, dioec. Gurcen., *OC*, 68.
[3] Sitticum, Sittich, in Carniola infer. dioec. Labacen., *OC*, 42.
[4] Roccamadore, in Sicilia, dioec. Messanen., *OC*, 196.
[5] Caja nova, in Aprutio ulter. dioec. Pennen., *OC*, 199.

Verbum quod imponitur [a] abbati de Client [b] [1], videlicet quod per conspirationem electus fuerit, et quod prius [c] benedictionem suam a domino Papa susceptam ultra [d] se obtulit ad sacramentandum et iuravit fidelitatem domino Papae et Sanctae Sedi romanae ecclesiae sicut episcopus saecularis, committitur inquirendum de Colomba [2] et Fontis Vivi [e] [3] abbatibus, qui ad locum personaliter accedentes diligenter inquirant et corrigant auctoritate Capituli generalis in plenaria potestate, et [f] quid inde, etc. **38**

Petitio domini Leodiensis [4] episcopi et ducis Lotharingiae de suscipienda in Ordine nostro domo monialium quae dicitur Vinea Beatae Mariae [5], ordinis Sancti Augustini, exauditur, et sit filia Claraevallis. **39**

Quia multi tam abbates quam monachi et conversi diversarum abbatiarum habentur suspecti de nece abbatis et prioris de Insula [6], et de successoris electione tam celeri plures sunt scandalizati, in qua non bonum consilium dedisse dicitur abbas Monasterii in Argona [7], verbum quod male dixisse dicitur contra electionem abbatis Claraevallis, ita ordinavit Capitulum generale quod istorum articulorum et omnium circumstantiarum quae quoquomodo pertinent ad hoc factum quoscumque tangant, sive abbates sive monachos sive conversos, inquisitio et correctio committatur de Crista [8], de Clarofonte [9] et de Moris [10] abbatibus, qui ad domum de Insula et ad domos alias prout factum requisierit personaliter accedentes, vocatis ad suam praesentiam quos viderint evocandos, inquirant cum omni diligentia et sollicitudine de praemissis, et digne corrigant ac puniant quoscmque culpabiles invenerint in hac facto, auctoritate Capituli in plenaria **40**

---

38 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] imputatur : L^1. [b] Clyent : L^2MP^{10}. [c] post : L^1. [d] ultimo : L^1. [e] Septimi : L^1. [f] et quid... : *apud* P^{10} *tantum*.
39 : P^1.
40 : P^1.

---

[1] Cliente, in Piceno, dioec. Camerinen., *OC*, 66.
[2] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[3] Fontevivo, in ducatu et dioec. Parmen., *OC*, 68.
[4] Joannes de Rumigny, Leod. episc. 1229-† 1238, *SE*, 249 ; *HC*, I, 301.
[5] Vivegnis, prope Leodium, *GC*, III, 1040.
[6] Insula Barrensis, L'Isle-en-Barrois, in dioec. Nanceien., *OC*, 126.
[7] Moutier-en-Argonne, in dioec. Catalaunen., *OC*, 79.
[8] La Creste, in dioec. Lingonen., *OC*, 10.
[9] Clairefontaine, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 24.
[10] Mores, in dioec. Trecensi Campaniae, *OC*, 135.

potestate, quia vero homicida qui abbatem interfecit citra meritum, ut dicitur, est punitus, si est ita, digne prout meruit puniatur, et quid inde, etc.

41 Ad petitionem domini Cistercii conceditur monachis Beati Thomae Cantuariensis [1] qui aedificant ecclesiam quamdam, quod una missa de Spiritu Sancto dicatur a singulis sacerdotibus Ordinis per Angliam, Scotiam, Hyberniam, pro universis qui, de bonis sibi a Deo collatis, eleemosynas contulerint ad aedificationem ecclesiae supradictae, et omnium bonorum quae de cetero fient in toto Ordine sint consortes.

42 Abbati Sancti Anastasii [a] [2] committitur cura reformationis abbatiae Sancti Justi [3] et servatio possessionum eiusdem.

43 Iniungitur abbati de Silvacana [4] ut infra festum instans Omnium Sanctorum fratrem Petrum Carbonelsi monachum domus suae, de quo multa mala delata sunt ad audientiam Capituli generalis ad domum propriam revocet, et detineat sub arcta Ordinis disciplina, et de excessibus suis ita eum corrigere studeat, ut eius diligentia et zelus ordinis a generali Capitulo merito debeat commendari, et si forte infra praedictum terminum redire et humiliter obedire noluerit, ex tunc fugitivus et excommunicatus ab omnibus habeatur, et quid inde, etc.

44 Querela abbatis de Sacracella [5] contra abbatissam de Sancto Antonio Parisiensi [6], de Pruliaco [7], de Curia Dei [8] et de Sancto Portu [9] abbatibus committitur pace vel iudicio terminanda; et quid inde, etc.

45 Querela abbatis de Valle Sancti Lamberti [10], de Karmeya [11],

---

41 : *P*1.
42 : *MP*1. [a] Athanasii : *M*.
43 : *P*1.
44 : *P*1.
45 : *P*1.

---

[1] Abbatia O. S. B. prope Cantuariam in Anglia; cf. Dugdale, *Monasticum Angl.*, London, 1817, t. I, 81.
[2] SS. Vincentius et Anastasius ad Aquas Salvias, prope Romam, *OC*, 62.
[3] S. Giusto, in patrimonio S. Petri, dioec. Tuscanen., *OC*, 88.
[4] Sylvacane, in provincia et dioec. Aquen., *OC*, 107.
[5] Cercanceaux, in dioec. Melden., *OC*, 180.
[6] Abbatia celebris monialium cist. *GC*, VII, 899.
[7] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[8] La Cour Dieu, in dioec. Aurelianen., *OC*, 6.
[9] Seu Barbellum; Barbeaux, in dioec. Melden., *OC*, 111.
[10] In dioec. Leodien., *OC*, 207.
[11] Charmeia, La Charmoie, in dioec. Catalaunen., *OC*, 155.

de Vaucellis [1] et de Valle Dei [2] abbatibus committitur, pace vel iudicio terminanda, et quid inde.

Querela abbatis de Pasto [3] contra abbates de Egris [4] et de Pelis [5], committitur de Sancto Godardo [6] et Bellifontis [7] in Ungaria abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. **46**

Querela abbatis de Koofort [8] contra abbatem de Kirquestede [9] committitur de Gardone[10], de Loco Sanctae Mariae[11] et de Valle Dei[12] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. **47**

Querela abbatis de Beelande[13] contra abbatem Rievallis[14] committitur de Rupe[15], de Kyquestal[16] et de Melsa[17] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. **48**

Querela comitis Saynensis contra abbatem et conventum de Cella[18] dudum commissa de Everbac[19] et de Wisrbourch[20] abbatibus, iterato eis committitur infra sequens Capitulum pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. **49**

Querela abbatis de Domo Dei super Carum[21] contra abbatem **50**

---

46 : *P*¹.
47 : *P*¹.
48 : *P*¹.
49 : *P*¹.
50 : *P*¹.

---

[1] Vaucelles, in dioec. Cameracen., *OC*, 24.
[2] Val-Dieu, in dioec. Leodien., *OC*, 179.
[3] B. M. de Paszto, in Hungaria, dioec. Agrien., *OC*, 192.
[4] Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadien., *OC*., 177.
[5] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 182.
[6] S. Gotthardus, in Hungaria, dioec. Sabarien., *OC*, 183.
[7] Tres Fontes de Bél, Bél-Hàrom-Kúti, in Hungaria, dioec. Agrien., *OC*, 235.
[8] Seu potius Rufford, in dioec. Eboracen., *OC*, 112.
[9] Kirksted, in dioec. Lincolnien., *OC*, 55.
[10] Geroldonia, Garendon, in dioec. Conventren., *OC*, 30.
[11] Alias Swineshead Abbey, in dioec. Lincolnien., *OC*, 101.
[12] Seu Vaudey, in dioec. Lincolnien., *OC*, 94.
[13] Bellalanda, Byland, in dioec. Eboracen., *OC*, 104.
[14] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[15] Roche Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 95.
[16] Kirkstall, in dioec. Eboracen., *OC*, 93.
[17] Meaux, in dioec. Eboracen., *OC*, 124.
[18] Vetus Cella, Altzelle, in marchia et dioec. Misnen., *OC*, 171.
[19] Eberbach, in Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.
[20] Leg. forsan Arnsburg, in dioec. Maguntin., *OC*, 169.
[21] Alias Niger Lacus, Noirlac, in dioec. Bituricen., *OC*, 43.

de Petris [1] committitur de Pratea [2] et de Fonte Morengny [3] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

51 Querela abbatissae Vallisbonae [4] contra priorem et conventum Populeti [5] committitur de Scarpeio [6], de Bonofonte [7] et de Lavaxio [8] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

52 Querela abbatis de Deulacresse [9] contra abbatem de Huilton[10] committitur de Rupe[11], de Kyquestal[12] et de Gyrovalle[13] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas de Rupe hoc collegis suis denuntiet.

53 Querelae quae vertuntur inter dominam M[argaritam] de Damperre[14] et abbatissam et conventum Sancti Desiderii[15] ex una parte, et abbatem Altifontis[16] ex altera, committitur de Claravalle et de Tribus Fontibus[17] abbatibus pace vel iudicio terminanda infra sequens Capitulum generale, et quid inde, etc.

54 Querela quae vertitur inter abbatem Sancti Andreae[18] et abbatem de Ripalta[19] super filiatione abbatiae de Perello[20], committitur de Colomba[21], de Caravalle[22] et de Fontevivo[23] abbatibus

51 : *P*[1].
52 : *P*[1].
53 : *P*[1].
54 : *P*[1].

[1] Albae Petrae, Aubepierre, in dioec. Lemovicen., *OC*, 115.
[2] La Prée, in dioec. Bituricen., *OC*, 86.
[3] Fontmorigny, in dioec. Bituricen., *OC*, 115.
[4] Vallbone, in Hispania, provinc. Ilerden., prope Belpuig, *TB*, II, 3224.
[5] Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.
[6] Escarpe, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 217.
[7] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[8] Labaciae, La Baix, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 227.
[9] Dieulacres, in Anglia, dioec. Conventren., *OC*, 142.
[10] Hilton, in dioec. Conventren., *OC*, 223.
[11] Roche Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 95.
[12] Kirkstall, in dioec. Eboracen., *OC*, 93.
[13] Joravallis, Joraval, in dioec. Eboracen., *OC*, 119.
[14] Margarita, de Constantinopoli dicta, Willelmi de Dampetra uxor, † 1280, *BB*, II, 3030.
[15] Saint-Dizier, in reg. Haute-Marne, *GC*, IX, 973.
[16] Haute-Fontaine, in dioec. Catalaunen., *OC*, 41.
[17] Trois-Fontaines, in dioec. Catalaunen., *OC*, 6.
[18] S. Andreas de Sexto, in Liguria dioec. Januen., *OC*, 22.
[19] In Pedemontio, dioec. Derthonen., *OC*, 180.
[20] Preallum, del Preallo, in Liguria dioec. Januen., *OC*, 241.
[21] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[22] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[23] Fontevivo, in ducatu et dioec. Parmen., *OC*, 68.

pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas de Carreto [1] hoc eis denuntiet.

55 Querela inter abbates Fulcardimontis [2] et Frigidimontis [3] committitur de Balanciis [4], de Bellobecco [5] et de Bonoportu [6] abbatibus, pace vel iudicio terminanda infra Capitulum generale, hoc non obstante quod ad generale Capitulum non accessit.

56 Visitatio et correctio domus monialium quae vocatur Tresoares [7] et est filia de Berola [8], committitur abbati de Scarpio [9], auctoritate Capituli in plenaria potestate, et quid inde, etc.

57 Querimonia novem abbatum de Hispania qui miserunt litteras suas ad Capitulum generale de iniuria quam asserunt sibi factam in grangia Bonaevallis[10] Viennensis dioecesis a quibusdam monachis et conversis, diffinitur hoc modo quod frater Stephanus monachus, qui lapidem iecit contra quemdam abbatem, ut asserunt abbates novem, de domo propria emittatur non reversurus per annum. Roch... vero monachus qui dicitur improbus in illo facto fuisse et iniuriosus abbatibus et molestus, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Conversus autem qui tunc erat magister illius grangiae si nundum est amotus, amoveatur ab ea, et talis instituatur ibidem qui credatur fore propitius abbatibus hospitibus et benignus, et viri religiosi et devoti mittantur de cetero tempore Capituli ad recipiendum abbates in grangia supradicta, residuum vero iniuriae supradictae committitur abbati Bonaevallis inquirendum et corrigendum et quid inde, etc.

58 Querela quae vertitur inter abbatem Francharumvallium[11]

---

55 : *P*¹.
56 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰.
57 : *P*¹.
58 : *P*¹.

---

1 Ceretum, Cerredo, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 43.
2 Fouçarmont, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 97.
3 Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.
4 Seu Valloriae, Valloires in Picardia, dioec. Ambianen., *OC*, 52.
5 Beaubec, in dioec. Rothomagen., *OC*, 96.
6 Bonport, in Normannia, dioec. Ebroicen., *OC*, 193.
7 Trasovares, in Aragonia, cit. in *ms. 925 Arsenal.*
8 Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
9 Escarpe, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 217.
10 Bonnevaux, in Delphinatu, *OC*, 7.
11 Franquevaux, in Languedocio, dioec. Nemausen., *OC*, 73.

et abbatem de Mansiade [1] committitur de Vallemagna [2] et de Leoncello [3] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

59 Inspectio abbatiae quae debet esse filia de Villari [4] quam vult fundare vir nobilis H[enricus] [5] dux Lotharingiae committitur de Camberone [6], de Alna [7] et de Grandiprato [8] abbatibus, qui pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, mittant illuc conventum de Villari, si viderint expedire, et quid inde, etc.

60 Inspectio abbatiae monialium quam illustris regina Franciae Blancha [9] petit associari Ordini nostro, committitur de Pruliaco[10] et de Sancto Portu[11] abbatibus, qui pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda recipiant et associent eam Ordini, non expectata ulterius licentia Capituli generalis, si viderint expedire, et quid inde, etc. ; et sit domus Cistercii filia specialis.

61 Inspectio abbatiarum videlicet domus Gaudii[12] et alterius[13] iuxta Cortratum in Flandria quam petit associari nostro Ordini comitissa Flandriae[14], committitur de Dunis[15], de Claromarisco[16] et de Capella[17] abbatibus, qui ad loca personaliter accedentes pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis pensanda sunt, eas [a] associent Ordini si viderint expedire, et sint filiae Claraevallis ; et quid inde, etc.

---

59 : *P*[1].
60 : *P*[1].
61 : *P*[1]. [a] eam : *ms*.

---

[1] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivarien., *OC*, 9.
[2] S. M. de Valmagne, in Languedocio, dioec. Montispessulan., *OC*, 138.
[3] Léoncel, in Delphinatu, dioec. Valentin., *OC*, 46.
[4] Villers-en-Brabant, in dioec. Mechlinien., *OC*, 87, anno seq. fundavit Locum S. Bernardi, in Belgio, *OC*, 240.
[5] Henricus II Magnanimus, Brabantiae dux, 1235, † 1248, *BB*, I, 2064.
[6] Cambron, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 113.
[7] Aulne, in dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[8] Grandpré, in dioec. Namurcen., *OC*, 234.
[9] Blancha de Castella, 1187 † 1252, *BB*, I, 610.
[10] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[11] Alias Barbellum, Barbeaux, *OC*, 111.
[12] Alias Ter Hagen, in civitate Gandaven., *GC*, V, 228.
[13] Speculum B. M. in Groeninghe, prope Cortracum, *GC*, III, 316.
[14] Ioanna de Constantinopoli dicta, † 1244, *BB*, II, 2549.
[15] Les Dunes, in Belgio, dioec. Brugen., *OC*, 51.
[16] Clairmarais, in Artesia, dioec. Atrebaten., *OC*, 59.
[17] Seu Thosan, Ter Doest, in dioec. Brugen., *OC*, 173.

Inspectio loci in quo vult fundare abbatiam nostri Ordinis dominus comes Bocoxae, committitur de Luca [1] et de Linda [2] abbatibus, qui ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, mittant illuc conventum de domo Sancti Georgii [3] si viderint expedire, non expectato ulterius mandato Capituli generalis, et quid inde, etc. **62**

Inspectio abbatiae monialium iuxta Nemosum [4] quam domina Blancha Franciae regina [5] nostro Ordini petit associari, de Pruliaco [6], de Sancto Portu [7] et de Vallibus de Sernay [8] abbatibus committitur, qui ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, eam associant Ordini si viderint expedire, et quid inde, etc. **63**

Inepectio abbatiae quam petit Ioannes abbas et conventus Albae coronae [9] nostro Ordini incorporari, committitur de Veterivilla[10], de Melereyo[11] et de Morolia[12] abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes diligenter inspiciant quae secundum formam Ordinis inspicienda sunt, salvo iure paternitatis, et quid inde, etc. **64**

Inspectio abbatiae quae vocatur Camera[13] in Zelandia quam petit associari nostro Ordini comitissa Flandrensis, committitur de Camberonc[14], de Dunis[15] et de Capella[16] abbatibus, qui ad **65**

---

62 : P^1.
63 : P^1.
64 : P^1.
65 : P^1.

---

[1] Seu potius Lukna, antiquum nomen abbatiae Wagroviecium, Wongrowitz, in dioec. Gneznen., *OC*, 72.
[2] Landa, Lad, in Polonia dioc. Gneznen., *OC*, 90.
[3] Vallis S. Georgii (?), Georgenthal, in dioec. Maguntin., *OC*, 67.
[4] Gaudium iuxta Nemosium, La Joie près Nemours, *OC*, XII, 245.
[5] Cf. supra stat. 60.
[6] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[7] Alias Barbellum, Barbeaux, in dioec. Melden., *OC*, 111.
[8] Vaux-de-Cernay, in dioec. Versalien., *OC*, 96.
[9] Blanche-Couronne, alias Dulcis Fons, O. S. B. in dioec. Nanneten., *GC*, XIV, 853 ; *OC*, XLVII.
[10] S. M. de la Vieuville, in dioec. Redonen., *OC*, 105.
[11] Mellereyum, Melleray, in dioec. Nanneten., *OC*, 85.
[12] Moroliae, Moureilles, in dioec. Rupellen., *OC*, 132.
[13] An agitur de Camera B. M. V. prope Bruxellas ? *GC*,V, 71 ; cf. supra ann. 1232, stat. 37.
[14] Cf. supra stat. 59.
[15] Cf. supra stat. 61.
[16] Cf. supra stat. 61.

locum personaliter accedentes, habita prae oculis illa sententia quae de monialibus in diffinitionibus Capituli generalis continetur, illam associent Ordini si viderint expedire, et sit filia Claraevallis, et quid inde, etc.

66 Inspectio abbatiarum monialium de Nazareth [1], de Valle Sancti Bernardi [2] et de Solismonte [3] quas petunt dominus Leodiensis episcopus [4] et dux Brabantiae [5] et comitissa Flandrensis associari Ordini, committitur de Villari [6] et de Valle Sancti Lamberti [7] et de Grandi prato [8] abbatibus, qui ad locum personaliter accedentes, habita prae oculis sententia quae de monialibus in diffinitionibus continetur, eas associent Ordini si viderint expedire ; abbatiae vero de Nazareth et de Valle Sancti Bernardi sint filiae Cistercii, et abbatia de Solismonte sit filia de Alna [9], et quid inde, etc.

67 Inspectio abbatiae iuxta Barram desuper Albam[10] quam petit associari Ordini Petrus miles de Ianicuria, committitur de Fonteneto[15], de Quintiaco[14] et de Albaripa[13] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes faciant secundum formam Ordinis quae viderint expedire, et quod inde, etc.

1237

1 Diffinitio [a] facta ne monachi visitatores a patre abbate missi in plenitudine potestatis, visitationes suas ultra triduum conti-

---

66 : *P*¹.
67 : *P*¹.
1 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] *P¹ incip.*: Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo septimo, acta sunt haec in Cistercio tempore Capituli generalis : Diffinitio...

---

[1] Prope Lyram, in Belgio, dioec. Mechlinien., *GC*, V, 151.
[2] In Brabantia, dioec. Mechlinien., *GC*, V, 85.
[3] Soleilmont, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *GC*, III, 608.
[4] Ioannes de Rumigny, Leod. episc. 1229-1238, *SE*, 249 ; *HC*, I, 301.
[5] Henricus II, 1235 - †1248, *BB*, I, 2064.
[6] Villers-en-Brabant, in dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[7] In Belgio, dioec. Leodien., *OC*, 207.
[8] Grandpré, in Belgio, dioec. Namurcen., *OC*, 234.
[9] Aulne, in Belgio, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[10] Vallis Vinearum, Val des Vignes en Bassigny, *GC*, IV, 656.
[11] Fontanetum, Fontenay, in dioec. Divionensi, *OC*, 8.
[12] Quincy, in dioec. Senonensi, *OC*, 27.
[13] Auberive, in dioec. Lingonensi, *OC*, 44.

nuum protelent, ita temperatur ut contra hoc venire abbates non praesumant, nisi grandi et inevitabili necessitate compulsi, et eamdem potestatem habeant missi in plenaria potestate, tam in instituendo, etc. [b], quam haberent patres abbates si ibi personaliter interessent.

Omnes abbates qui non servaverunt statutum Capituli generalis, videlicet de ieiunio conversorum et abstinentia vini, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et illis tribus diebus extra stallum abbatis. Qui vero publicare omiserint, sex diebus extra stallum abbatis, et nihilominus tribus peragant levem culpam. 2

Omnibus abbatibus qui non habent plusquam octo conversos indulgetur a Capitulo generali ut in coquinis suis tam in abbatiis quam alibi faciant, si voluerint, saeculares deservire, servata in omnibus in quantum poterunt [a] honestate. 3

Inhibetur auctoritate Capituli generalis ne de cetero abbatissae monialium seu etiam moniales [a] nostri Ordinis accedant personaliter ad Capitulum generale ; quae contra hoc venire praesumpserint, a die egressionis domus suae usque in diem ingressus in domos suas, a vino penitus abstineant universae. 4

Inhibetur auctoritate Capituli generalis ne de cetero conversi nostri [a] infra portas abbatiarum nostri Ordinis equitare praesumant ; qui hoc transgressus fuerit in capitulo verberetur, excepto Cistercio [b] tempore Capituli generalis [c]. 5

Sententia anno praeterito lata de ieiunio conversorum et de abstinentia vini, ita temperatur ut a prima dominica Adventus Domini usque ad Pascha a modo plenarie observetur. 6

Moniales Ordini nostro incorporatae nulli confiteantur nisi soli patri abbati, vel cui commiserit vices suas ; pater autem abbas visitator ita provideat, quod talibus committat de quibus [a] defectum non patiantur et unde non debeat scandalum provenire. 7

---

[b] etc. : *deest MP¹P¹⁰*.

2 : *P*¹.

3 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] poterit : *L*¹ ; potuerint : *P*¹.

4 : *D*¹ (*gall. ann.* 1235) *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] monialium : *L*².

5 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] nostri : *deest P*¹. [b] Cistercii : *M*. [c] *brevius apud L*¹ : Non licet conversis equitare infra portas abbatiarum Ordinis, excepto Cistercio tempore Cap. generalis.

6 : *L¹L²MP¹P¹⁰*.

7 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] et unde : *M* ; quibuscum : *P*¹.

8 Petitio [a] abbatis Sancti Remigii Remensis [1] exauditur in hunc modum, quod cum obitus eius nuntiatus fuerit Capitulo generali in unaquaque abbatia Ordinis nostri una missa pro defunctis celebrabitur, et omnibus bonis quae de cetero in Ordine nostro fient, associatur.

9 Petitio abbatis Claraevallis de clericis habendis Parisius [a] in cappis et tunicis albis [b] pro se et pro omnibus abbatibus aliis qui ibi eodem modo clericos habere voluerint, exauditur ; abbati autem Claraevallis ut ibi monachum et duos conversos habeat, qui clericis necessaria provideant, indulgetur [2].

10 Petitio Idelcensis [a] [3], Tornacensis [4] et Vinctoniensis [b] [5] episcoporum de duobus conversis et uno monacho secum habendis ad cohabitationem, exauditur.

11 Bonae memoriae Dunelmensi episcopo [6], quondam Saleberiensi decano, conceditur una missa pro defunctis a singulis sacerdotibus per Ordinem universum.

12 Pro domino rege Franciae [7] et regina uxore sua [8], et matre sua regina [9] et fratribus suis a singulis sacerdotibus una missa de sancta Maria per Ordinem universum.

13 Pro bonae memoriae domino Iohanne[10] quondam rege Ierosolimitano et uxore[11] eius quibus fuerat concessum plenarium servitium a Capitulo generali per universum Ordinem, persolvatur.

---

8 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Moniales : *P¹⁰*.
9 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Parisiis : *L¹P¹⁰*. [b] albis : *deest L²MP¹⁰*.
10 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Isdebelgis : *L¹*. [b] Wintoniensis : *L¹M*.
11 : *P¹*.
12 : *P¹*.
13 : *P¹*.

---

[1] Celebris abbatia O. S. B., *GC*, IX, 219.
[2] Haec sunt initia Collegii Sancti Bernardi Parisiensis.
[3] Conradus, Ildesemensis episc., 1221 resign. 1246, *SE*, 281 ; *HC*, I, 276.
[4] Gualterus Marvisius, episc. 1219-1251, *SE*, 251 ; *HC*, I, 489.
[5] Petrus de Rupibus, Wintoniensis episc., 1205-1238, *SE*, 198 ; *HC*, I, 529.
[6] Richardus Poor, Dunelmensis episc., 1228-1237, *SE*, 187 ; *HC*, I, 230.
[7] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.
[8] Margarita de Provincia, † 1295, *BB*, II, 3036.
[9] Blancha de Castella, † 1252, *BB*, I, 610.
[10] Ioannes I, † 23 martii 1237, *BB*, II, 2376.
[11] Maria de Monteferrato.

Petitio [a] domini Papae [1] et domini Stephani [2] cardinalis et aliorum cardinalium de ecclesia Sanctae Mariae de Palazaro [3] cum bonis suis unienda Ordini et abbatiae Sancti Anastasii [4] incorporando, secundum tenorem in litteris domini Papae generali Capitulo super hoc destinatis contentum, exauditur, ita tamen quod ibi regulariter vivant monachi in silentio et aliis observantiis secundum mores Ordinis Cisterciensis. 14

Petitio domini Papae pro quondam monasterio nostro incorporando Ordini quod aedificavit comitissa Cypri, et quod sit monasterium monialium [5], exauditur, et sit filia Cistercii specialis ; et inspectio loci illius abbati de Iubino [6] et si viderit ei expedire associet Ordini, non expectata ulterius licentia Capituli generalis ad informandam ibi religionem de diversis abbatiis liceat ei sicut comitissa petiit accipere moniales, et quid inde, etc. 15

Petitio domini Papae de abbatia monialium quae vocatur Amor Dei [7] in dioecesi Suessionensi Ordini nostro incorporanda exauditur, et, sicut in litteris domini Papae continetur, sit filia Claraevallis. 16

Petitio domini Renerii [8] de quodam monasterio [9] abbatiae Casaenovae [10] incorporando, eo modo quo petiit, exauditur. 17

Conceditur abbati de Firmitate auctoritate Capituli generalis ut pro discordia quae vertitur inter dominum patriarcham Antio- 18

---

14 : *L*¹*P*¹. [a] Ad petitionem domini Papae et multorum cardinalium, ecclesia S. M. de Palaraio unitur Ordini et abbatiae S. Anast. sit filia, secundum... : *L*¹.
15 : *P*¹.
16 : *P*¹.
17 : *P*¹.
18 : *P*¹.

---

[1] Gregorius IX, 1227-1241.
[2] Stephanus de Normandis, card., 1216, † 1254, *HC*, I, 4, 48, 44.
[3] S. M. de Palatiolis, Palazzuolo, in Campania romana et dioec. Albanen., *OC*, 244.
[4] SS. Vincentius et Anastasius, ad Aquas Salvias, prope Romam, *OC*, 62,
[5] Citatum sub nomine de Mercoria, in *ms. 925 Arsenal.*
[6] S. Georgius de Iubino, prope Antiochiam Syriae, *OC*, 217.
[7] L'amour-Dieu, *GC*, IX, 481.
[8] Rainerius Capoccius, ord. cist. card. diac. 1216-1250, *HC*, I, 4, 51.
[9] Incertum de quo agitur hic monasterio ; vide Janauschek dicta de monasteriis S. Spiritus de Semprone in regno Neapolitano, et S. Spiritus de Ocra in eodem regno, *OC*, 245. 248.
[10] In Aprutio ulteriore et dioec. Pennen., *OC*, 199.

chensem [1] et abbatiam filiam suam de Iubino [2], eat vel mittat ad curiam domini Papae et plenariam habeat potestatem ccmponendi et pacificandi de ea secundum quod sibi melius viderit expedire, ita tamen quod si casu aliquo dictam abbatiam ab Ordine separari numquam ad Ordinem redeat sine licentia et voluntate abbatis Firmitatis, et super hoc fiant litterae, si necesse fuerit, auctoritate Capituli generalis.

19 Petitio domini episcopi Pampilonensis [3] de introducendo conventum monachorum nostri Ordinis in monasterio [4] quod fuit monachorum nigrorum, per abbates de Oliva [5] et de Hyrantio [6] exauditur, et quid inde, etc.

20 Petitio abbatis Pontigniaci de faciendo anniversario bonae memoriae domini Stephani [7] quondam archiepiscopi Cantuariensis in Pontiniaco, exauditur a Capitulo generali.

21 Petitio abbatum Daciae, Suasciae, Norgeviae, de faciendo festo sancti Olani cum duodecim lectionibus in suis abbatiis tantum, exauditur.

22 Petitio abbatis Portae Coeli [8] in Suevia de transferenda abbatia monialium ad locum commodiorem, exauditur.

23 Petitio abbatis de Pratea [9] de facienda commemoratione sanctae Faustae in solemnitate ipsius in sua solum ecclesia, exauditur.

24 Petitio abbatis Fossaenovae[10] pro monacho Marmorsorrii[11] exauditur.

---

19 : *P*[1].
20 : *P*[1].
21 : *P*[1].
22 : *P*[1].
23 : *P*[1].
24 : *P*[1].

---

[1] Albertus Rizzato, 1226-1246, *SE*, 433 ; *HC*, I, 93.
[2] Cf. supra stat. 15.
[3] Petrus Ramirez de Piedrola, 1231-1238, *SE*, 62 ; *HC*, I, 387.
[4] Agitur hic forsan de monasterio S. Salvatoris de Leyra, in dioec. Pampilonen., *OC*, 258.
[5] La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119.
[6] Irancium, Iranzu, in Navarra, dioec. Pampilonen. ; *OC*, 176.
[7] Stephanus de Langton, Cantuar. archiep. et card. 1207-1228, *SE*, 183 ; *HC*, I, 163.
[8] Seu Thennenbach, in antiqua dioec. Constantien., *OC*, 142.
[9] La Prée, in dioec. Bituricen., *OC*, 86.
[10] Fossa nuova, in Campania romania, dioec. Terracinen., *OC*, 37.
[11] Marmosolium, Marmosoglio, in patrimonio S. Petri, dioec. Veliternen., *OC*, 156.

Petitio abbatis Bellimontis [1] de construenda abbatia in loco qui vocatur Pyrgae [2] exauditur, et sit filia Bellimontis, et committitur abbati de Iubino [3] qui ad locum personaliter accedens, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, conventum ibi mitti faciat, non expectata ulterius licentia Capituli generalis, et quid inde, etc. [a]. 25

Supplicatio domini Odonis qui rogavit pro domino Girardo milite iam defuncto, et supplicatio facta pro Petro domicello filio Odonis domini de Corbieres [a], et pro Erardo quondam domino de Chacenay [b], nec non et supplicationes quorumdam aliorum qui rogaverunt plures mortuos orationibus nostri Ordinis associari, exauditae sunt in hunc modum : conceditur eis participatio omnium bonorum quae in Ordine nostro de cetero fiant et associantur tribus missis, quae pro defunctis iniunguntur, et omnibus aliis quae praecipiuntur in Capitulo generali per Ordinem universum. 26

Petitio serenissimae dominae Blanchae [4] reginae Franciae de monialibus in diversis abbatiis accipiendis ad informandam abbatiam monialium [5] quam de novo facit aedificari, exauditur. 27

Petitio Bureti domicellae de construenda abbatia monialium in fundo suo qui vocatur Marcelleyum [6] exauditur, et mittatur conventus de Insula [7] Antissiodorensis, et sit filia Rigniaci. 28

Petitio viri nobilis de Anteric de incorporanda abbatia monialium de Roseto [8] Ordini nostro, exauditur in hunc modum quod 29

---

25 : P^1. [a] *Deinde, sub n° 26, P^1 statutum iam sub n° 8 citatum iterum repetit.*

26 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Corbares : *M.* [b] Chacennay : L^2 ; Chassenaii : *M.*

27 : P^1.

28 : P^1.

29 : P^1.

---

[1] Beaumont, in Syria, dioec. Tripolitan., *OC*, 139.

[2] Ignotum est apud Janauschek istud nomen ; forsan agitur hic de filia abbatia Bellimontis in suburbiis Nicosiae sita et sub nomine Belli Loci bene nota, *OC*, 238.

[3] Cf. supra stat. 15.

[4] Cf. supra stat. 12.

[5] Agitur hic de Maloduno (Maubuisson), celebri abbatia iuxta Pontisaram, alias Sancta Maria Regalis, *GC*, VII, 927.

[6] Marcilly, in dioec. Augustodunen., *GC*, IV, 502.

[7] Les Iles, *GC*, XII, 480.

[8] Rosaria, in dioec. Remen., *GC*, IX, 179.

inspectio illius loci committitur de Aurea valle [1] et de Kayerio [2] abbatibus qui, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, incorporent eam Ordini, si viderint expedire, et sit filia Claraevallis, et quid inde, etc.

30 Petitio abbatis de Lucela [3] de mutatione loci monialium Orti Dei [4] et quod ibi sorores duodecim relinquantur, exauditur ita quod de Wetinguch [5] et de Aurora [6] abbates ad locum personaliter accedentes, hanc petitionem confirment auctoritate Capituli generalis, si viderint expedire, et quid inde, etc.

31 Petitio dominae Mariae quondam Imperatricis [a] [7] de facienda quadam abbatia iuxta Helmont [8], exauditur ; dantur inspectores abbas Villariensis [9] et abbas de Loco Sancti Bernardi[10] qui ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, eam associent Ordini, si viderint expedire auctoritate Capituli generalis, et sit filia Cistercii.

32 Cum secundum Ordinis instituta nullus conversus, monachus fieri debeat a die petitionis ipsius factae in capitulo monachorum, auctoritate Capituli generalis praecipitur ut frater Lambertus quondam de Karoliloco[a] [11] conversus et in monachum nuper receptus, deposito habitu monachi infra XV dies emittatur et si postea [b] digne poenituerit potest [c] recipi in conversum.

33 Abbas Sancti Anastasii[12] qui non renuntiavit Capitulo generali de monachis moraturis in ecclesia Sanctae Mariae de Riethe[13]

---

30 : *P*¹.
31 : *P*¹. [a] Imperatrice : *ms.*
32 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Kariloci : *L*¹ ; Caroli-loco : *M.* [b] prius ea : *L*². [c] possit : *L*¹*P*¹.
33 : *P*¹.

---

[1] Orval, in dioec. Namurcen., in Belgio, *OC*, 23.
[2] Caherium, Chéri, in dioec. Remen., *OC*, 107.
[3] Lucelle, in dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[4] Seu Olsberg, in Helvetia, dioec. Basileen., *TB*, II, 2178 ; *SM*, XXXVII, 32.
[5] Wettingen, seu Maris Stella, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 230.
[6] Seu Frienisberg, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 51.
[7] Uxor Ottonis IV († 1218), filia Henrici I, Brabantiae ducis, † 1260, *BB*, II, 3065.
[8] Binderen, Bindrium quod et Locus Imperatricis dicitur, *GC*, V, 409.
[9] Villers-en-Brabant, in Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[10] In Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 240.
[11] Châlis, in Insula Franciae, dioec. Bellovacen., *OC*, 44.
[12] SS. Vincentius et Anastasius, prope Romam, *OC*, 62.
[13] Cf. supra ann. 1236, stat. 15.

ad preces domini Gaufridi cardinalis [1], poenam peragat super hoc a generali Capitulo constitutam.

Abbas de Rocca amatoris [2] qui non renuntiavit utrum fecerit sibi penitentiam a Capitulo generali inflictam, poenam sustineat super hoc in Usibus constitutam ; abbas de Matina [3] hoc ei denuntiet. **34**

Abbas de Floridocampo [4] qui hoc anno non venit ad Capitulum generale nec se excusavit, poenam peragat super hoc in Usibus constitutam ; abbas de Sancto Bernardo [5] hoc ei denuntiet. **35**

Abbas de Ferraria [6] qui iam duobus annis ad Capitulum generale nec venit nec se excusavit, poenam faciat de talibus super hoc in Usibus constitutam ; abbas de Scala Dei [7] hoc ei denuntiet. **36**

Abbas de Cruce [8] qui non venit hoc anno ad Capitulum generale et venire deberet, poenam peragat de talibus super hoc in Usibus constitutam ; abbas de Villegrande [9] hoc ei denuntiet. **37**

Abbas de Gondonio[10], qui hoc anno non venit ad Capitulum generale, poenitentiam faciat super hoc in Usibus constitutam ; abbas de Paregniaco[11] hoc ei denuntiet. **38**

Petitio cantoris Quinensis[12] qui vult fundare quoddam monasterium Ordinis exauditur in hunc modum : quod illius loci inspectio de Colbas[13] et de Hylda[14] abbatibus committitur, qui ad **39**

---

34 : *P*¹.
35 : *P*¹.
36 : *P*¹.
37 : *P*¹.
38 : *P*¹.
39 : *P*¹.

---

[1] Gaufridus Castillionaeus, card. postea Coelestinus papa IV, † 1241, *HC*, I, 6.
[2] Roccamadore, in Sicilia, dioec. Messanen., *OC*, 196.
[3] In Calabria citeriore, dioec. S. Marci, *OC*, 179.
[4] Bloomkamp, in Frisia, dioec. Leovardien., *OC*, 194.
[5] S. Bernardus in Adwert, prope Bolswardiam, in Frisia, dioec. Monasterien., *OC*, 194.
[6] Seu Herrera, in Veteri Castella, dioec. Calaguritan., *OC*, 163.
[7] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[8] Heiligenkreuz, in Austria, dioec. Vindobonen., *OC*, 36.
[9] Welehradum, Welehrad, Willegrad, in Moravia, dioec. Olomucen., *OC*, 211.
[10] Gondon, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 11.
[11] Payriniacum, Pérignac, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 130.
[12] Leg. fors. Gnesnensis, cuius ecclesiae canonicus, Sandivoius nomine, fundator extitit abbatiae Obrae, in dioec. Poznanien., *OC*, 241.
[13] Mera Vallis, seu Colbaz, in Pomerania, dioec. Caminen., *OC*, 170.
[14] Hilda, Eldena, in Pomerania, dioec. Caminen., *OC*, 203.

locum personaliter accedentes, quod invenerint, sequenti anno renuntient, etc.

40 Abbati de Caduino [1] iniungitur ut in locum Sancti Marcelli [2] infra sequens Capitulum abbatem et conventum ponat, alioquin in grangiam redigatur, et quid inde, etc.

41 Abbati de Melona [3] conceditur ut usque ad quinquennium in capella pro qua veniam petiit per aliquos monachorum suorum faciat deserviri.

42 Monachi vel conversi de Insula Barri [4] eiecti per nuntios Capituli generalis nullatenus revocentur [a], nisi de mandato speciali Capituli generalis et quemadmodum nuntii Capituli statuerunt.

43 Paternitas abbatiae de Thesauro [a] Beatae Mariae [5] abbati de Valle Sernai [6] conceditur et iniungitur a Capitulo generali.

44 Conceditur abbati de Mathyna [a] [7] ut possit habitare in domo Sambucinae [8] per totam aestatem.

45 Abbati Bonifontis [9] et abbati de Scarpio [10] iniungitur ut iterum in negotio de Lavaxio [11] procedant secundum quod eis fuerat iniunctum anno praeterito a Capitulo generali, et quid inde, etc.

46 Omnibus abbatibus habentibus redditus in Ledone iniungitur ut omnes simul [a] duos constituant procuratores, abbatem scilicet de Balerna [12] et abbatem de Miratorio [13], ita quod nullus eorum sine altero possit componere, et quod illi duo expenderint in expeditionem dictorum negotiorum de communi, secundum quod

40 : *P*¹.
41 : *P*¹.
42 : *P*¹. [a] revocetur : *ms*.
43 : *L*²*P*¹*P*¹⁰. [a] Thessexauro : *P*¹ ; Texauro : *P*¹⁰.
44 : *P*¹. [a] *ms. add.* : adm. (?).
45 : *P*¹.
46 : *L*²*P*¹*P*¹⁰. [a] semel : *L*²*P*¹⁰.

[1] Cadouin, in dioec. Petragorioen., *OC*, 7.
[2] In Gallia, dioec. Caturcen., *OC*, 172.
[3] De Melone, in Gallecia, dioec. Tuden., *OC*, 69.
[4] L'Isle-en-Barrois, in dioec. Nanceien., *OC*, 126.
[5] Le Trésor, in dioec. Rothomagen., *GC*, XI, 325.
[6] Vaux-de-Cernai, in dioec. Versalien,. *OC*, 96.
[7] In Calabria citeriore, dioec. S. Marci, *OC*, 179.
[8] In Calabria, dioec. Bisinianen., *OC*, 143.
[9] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[10] Escarpe, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 217.
[11] Labaciae, La Baix, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 227.
[12] Balerne, in Burgundia, dioec. S. Claudii, *OC*, 41.
[13] Le Miroir, in dioec. Aeduen., *OC*, 20.

unusquisque habet ibi plus vel minus, persolvatur ; litterae autem, si necessariae fuerint expedientibus hoc negotium, fiant eis auctoritate Capituli generalis ; dominus autem Cistercii huic necessitati se non submittat [b].

Quoniam de Colle Victoriae [1] et de Buellio [2], de Sameria [3] et de Kyrie eleison [4] abbates ad Capitulum generale non venerunt, nec se legitime excusaverunt poenam peragant in Usibus constitutam ; abbas de Flumine Dei [5] hoc eis denuntiet. 47

Auctoritate Capituli generalis, de Reth [6] et de Sancto Leonardo [7] abbatibus iniungitur ut per dioecesanum procurent quod dominus Mansiaci reddat quinquaginta solidos annui redditus generali Capitulo, sicut antea fieri consuevit. 48

Benefactoribus eorum qui conversi sunt a iudaismo, ad petitionem Prioris provincialis in Francia, conceditur participatio omnium bonorum quae fiunt, et de cetero in Ordine nostro fient ; et fiant inde litterae. 49

Inspectio abbatiae de Lesines [a] [8] quam petit associari Ordini nostro vir venerabilis episcopus Lingonensis [9], de Fonteneto[10] et de Rigniaco[11] abbatibus committitur [b], qui ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, quid invenerint anno sequenti renuntient Capitulo generali. 50

Inspectio abbatiae[12] monachorum nigrorum iuxta Mediolanum 51

---

[b] submittit : P^1P^{10}.
47 : P^1.
48 : P^1.
49 : $L^2MP^1P^{10}$.
50 : L^1P^1. [a] Lezines : L^1. [b] *hic desin.* L^1.
51 : P^1.

---

[1] Seu Knockmoy, in Hibernia, dioec. Tuamen., *OC*, 192.
[2] Boyle, in Hibernia, dioec. Elphinen., *OC*, 113.
[3] Samarium, seu Astrath, in Hibernia, dioec. Rapoten., *OC*, 177.
[4] Seu Odorney, in Hibernia, dioec. Artferten., *OC*, 137.
[5] Seu Kilbeggan, in Hibernia, dioec. Miden., *OC*, 205.
[6] N.-D. de l'Ile de Ré, in dioec. Santonen., *OC*, 139.
[7] St-Léonard des Chaumes, in dioec. Rupellen., *OC*, 156.
[8] Caritas, La Charité-lez-Lézines, in dioec. Lingonen., parthenon cist. deinde (1432) abbatia virorum, *GC*, IV, 847 ; *OC*, 275.
[9] Robertus de Torote, deinde Leodium transl., *SE*, 558 ; *HC*, I, 307.
[10] Fontenay, in dioec. Divionen., *OC*, 8.
[11] Rigny, in dioec. Senonen., *OC*, 15.
[12] SS. Trinitas de Capite Lacus, *OC*, 240.

quam petit incorporari Ordini nostro abbas de Caravalle [1], committitur de Colomba [2] et Ripalta [3] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, associent Ordini si viderint expedire, non expectata ulterius licentia generalis Capituli, et quid inde, etc.

52 Inspectio loci in quo dominus Matheus de Koe petit aedificare monasterium monialium [4], de Balanciis [5] et de Carocampo [6] abbatibus committitur qui ad locum personaliter accedentes pensatis omnibus quae in libro retractationum de monialibus continentur, mittant illuc conventum non expectato ulterius Capituli generalis mandato, si viderint expedire, et sit filia Cistercii si potest fieri sine praeiudicio abbatiae Ursicampi [7], et quid inde, etc.

53 Inspectio duorum monasteriorum scilicet Vallis gratiae [8] et Vallis Sanctae Crucis [9] quae petit episcopus Herbipolensis [10] incorporari Ordini nostro, de Bildeusa [11] et de Brunebal [12] abbatibus committitur qui ad locum personaliter accedentes, consideratis omnibus quae secundum formam Ordinis consideranda sunt, associent ea Ordini si viderint expedire et sint patres illorum monasteriorum, et quid inde, etc.

54 Transalatio abbatiae de Spys [13] ad locum qui vocatur de Luchanche committitur abbati Morimundi ut auctoritate Capituli generalis ibi faciat quod viderit faciendum in plenaria potestate, et quid inde, etc.

---

52 : *P*[1].
53 : *P*[1].
54 : *P*[1].

---

[1] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[2] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[3] In Pedemontio, dioec. Derthonen., *OC*, 180.
[4] Monchiacum, Mouchy, in dioec. Bellovacen., *GC*, IX, 847.
[5] Seu Valloriae, Valloires, in Picardia, dioec. Ambianen., *OC*, 52.
[6] Cercamp, in Artesia, dioec. Atrebaten., *OC*, 66.
[7] Ourscamp, in dioec. Bellovacen., *OC*, 17.
[8] Gnadental, *TB*, I, 1311 ; *SM*, XXXVII, 14.
[9] Heiligkreuztal, *TB*, I, 1404 ; *SM*, XXXVII, 17.
[10] Hermannus de Lobdenburg, 1225-1254, *SE*, 324 ; *HC*, I, 273.
[11] Bildhusa, in Bavaria, dioec. Herbipolensi, *OC*, 140.
[12] Brunnbacum, Bronnbach, in magno ducatu Baden., *OC*, 128.
[13] Szepes, S. M. de Scepusio, in Hungaria, dioec. Strigonien., *OC*, 225.

Correctio et reformatio de Scedelis [1] de qua clamosa insinuatio ad aures Capituli generalis devenit, committitur de Sichemen [2] et de Walquarede [3], qui ad domum illam personaliter accedentes auctoritate Capituli generalis in plenaria potestate corrigant et reforment quae corrigenda et reformanda invenerint, tam in capite quam in membris, et quid inde, etc. 55

Inspectio abbatiae de Pernello [4] committitur de Tyleto [5] et de Stapharda [6] abbatibus a Capitulo generali qui, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, associent eam Ordini si viderint expedire, et sit filia Ripaealtae [7], et quid inde, etc. 56

Correctio et reformatio abbatiae Cobas [8] de qua clamosa insinuatio venit ad Capitulum generale abbati de Herynado [9] committitur, qui assumpto secum aliquo abbate Ordinis nostri ad locum personaliter accedat et tam in capite quam in membris, quae correctione digna repererit, corrigat et reformet in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc. 57

Inspectio monasterii monialium Sanctae Mariae de Valle Donsoll [10] quam dominus Papa nostro Ordini petit incorporari, de Sanctis Crucibus [11] et de Populeto [12] abbatibus committitur ut ad locum personaliter accedentes, pensent omnia quae secundum formam Ordinis sunt pensanda et quid inde, etc. 58

Inspectio abbatiae monialium de Lingi [13] quam dominus Leodiensis nostro Ordini petit incorporari, de Valle Sancti Lam- 59

55 : P^1.
56 : P^1.
57 : P^1.
58 : P^1.
59 : P^1.

[1] Sedlecium, Sedlec, in Bohemia, dioec. Pragen., *OC*, 78.
[2] Sichemium, Sittichenbach, in dioec. Halberstaden., *OC*, 63.
[3] Volkenrode, in dioec. Maguntin., *OC*, 21.
[4] Preallum, del Preallo, in Liguria et dioec. Januen., *OC*, 241.
[5] Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquen., *OC*, 9.
[6] Stafarda, in Pedemontio, dioec. Salutien., *OC*, 36.
[7] In Pedemontio, dioec. Derthonen., *OC*, 180.
[8] Colbaz, Mera Vallis, in dioec. Caminen., *OC*, 170.
[9] Herivadum, Herrevad, in dioec. Lunden., Daniae, *OC*, 80.
[10] Valldoncella, prope Barcinonam, in Hispania.
[11] Santas Creus, in Catalaunia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.
[12] Poblet, in Catalaunia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.
[13] Vallis virginum, prope Linter, in Brabantia, dioec. Mechlinien., *GC*, V, 76.

berti [1] et de Grandi prato [2] abbatibus committitur qui, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, associent eam Ordini si viderint expedire, non expectata ulterius licentia Capituli generalis, et quid inde, etc. Et sit filia de Alna [3].

60 Inspectio abbatiae monialium quae vocatur Sifristorf [4] quam nostro Ordini regina Boemiae petit associari, de Sichem [5] et de Oceth [6] abbatibus committitur a Capitulo generali, ut ad locum personaliter accedentes pensent omnia quae secundum formam Ordinis sunt pensanda et associent eam Ordini si viderint expedire, et sit filia abbatiae Cellensis [7], et quid inde, etc.

61 Correctio et reformatio abbatiae de Ferraria [8] in Hispania, de qua clamosa insinuatio venit ad Capitulum generale, abbati de Scala Dei [9] committitur ut assumpto secum aliquo abbate Ordinis nostri ad locum personaliter accedat, et quaecumque ibi repererit corrigenda, tam in capite quam in membris diligenter corrigat in plenaria potestate, et quid inde, etc.

62 Inspectio loci qui vocatur Cella Sancti Bernardi[10], in quo petit abbatiam nostri Ordinis fundari abbas de Oceth[11], et conventum transmitti, non expectata licentia Capituli generalis, de Gradis[12] et de Sedelis[13] abbatibus committitur ut ad locum personaliter accedentes pensent omnia quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, et statuant fieri quod decreverint faciendum auctoritate Capituli generalis in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

63 Inspectio abbatiae monialium quae vocatur Vallis Sancti Tru-

---

60 : *P*[1].
61 : *P*[1].
62 : *P*[1].
63 : *P*[1].

---

[1] In Belgio, dioec. Leodien., *OC*, 207.
[2] Grandpré, in Belgio, dioec. Namurcen., *OC*, 234.
[3] Aulne, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[4] Sic citatum in *ms. 925 Arsenal.*
[5] Sichemium, Sittichenbach, in dioec. Halberstaden., *OC*, 63.
[6] Ossecum, Ossegg, in Bohemia, dioec. Litomericen., *OC*, 197.
[7] Vetus cella, Altzelle, in marchia et dioec. Misnen., *OC*, 171.
[8] Seu Herrera, in Veteri Castella, dioec. Calaguritan., *OC*, 163.
[9] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[10] Deinde eius nomen fuit Fons S. Mariae in Saar, in dioec. Brunnen.,*OC*, 248.
[11] Cf. supra stat. 60.
[12] Gradicium Hradišt, in Bohemia, dioec. Litomericen., *OC*, 175.
[13] Sedlecium Sedlec, in Bohemia, dioec. Pragen., *OC*, 78.

donis [1] quam nostro Ordini comes de Loz petit associari, de Valle Sancti Lamberti [2] et de Villari [3] abbatibus committitur ut ad locum personaliter accedentes, pensent omnia quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, ipsam associent Ordini si viderint expedire, et sit filia Cistercii, et quid inde, etc.

Inspectio abbatiae monialium quae vocatur Aula Beatae Virginis [4] quam nostro Ordini associari petit vir venerabilis Dei gratia episcopus Leodiensis [5], de Valle Dei [6] et de Alna [7] abbatibus committitur a Capitulo generali ut ad locum personaliter accedentes, pensent omnia quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, et dictam abbatiam associent Ordini nostro, si viderint expedire, et sit filia Claraevallis, et quid inde, etc. **64**

Inspectio abbatiae quae vocatur Mons Sanctae Mariae [8] quam nostro Ordini vir nobilis dux Lotharingiae petit associari, de Balanciis [9] et de Camberone [10] abbatibus committitur a Capitulo generali ut ad locum personaliter accedentes, pensent omnia quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, associent eam si viderint expedire, et quid inde, etc. **65**

Conversi Grandisylvae [11] qui sceleratas manus violentas mittentibus in dictae domus abbatem et socios eius abbates concitaverunt auxilium suum verbo vel opere imponendo eisdem, et hii etiam qui interfuerunt fractioni cellarii, tamquam conspiratores ad domos alias emittantur et poenam sine aliqua diminutione in Usibus conspiratoribus indictam patiantur; omnia alia dictum negotium tangentia domino Aginensi [12], de Scala **66**

64 : *P*¹.
65 : *P*¹.
66 : *P*¹.

[1] Seu Ter Beeck, in Belgio, dioec. Leodien., *GC*, III, 1031.
[2] Cf. supra stat. 59.
[3] Villers-en-Brabant, in Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[4] Forsan agitur hic de monasterio in paroecia Rothem fundato, *GC*, V, 86.
[5] Ioannes de Rumigny, 1229-1238, *SE*, 249; *HC*, I, 301.
[6] Val-Dieu, in dioec. Leodien., *OC*, 179.
[7] Cf. supra stat. 59.
[8] Monsaureus prope Wevelghemium in Belgio; *GC*, III, 309.
[9] Seu Valloriae, Valloires, in Picardia, dioec. Ambianen., *OC*, 52.
[10] Cambron, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 113.
[11] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
[12] Arnaldus de Galard, Agennen. episc. 1235... (?), *SE*, 479; *HC*, I, 77.

Dei [1], de Bonofonte [2] et de Prigniaco [3] abbatibus committitur auctoritate Capituli generalis in plenaria potestate, ut ad locum personaliter accedentes, inquirant quae fuerint inquirenda, ordinent, statuant et reforment quae viderint ordinanda, statuenda et reformanda, nihil de contingentibus omittentes. Insuper, et si viri venerabiles dominus Legatus Albigensis, dominus episcopus Tolosanus [4], nec non et vir nobilis comes Tolosae, cum humiliate et modestia qua decet requisiti, de conversis malefactoribus ac rebellibus congruum remedium adhibere voluerint ut decet et prout exegerit negotium supra dictum, dispergendi conventum dictae domus si viderint expedire liberam habeant facultatem et circa principales actores possint manus aggravare pro ut videri, et haec usque ad Nativitatem Domini compleantur.

67 Querela domini abbatis Cistercii contra abbatem de Macennaria [5] quae ad praesens plene non potuit definiri, Ursicampi [6], Quinciaci [7] et Longipontis [8] abbatibus committitur, qui ad dominum Gauch[erum] [9] quondam abbatem Cistercii personaliter accedentesuna cum dicto abbate de Macennaria, inquirant diligenter nihil de contingentibus omittentes, utrum licentialiter dictum abbatem quondam monachum Cistercii quod reciperet abbatiam, si ad eam regulariter vocaretur et quod frater Stephanus socius eius iniungeret ei de recipiendo, et audita ipsius responsione deliberatione praehabita diligenti circa [a] dictum abbatem de Macennaria, infirmando vel confirmando faciant auctoritate Capituli generalis in plenaria potestate, quod secundum formam Ordinis viderint faciendum ibidem, et quod inde, etc., nisi ex probabili causa negotium suspendi oporteat.

---

67 : *L*¹*P*¹*P*¹⁰. [a] cura : *P*¹⁰.

---

[1] Cf. supra stat. 61.
[2] Bonnefort, in Vasconia dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[3] Payriniacum, Peyrignac, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 130.
[4] Raimundus de Felgar, 1232-1270, *SE*, 638 ; *HC*, I, 488.
[5] Maceiradam, in Lusitania, dioec. Visen., *OC*, 187.
[6] Ourscamp, in dioec. Bellovacen., *OC*, 17.
[7] Quincy, in dioec. Senonen., *OC*, 27.
[8] Longpont, in Picardia, dioec. Suessionen., *OC*, 22.
[9] Iuxta Manrique, *Annales Cist.*, t. I, 477, Guillelmus III fuit abbas Cistercii anno 1227, cessit circa annum 1237, atque ad suam Claramvallem reversus est, non multo post ibidem consummandus ; vero *Gallia christiana*, t. IV, 992, notat Gualterum seu Galcherum de Ochies, abbatem Cistercii ab anno 1219 usque 1235 circiter.

Querela abbatis de Valle Sancti Lamberti [1] et de Rameya [2] **68**
iterum committitur de Alna [3], de Villari [4] et de Valle Dei [5] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

Querimonia de conversis et servientibus quam Theutonici ad **69**
Capitulum generale detulerunt de iniuria in domo de Theoloco [6] servientibus suis facta abbati Clarifontis committitur, qui ad locum personaliter accedens auctoritate Capituli generalis corrigat quod invenerit corrigendum, et quid inde, etc.

Querela abbatis Trium Fontium [7] et dominae de Damperre, **70**
de Aureavalle [8] et de Bellencuria [9] abbatibus committitur, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

Querela quae vertitur inter praepositum de Nivella[10] et inter **71**
abbatissam et conventum de Anneria[11], committitur Fosniacensi [12], Camberonensi[13] et de Villari[14] abbatibus, qui pro posse pacem inter eos reforment, et quid inde, etc.

Querela abbatis de Stallana[15] iuxta Scestriam contra abbatem **72**
Miraevallis[16] committitur de Rupe[17],de Sallaya[17] et de Kriquetal[19]

---

68 : P^1.
69 : P^1.
70 : P^1.
71 : P^1.
72 : P^1.

---

[1] Cf. supra stat. 59.
[2] Ramège, seu La Ramée, abbatia monialium cist. in Brabantia, dioec. Mechlinien., *GC*, III, 604.
[3] Cf. supra stat. 59.
[4] Cf. supra stat. 63.
[5] Cf. supra stat. 64.
[6] Tulley, in dioec. Bisuntinensi, *OC*, 19.
[7] Trois-Fontaines, in dioec. Catalaunen., *OC*, 6.
[8] Orval, in Belgio, dioec. Namurcen., *OC*, 23.
[9] Boulancourt, in dioec. Trecen., *OC*, 118.
[10] Nivialla, Nivigella, Niella, Nivelles, in Brabantia, ubi extabat celebris abbatia monialium O. S. B. *GC*, III, 575.
[11] Leg. fors. Aquiria, Aywières, abbatia monialium cist. in Brabantia, *GC*, III 603.
[12] Fusniacum, Foigny, in dioec. Laudunen., *OC*, 10.
[13] Cf. supra stat. 65.
[14] Cf. supra stat. 63.
[15] Stanleia in Arderna, Stoneley, in dioec. Wigornien., *OC*, 137.
[16] Mereval, in Anglia, dioec. Wigornien., *OC*, 114.
[17] Roche Abbey, in dioec. Eboracen,. *OC*, 95.
[18] Sawley, in dioec. Eboracen., *OC*, 109.
[19] Kirkstall, in dioec. Eboracen., *OC*, 93.

abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas de Cumba [1] hoc eis denuntiet.

73 Querela abbatis de Reth [2] contra abbatem de Castellariis [3], de Trizaeyo [4] et de Sancto Leonardo [5] abbatibus committitur pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

74 Querela abbatis de Valle Dei [6] contra abbatem de Gerondone [7], de Resvebi [8], de Krikestec [9] et de Santere[10] abbatibus committitur pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

75 Querela abbatis de Petra fertili[11] contra abbatem de Colle Victoriae[12], committitur de Mellifonte [13], de Valle salutis[14] et de Geriponte[15] abbatibus, pace vel iudicio terminanda et quid inde, etc.

76 Querela quae vertitur inter abbatem Cellensem[16] ex una parte et comitem Senensem ex altera, de Herehuse[17] et de Hesterbac[18] et de Famelisborne[19] abbatibus committitur a Capitulo generali pace vel iudicio terminanda, salvis iuribus utriusque partis, et quid inde, etc.

77 Querela abbatis et conventus de Crista[20] contra abbatissam

---

73 : P^1.
74 : P^1.
75 : P^1.
76 : P^1.
77 : P^1.

---

[1] Combe Abbey, in dioec. Conventren., *OC*, 121.
[2] N.-D. de l'Ile de Ré, in dioec. Santonen., *OC*, 139.
[3] N.-D. des Châtelliers, in dioec. Pictavien., *OC*, 150.
[4] Trisagium, Trisay, in dioec. Lucionen., *OC*, 85.
[5] S.-Léonard-des-Chaumes, in dioec. Rupellen., *OC*, 156.
[6] Seu Glandy, in Hibernia, dioec. Ossorien., *OC*, 184.
[7] Geroldonia, Garendon, in dioec. Conventren., *OC*, 30.
[8] Revesby, in dioec. Lincolnien., *OC*, 76.
[9] Kirksted, in dioec. Lincolnien., *OC*, 55.
[10] Sawtre, Saltrey, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[11] Seu Abbey of Corcumroe, in Hibernia, dioec. Finaboren., *OC*, 199.
[12] Seu Knockmoy, in Hibernia, dioec. Tuamen., *OC*, 192.
[13] In Hibernia, dioec. Armacan., *OC*, 70.
[14] Seu Baltinglas, in Hibernia, dioec. Leighlinien., *OC*, 114.
[15] Jeripons, Jerpoint, in Hibernia, dioec. Ossorien., *OC*, 180.
[16] Vetus Cella, Altzelle, in dioec. Misnen., *OC*, 171.
[17] Hardehausen, in Westphalia, dioec. Padeburnen., *OC*, 60.
[18] Heisterbach, seu Vallis S. Petri, in dioec. Colonien., *OC*, 189.
[19] Amelunxborn, in dioec. Hildeshemien., *OC*, 38.
[20] La Creste, in dioec. Lingonen., *OC*, 10.

et conventum monialium de Benedicta valle [1] iuxta Rinellum, de Longovado [2] et de Clarofonte [3] abbatibus committitur a Capitulo generali in plenaria potestate, ut ad locum personaliter accedentes, audiant et inquirant quae fuerint audienda et inquirenda, et pace vel iudicio terminent causam secundum quod viderint expedire, et quid inde, etc.

1238

Iniungitur [a] auctoritate Capitulis generalis ut Eucharistia in 1
cunctis domibus Ordinis nostri sub clavi et bona sera [b] conservatur.

Pro [a] devotione beatorum Benedicti et Bernardi, quibus 2
speciali [b] prerogativa tenetur Ordo noster, praecipitur ut de cetero in omnibus abbatiis Ordinis nostri post commemorationem Virginis [c] gloriosae fiant commemorationes eorum tantummodo in laudibus et in vesperis [d], de sancto Benedicto ad vesperas antiphona : *Sanctissime confessor,* ad laudes : *Fuit vir vitae,* versus : *Amavit eum,* collecta : *Excita, Domine, in ecclesia tua,* etc. ; de beato Bernardo ad vesperas antiphona : *Beatus Bernardus ab infantia,* etc., ad laudes antiphona : *Consurgens diluculo,* versus : *Ora pro nobis beate Bernarde,* collecta : *Perfice, quaesumus Domine.* Quoties commemoratio Beatae Mariae intermittitur, toties dictorum sanctorum commemoratio non dicatur, nec in horis Beatae Mariae Virginis a modo ipsorum commemorationem facere aliquis teneatur.

Sigilla abbatum cedentium [a] vel decedentium sub tanta dili- 3
gentia custodiantur, quod nullum possit inde periculum provenire.

---

1 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] P^1 *incip.* : Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo octavo edita sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis : Iniungitur... [b] sarra : P^{10}.

2 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Prae : MP^1. [b] quadam : L^1. [c] Mariae : L^1. [d] *sic desin.* L^1.

3 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] decedentium vel : *M*.

---

[1] Benoite-Vaux, in dioec. Tullen., *GC*, XIII, 1068.

[2] Longuay, in dioec. Lingonen., *OC*, 118.

[3] Clairefontaine, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 24.

4 Per diffinitionem factam anno praeterito, in qua continetur de missione monachorum a patre abbate missorum in plenitudine potestatis, diffinitioni scriptae in 7[a] distinctione, capitulo 9°, videlicet quod illa plenitudo pertinet ad solos abbates, nullo modo derogatur, nec [a] monachi de cetero visitatores faciant se vocari.

5 Sententia de ieiunio [a] conversorum et abstinentia vini in locis illis, in quibus de consuetudine antiqua vino uti consueverant [b] prius edita, ex causis rationabilibus [c] dispensative relaxatur, ita tamen quod in omnibus domibus, in quibus occasione dictae sententiae sunt conspirationes vel scandala notabilia, nullus recipiatur in conversum usque ad quinquennium, nec deinceps absque nutu Capituli generalis.

6 Quoniam modus subventionis quem [a] quidam fieri voluerunt [b] contra Charitatis Chartam et antiquam Ordinis libertatem, multorum animos perturbavit, districte inhibetur auctoritate Capituli generalis ne tale quid in posterum attentetur, nec alicui liceat super subventione [c] huiusmodi pecuniaria alicui personae, quae non sit de nostro Ordine, supplicare, sed si forte Cistercio aut alicui alii abbatiae nostri Ordinis generale Capitulum subvenire decreverit, iuxta verbum Apostoli, non necessitate sed mera liberalitate, prout unusquisque destinaverit in corde suo, faciat, ita quod semper sit gratia in principio, in medio et in fine.

7 Pro pace et unitate Ordinis indissolubiliter in perpetuum conservanda districtissime inhibetur a Capitulo generali, ne aliquis abbas vel quicumque alius [a] de Ordine nostro, nisi forte fuerit [b] fugitivus, licet etiam excommunicatus sit, repellatur aut excludatur ad ingressu abbatiarum seu aliorum quorumcumque locorum Ordinis nostri ; abbas qui contra fecerit, vel fieri procuraverit, absque retractatione a patre abbate vel a generali Capitulo deponatur ; monachus vero vel conversus qui simili modo transgressus fuerit, sententiae conspiratorum per omnia subiacebit ; abbas autem illuc intrare volens, si forte [c] excommunicatus fuerit, infra in loco congruo honeste [d] seorsum ad communionem temporalium admittatur.

---

4 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] ne : *M*.

5 : $L^1L^2MP^1P^{19}$. [a] ieiuniis : P^{19}. [b] consueverat : L^1. [c] mobilibus : L^1.

6 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] quam : L^1. [b] voluerant : L^1. [c] subventionem pecuniariam : L^1.

7 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] abbas : P^{10}. [b] sit : L^1. [c] forte : *deest* P^{10}. [d] honesto : *M*.

Inhibetur auctoritate Capituli generalis ne aliquis in priorem vel cellerarium quemquam audeat promovere in fraudem, quod in alia domo promoveri non valeat in abbatem. 8

Sententias suspensionis et interdicti a I[acobo] [a] quondam abbate Cistercii [b] in abbatem et conventum Karoliloci [c] latas Capitulum generale definiendo pronuntiat esse nullas, cum nullus pater abbas iurisdictionem habeat nisi in propriis [d] filiabus. Districte vero prohibetur omnibus patribus abbatibus auctoritate Capituli generalis ne de cetero propria auctoritate sententiare praesumant nisi in personas abbatiarum quae sunt [e] suae filiae immediatae, et hoc modo debito et secundum Ordinis instituta. 9

Inhibetur auctoritate Capituli generalis ne dominae nobiles et aliae mulieres in claustris vel infirmitoriis monialium pernoctare de cetero permittantur. 10

Pro domino rege Francorum [1] et regina matre [2], ipsius regis quoque uxore [3], et fratribus ipsius ; pro domino rege Hungariae [4] atque regina, pro [comitissa] Boloniae et filia eius, dicatur una missa de Spiritu Sancto a singulis sacerdotibus per Ordinem universum, cui missae associetur venerabilis episcopus Pictaviensis [5]. 11

Petitio domini Renerii [a] [6] cardinalis, qui tam devotus amator et defensor est Ordinis, de anniversario ipsius per Ordinem universum faciendo post eius obitum, exauditur. 12

Bonae memoriae Hyldeburgensis reginae Aurel[ianensis] sicut concessum fuerat eidem a Capitulo generali, anniversario viri sui regis Richardi, quod fit per totum Ordinem pridie idus iulii, societur. 13

---

8 : *P*¹.
9 : *MP*¹*P*¹⁰*T*⁵. [a] Iohanne : *M*. [b] Cisterciensi : *M*. [c] Cariloci : *M*. [d] propriis : *deest* *T*⁵. [e] sint sibi : *T*⁵.
10 : *L*¹*MP*¹.
11 : *P*¹.
12 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Reverii : *L*²*P*¹⁰.
13 : *P*¹.

---

[1] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.
[2] Blancha de Castella, † 1252.
[3] Margarita de Provincia, † 1295.
[4] Bela IV, 1235-1270.
[5] Ioannes de Melun, † 1257, *SE*, 602 ; *HC*, I, 399.
[6] Rainerius Capoccius, ord. cist. 1216-1250, *HC*, I, 51.

14 Petitio domini archiepiscopi Lugdunensis [1] exauditur in hunc modum, quod audito eius obitu dicatur pro eo una missa a singulis sacerdotibus per Ordinem universum.

15 Petitio domini comitis Nivernensis exauditur in hunc modum videlicet, quod post eius obitum dicatur una missa pro defunctis a singulis sacerdotibus per Ordinem universum, et anniversarium eius et antecessorum ipsius fiat sedendo in conventu de Benedictione Dei [2], auctoritate Capituli generalis.

16 Pro anima bonae memoriae Philippi quondam comitis Boloniae [3] pro quo hoc anno magnam eleemosynam habuit Capitulum generale, dicatur una missa pro defunctis a singulis sacerdotibus per Ordinem universum [a], et associetur anniversariis Philippi [4] patris sui, et Ludovici [5] fratris sui, quondam regum Francorum.

17 Petitio domini episcopi Pictaviensis [6] ut habeat unum conversum de Escharleiis [7] ad commorandum secum exauditur [a].

18 Petitio [a] episcopi Cameracensis [8] quod habeat duas personas Ordinis nostri vel tres ad morandum secum, exauditur ita tamen quod curam negotiorum saecularium non habeant.

19 Petitio magistri Philippi, nuntii domini Papae, de mittendo monachum ad Curiam romanam pro negotio crucis, exauditur.

20 Petitio dominae comitissae Boloniae ut possit habere secum unum conversum Ordinis nostri, *ita tamen ut se non intromittat* de saecularibus negotiis, exauditur.

---

14 : *P*¹.
15 : *P*¹.
16 : *L*¹*P*¹. [a] *sic desin. L*¹.
17 : *L*¹*P*¹. [a] Conceditur unus conversus episcopo Pictaviensi ad cohabitandum : *L*¹.
18 : *L*¹*P*¹. [a] Similiter episcopo Cameracensi conceduntur duae personae ordinis ad cohabitandum, dummodo curam... : *L*¹.
19 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰.
20 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰.

---

[1] Aimericus Guerry, 1237-1245 (?), *SE*, 571 ; *HC*, I, 316.
[2] La Bénissons-Dieu, in dioec. Lugdunen., *OC*, 53.
[3] Philippus, dictus Hurepel, † 1234.
[4] Philippus-Augustus, 1180-1223.
[5] Ludovicus VIII, rex Francorum, 1223-1226.
[6] Cf. supra stat. 11.
[7] Escharlis, in dioec. Senonen., *OC*, 20.
[8] Guido (Guiardus) de Lauduno, 1238-1249 (?), *SE*, 527 ; *HC*, I, 160.

Petitio abbatis Bellimontis [1] de construenda abbatia monachorum in loco qui vocatur Pyrga exauditur, et committitur de Iubino [2], de Sancto Sergio [3] et de Bellomonte [4] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis pensanda sunt, conventum illuc mittant non expectata ulterius licentia Capituli generalis et sit filia Bellimontis, et quid inde, etc. **21**

Petitio abbatis Rievallis [5] de mittendo ad Curiam romanam exauditur. **22**

Petitio abbatis Olivae [6] quod fiat anniversarium pro bonae memoriae Santio [a] [7] rege Navarrae sedendo in domo sua exauditur. **23**

Petitio abbatis Casemarii [8] de festo sancti Quintiani faciendo tantum in domo Sancti Salvatoris [9], exauditur. **24**

Petitio [a] comitis et comitissae Flandriae[10] quod habeant tres conversos prout in litteris eorum continetur, exauditur ita tamen quod secundum formam Ordinis se habeant eos. **25**

Petitio abbatissae et monialium de Sarto Beatae Mariae[11] prope Tornacum de abbatia sua transferenda ad alium locum magis idoneum, cum careant aquis competentibus ubi manent, committitur visitatori qui assumpto secum aliquo abbate, de translatione facienda faciant quod secundum Ordinis formam ad ipsarum honestatem ipsis abbatibus videbitur expedire. **26**

Inspectio abbatiae monachorum quam bonae memoriae epis- **27**

---

21 : P^1.
22 : P^1.
23 : P^1. [a] Santii : *ms.*
24 : P^1.
25 : L^1P^1. [a] Comiti et comitissae Flandriae conceduntur tres conversi : L^1.
26 : P^1.
27 : P^1.

---

[1] Beaumont, in Syria, dioec. Tripolitan., *OC*, 139.
[2] S. Georgius de Iubino, prope Antiochiam Syriae, *OC*, 217.
[3] In Syria, dioec. Byblen., *OC*, 239.
[4] Idem ac supra.
[5] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[6] La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119.
[7] Sanctius VII, † 1234.
[8] Casamario in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[9] S. Salvator de Monte acuto, in patrimonio S. Petri, dioec. Perusin., *OC*, 237.
[10] Ioanna de Constantinopoli, † 1244.
[11] Alias Salicetum, Le Saulchoir, *GC*, III, 186.

copus Vinctoniensis [1] in Anglia fundari instituit, committitur de Ganaleya [2] et de Krarya [3] abbatibus, qui ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, faciant de toto illo negotio prout eis videbitur expedire, et quid inde, etc. Abbas de Bellobecco [4] hoc eis denuntiet, et sit eius filia specialis.

28 Inspectio alterius abbatiae monachorum [5] quam idem episcopus fundari instituit in Turonia, committitur de Oratorio [6], de Pietate Dei [7] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, faciant prout eis visum fuerit expedire, et quid inde, etc. Dominus abbas Cistercii hoc eis denuntiet et sit eius filia specialis.

29 Abbas de Candeleio [8] qui hoc anno non venit ad Capitulum generale, nec misit pro se responsales, poenitentiam peragat talibus super hoc in Usibus constitutam ; abbas de Ardurello [9] hoc ei denuntiet.

30 Abbas Sylvaecanae[10] qui hoc anno non venit ad Capitulum generale nec misit pro se responsalem, poenitentiam peragat talibus super hoc in Usibus constitutam ; abbas de Ulmeto[11] hoc ei denuntiet.

31 Abbas de Burnebach[12] qui hoc anno non venit ad Capitulum, nec misit pro se responsalem, poenitentiam peragat super hoc

28 : *P*¹.
29 : *P*¹.
30 : *P*¹.
31 : *P*¹.

[1] Petrus de Rupibus, Wintonien. episc., 1205, † 1238, *SE*, 198 ; *HC*, I, 529.

[2] Waverleia, in dioec. Wintonien., *OC*, 16.

[3] Quarraria, Quarr Abbey in Vecta insula, dioec. Wintonien., *OC*, 99 ; agitur hic de fundatione abbatiae Netley vocatae, seu Locus S. Eduardi, *OC*, 242.

[4] Pro Bellobecco, in Normannia, dioec. Rotomagen., *OC*, 96, leg. forsan Belloloco, i. e. Beaulieu abbey, in dioec. Wintoniensi, quae abbatiae Netley mater extitit, *OC*, 210.

[5] Claritas Dei, in pago et dioec. Turonen., *OC*, 243.

[6] Le Loroux, in dioec. Andegaven., *OC*, 10.

[7] Alias Spallum, l'Épau, in dioec. Cenomanen., *OC*, 232.

[8] Candelium, Candeil, in Languedocio, dioec. Albien., *OC*, 132.

[9] Ardorel, in Languedocio, dioec. Albien., *OC*, 108.

[10] Sylvacane, in prov. et dioec. Aquen., *OC*, 107.

[11] Alias Silva Regalis, Sauve-Réal, in dioec. Aquen., *OC*, 108.

[12] Brunnbacum, Bronnbach, in magno ducatu Baden., *OC*, 128.

in Usibus talibus constitutam; abbas de Speciosavalle [1] hoc ei denuntiet.

Abbas de Porta gloriae [2] qui hoc anno non venit ad Capitulum generale nec misit pro se responsalem, poenitentiam peragat talibus super hoc in Usibus constitutam; abbas de Pariniaco [3] hoc ei denuntiet. 32

Inspectio loci qui vocatur Vosic [4] in quo petit abbatiam monachorum fundari B. cancellarius ducis Galroniae, committitur de Silio [5] et de Clara tumba [6] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, mittant illuc conventum de Andreo [7] si viderint expedire, non expectata amplius licentia Capituli generalis, et sit filia de Andreo specialis, et quid inde, etc. Abbas de Lubes [8] hoc ei denuntiet. 33

Inspectio abbatiae monialium de Macherat [9] Treverensis dioecesis quam dominus Papa petit associari Ordini, committitur de Villario metensi[10], de Sancto Godardo[11] et de Warnesuile[12] abbatibus qui personaliter accedentes ad locum, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, faciant prout viderint expedire, et quid inde, etc. Abbas de Claustro[13] hoc eis denuntiet, et sit eius filia specialis. 34

Correctio scandali quod subortum est in domo Lucelensi[14] 35

---

32 : *P*¹.
33 : *P*¹.
34 : *P*¹.
35 : *P*¹.

---

[1] Schöntal, in ant. dioec. Herbipolen., *OC*, 141.

[2] Portaglonium, seu Bouillas, in Languedocio, dioec. Auxitanen., *OC*, 121.

[3] Payriniacum, Pérignac, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 130.

[4] Agitur hic de fundatione abbatiae quae vocatur Ruda, Rauden, in dioec. Vratislavien., *OC*, 250.

[5] Sulejow, in Polonia, dioec. Gneznen., *OC*, 175.

[6] Seu Mogila, in Polonia, dioec. Cracovien., *OC*, 224.

[7] Andrejovia, Jedrzejow, in Polonia, *OC*, 117.

[8] Luba, Leubus, in Silesia, dioec. Vratislavien., *OC*, 171.

[9] Cf. *GC*, XIII. 651; *SM*, XXXVIII, p. 25.

[10] Villerium in Betnach, in Lotharingia, dioec. Meten., *OC*, 26.

[11] Hi agi de S. Gotthardo, in Hungaria, *OC*, 183, impossibile videtur; verisimile est ut transcriptor XVII saeculi (*P*¹) legere debuisset: Baumgarten, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 112.

[12] Werneri-Villerium, Werschweiler, in dioec. Spiren., *OC*, 162.

[13] Alias Hemmenrodium, Himmerod, in dioec. Treviren., *OC*, 31.

[14] Lucelle, in dioec. Argentinen., *OC*, 12.

committitur de Bethania [1], de Roseriis [2] et de Lococrescenti [3] abbatibus qui ad locum personaliter accedant et corrigant auctoritate Capituli generalis quod ibidem invenerint corrigendum, et quid inde, etc.

36 De translatione domus Sancti Sergii [4] ultra mare, si quando locus competentior fuerit assignatus, committitur de Iubino [5] et de Bellomonte [6] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, mittant illuc conventum prout viderint expedire, et quid inde, etc.

37 Abbatissa et conventus Vallis Benedictae [7] Tullensis dioecesis, quae res de quibus agebatur inter ipsas ex una parte et abbatem de Crista [8] ex altera, auctoritate Capituli generalis pendente lite [a] fraudulenter in quemdam saecularem potentiorem transtulisse dicuntur, rebus illis careant in perpetuum.

38 De loco Lunaxii [9] a quo translata fuerat abbatia, conceditur quod ibidem iterato construatur abbatia auctoritate Capituli generalis ; et sit filia Bonifontis [10].

39 De procuratoribus bonis et fidelibus habendis in Curia romana more solito iniungitur a generali Capitulo Casemarii[11] et de Sancto Anastasio[12] abbatibus, quibus abbatibus satisfaciet de salario tempore Capituli generalis.

40 Translatio abbatiae monialium quae dicitur Horst Sanctae

---

36 : *P*[1].
37 : *P*[1]. [a] litte : *ms.*
38 : *P*[1].
39 : *P*[1].
40 : *P*[1].

---

[1] Bithaine, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 28.
[2] Rozières, in dioec. S. Claudii, *OC*, 26.
[3] Lieucroissant, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 33.
[4] In Syria, dioec. Byblen., *OC*, 239.
[5] Prope Antiochiam Syriae, *OC*, 217.
[6] In Syria, dioec. Tripolitan., *OC*, 139.
[7] Benoite-Vaux, *GC*, XIII, 1068.
[8] La Creste, in dioec. Lingonen., *OC*, 10.
[9] Seu Labaciae, La Baix, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 227.
[10] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[11] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[12] SS. Vincentius et Anastasius, seu ad Aquas Salvias, prope Romam, *OC*, 62.

Mariae [1] committitur abbati Campensi [2], qui assumpto secum aliquo abbate nostri Ordinis inspecto loco translationem faciat, si viderit expedire et quid inde, etc.

De abbatia monialium quae vocatur Episcopia [3] de qua petit **41**
abbas Bellimontis [4] ut incorporetur Ordini, committitur de Iubino [5] et de Sancto Sergio [6] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, mittant illuc conventum prout viderint expedire, et quid inde, etc., et sit filia Bellimontis.

Abbas de Roca amatoris [7] qui non renuntiavit utrum fecerit **42**
poenitentiam sibi a generali Capitulo inflictam, et abbas de Matyna [8] qui hoc ei debuit nuntiare nec nuntiavit, poenam sustineant talibus super hoc in Usibus constitutam. Abbas Casemarii [9] hoc eis denuntiet.

De abbate de Tylieto[10] qui noluit non solum non recipere **43**
archiepiscopum Mitilenensem[11] ; imo nec loqui cum ipso in domo sua, et de conversis domus ipsius qui abbatem de Miratorio[12], qui nuntius erat domus Cistercii, recipere noluerunt, patri abbati videlicet de Firmitate auctoritate Capituli generalis committitur ut istud corrigat in plenaria potestate, prout viderit expedire, et quid inde, etc.

Abbati de Bella landa[13] committitur ut cum maior civitatis **44**
Londensis solemniter donationem fecerit Deo et Ordini domorum suarum in civitate Londensi sitarum, et per cuncta instrumenta

---

41 : *P*¹
42 : *P*¹.
43 : *P*¹.
44 : *P*¹. [a] moraturis : *ms.*

---

[1] Hoenepe, prope Deventer, in Hollandia.
[2] Vetus Campus, Camp, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
[3] Citata in *ms. 925 Arsenal.*
[4] Cf. supra stat. 21.
[5] Cf. ibidem.
[6] Cf. ibidem.
[7] Roccamadore, in Sicilia, dioec. Messanen., *OC*, 196.
[8] In Calabria citeriore, dioec. S. Marci, *OC*, 179.
[9] Cf. supra stat. 39.
[10] Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquen., *OC*, 9.
[11] Ioannes, ord. cist. †1240 in monasterio Claraevallis, *SE*, 449 ; *HC*, I, 354.
[12] Le Miroir, in dioec. Aeduen., *OC*, 20.
[13] Byland, in dioec. Eboracen., *OC*, 104.

prout debuerit fecerit confirmari, liceat ei mittere duos conversos de domo sua ibidem moraturos [a] vitae laudabilis et honestae, et eidem abbati procuratio et provisio praedictarum domorum cum pertinentiis suis iure perpetuo conceditur a Capitulo generali.

45 Abbati de Caldra [1], quia remotus est et[a] propter maris pericula transeunda[b], conceditur ut quarto anno ad Capitulum veniat et propter causam paupertatis quam praetendit litteras habeat quaestuales [c].

46 Abbates de Ré [2] et de Sancto Leonardo [3] id negotium, quod anno praeterito commissum fuit, ut procuraretur per dioecesanum, quod dominus Musiaci redderet Capitulo generali quinquaginta solidos exacta prosequantur diligentia, et quid inde, etc.

47 Abbati de Bonoportu [4] conceditur quod in die quando generaliter fit in toto Ordine piae memoriae Richardi [5] regis Angliae, in domo sua anniversarium stando fiat.

48 Inspectio loci de Cella Sancti Bernardi [6], de Cedelyx [7] et de Gradis [8] abbatibus iterato committitur ut, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, si viderint expedire mittant illuc conventum monachorum de Ocheth [9], non expectata ulterius licentia Capituli generalis, et quid inde, etc.

49 Pro bono pacis concedit Capitulum generale ut abbatia de Iubino[10] perpetuo sit filia Locedii[11], filiae Firmitatis ; de manuali autem professione, decimis et ceteris honoribus quae ipse patri-

---

45 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] et : *deest M.* [b] transeunda : *deest P*¹⁰. [c] *Brevius apud L*¹ : Abbati de Calabria *(sic)* conceduntur propter paupertatem litterae quaestuales.
46 : *P*¹.
47 : *P*¹.
48 : *P*¹.
49 : *P*¹.

---

[1] Calder Abbey, in dioec. Cestren., *OC*, 100.
[2] N.-D. de l'Ile de Ré, in dioec. Santonen., *OC*, 139.
[3] S.-Léonard des Chaumes, in dioec. Rupellen., *OC*, 156.
[4] In Normannia, dioec. Ebroicen., *OC*, 193.
[5] Richardus I, † 1199.
[6] Deinde eius nomen fuit Fons S. Mariae in Saar, in dioec. Brunnensi, *OC*, 248.
[7] Sedlecium, Sedlec, in Bohemia, dioec. Pragen., *OC*, 78.
[8] Gradicium, Hradišt, in Bohemia, dioec. Limercien., *OC*, 175.
[9] Ossecum, Ossegg, in Bohemia, dioec. Limericen. *OC*, 197.
[10] Cf. supra stat. 21.
[11] In Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.

archa Antiochenus [1] a dicta abbatia requirit, committitur abbati de Firmitate, ut ipso mediante honeste et tolerabiliter componatur.

Correctio monialium de Burgis [2] in Hispania domino Cistercii committitur auctoritate Capituli generalis in plenaria potestate, ut corrigat secundum quod viderit expedire, et quid fac[tum], etc. ; et scribatur eis incontinenti auctoritate Capituli generalis. 50

Correctio excessuum tam conversorum quam monachorum nonno Iacobo [a] [3] quondam abbate Cistercii factorum in abbatiis Pontigniaci et Prulliaci [b] [4] et praecipue de prioribus utriusque domus, domino Cistercii abbati committitur auctoritate Capituli generalis, ut emendet prout secundum formam Ordinis viderit faciendum. 51

Correctio excessuum conversorum de Eurebach [5] et de Grandisylva [6] abbati Claraevallis auctoritate Capituli committitur in plenaria potestate, ut per se vel per alios ad tale negotium sufficientes faciat quod viderit expedire secundum Deum et Ordinis instituta, et quid inde, etc. 52

Abbas Pontigniaci [a] cuius consilio et assensu [b] abbas Caroliloci [c] [7] exclusit domnum [d] Iacobum [e] [8] quondam abbatem Cistercii, cui licet alia imposita fuerunt multa [f], tamen quia neque [g] convictus super iis [h] extitit, nec confessus, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum abbatis. 53

Abbas de Caroliloco qui de consilio patris sui exclusit domnum 54

---

50 : *P*[1].
51 : *L*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Jacobo : *apud L*[1] tantum. [b] Pruliaci : *P*[1].
52 : *P*[1].
53 : *L*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Pontiniaci : *L*[1]. [b] consensu : *L*[1]. [c] Karoliloci : *P*[1]*P*[10]. [d] domnum : *deest L*[2] ; D. J. : *M*. [e] Iacobum : *apud L*[1] *tantum* ; Ioannem : *P*[10]. [f] multa : *deest L*[1]*P*[1]. [g] nec : *L*[1]*P*[1]. [h] his : *P*[10].
54 : *L*[1]*P*[1].

---

[1] Albertus (Rizzato) ; 1226 † 1246, *SE*, 433 ; *HC*, I, 93.
[2] S. M. la Real de las Huelgas, *TB*, I, 1471.
[3] Iacobus, Cistercii abbas 21[us], 1234, cessit 1237/38 ; *GC*, IV, 994.
[4] Preuilly, in dioec. Melden.; *OC*, 5.
[5] Eberbach, in Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.
[6] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
[7] Chaalis, in dioec. Bellovacen., *OC*, 44.
[8] Cf. supra stat. 51.

Iacobum quondam abbatem Cistercii, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et viginti diebus extra stallum abbatis.

55 De Ioyaco [a] [1], de Fonte Ioannis [2], de Ripatorio [3] et de Sacracella [4] abbates [b] qui simpliciter et minus discrete sigilla sua apposuerunt apud Prulliacum [c] quibusdam litteris quibus continebatur quod ipsi credebant nonnum Iacobum [d] quondam abbatem Cistercii excommunicatum, parcendo eis iniungitur auctoritate Capituli generalis, ut tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

56 Abbas de Vallibus Sarnai [5] qui per simplicitatem suam excludi fecit domnum Iacobum quondam abbatem Cistercii a grangia sua, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et viginti diebus extra stallum abbatis.

57 Querela abbatis Bellimontis [6] contra dominum abbatem Cistercii super filiatione domus monialium in Achon [7], quae vocatur Magdalena, committitur de Iubino [8] et de Sancto Sergio [9] abbatibus qui rei veritatem diligenter inquirant, et omnia quae invenerint diligenter redacta in scriptis sub sigillis suis inclusa quam citius poterunt, transmittant Capitulo generali. Abbas de Iubino hoc collegae suo denuntiet.

58 Querela inter abbatem de Claravalle et abbatem de Alna[10] super filiatione domus de Averia[11], de Aurea valle[12] et de Balanciis[13] abbatibus committitur pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

---

55 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Ioiaco : *P¹P¹⁰*. [b] abbatibus : *M*.
[c] Pruliacum : *L¹*. [d] Iacobum : *apud L¹ tantum*.
56 : *L¹P¹*.
57 : *P¹*.
58 : *P¹*.

---

[1] Jouy, in dioec. Melden., *OC*, 12.
[2] Fontaine-Jean, in dioec. Aurelianen., *OC*, 12.
[3] L'Arrivour, in dioec. Trecen., *OC*, 59.
[4] Cercanceaux, in dioec. Melden., *OC*, 180.
[5] Vaux-de-Cernay, in dioec. Versalien., *OC*, 96.
[6] Cf. supra stat. 21.
[7] Sic citata in *ms. 925 Arsenal.*
[8] Cf. supra stat. 21.
[9] Cf. ibidem.
[10] Aulne, in Belgio, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[11] Aquaria, Aywières, in Brabantia, dioec. Mechlinien.. *GC*, III, 603.
[12] Orval, in Belgio, dioec. Namurcen., *OC*, 23.
[13] Seu Valloriae, Valloires, in Picardia, dioec. Ambianen., *OC*, 52.

Querela inter abbatem de Villanova [1] et abbatem de Villaveteri [2], de Oratorio [3] et de Caletio [4] abbatibus committitur pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. 59

Querela inter abbatem de Sancto Urbano [5] et abbatem de Altaripa [6], de Bonomonte [7], de Capella [8] et de Werugue [9] abbatibus committitur pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. 60

Querela inter abbatem Egriensem[10] et abbatem de Pasto[11] committitur de Bellofonte[12] et de Sancto Godardo[13] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. 61

Querela abbatis de Villari[14] quam habet contra abbatissam domus monialium de Averia[15], de Balanciis[16] et de Aurea valle[17] committitur eodem modo supradicto. 62

Querela inter dominum archiepiscopum Colosensem in Ungaria[18] et inter abbatem Egriensem[19], committitur de Citador[20] et de Bouquen[21] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas de Bouquen hoc alii collegae suo denuntiet. 63

---

59 : *P*¹.
60 : *P*¹.
61 : *P*¹.
62 : *P*¹.
63 : *P*¹.

---

[1] Villeneuve, in dioec. Nanneten., *OC*, 207.
[2] S. M. de la Vieu-ville, in dioec. Redonen., *OC*, 105.
[3] Le Loroux, in dioec. Andegaven., *OC*, 10.
[4] Chalocheium, Chaloché, in dioec. Andegaven., *OC*, 97.
[5] Saint-Urban, in Helvetia, pago Lucernarum, *OC*, 200.
[6] Hauterive, in Helvetia, dioec. Lausanen., *OC*, 50.
[7] Bonmont, in Helvetia, dioec. Gebennen., *OC*, 20.
[8] Cappel, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 184.
[9] Wettingen, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 230.
[10] Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadien., *OC*, 177.
[11] B. M. de Paszto, in Hungaria, dioec. Agrien., *OC*, 192.
[12] Belae-Fons, Belakut, in Slavonia, dioec. Colocen., *OC*, 237.
[13] S. Gotthardus, in Hungaria, dioec. Sabarien., *OC*, 183.
[14] Villers-en-Brabant, in dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[15] Aquiria, cf. supra stat. 58.
[16] Valloriae, cf. ibidem.
[17] Orval, cf. ibidem.
[18] Ugrinus (Hugolinus), Colocen., archiep. 1219, † 1241 ; *SE*, 371 ; *HC*, I, 197.
[19] Cf. supra stat. 61.
[20] B. M. de Czikador, in Hungaria, dioec. Quinqueecclesien., *OC*, 71.
[21] Zircium, Zircz, seu de Curc in Bokan, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 181.

64 Querelam inter abbatem de Valle Sancti Lamberti [1] et abbatissam de Rameia [2], abbates de Villari [3] et de Alna [4] et de Valle Dei [5] usque ad finem debitum pace vel iudicio prosequantur, et quid inde, etc.

65 Querela inter abbatem de Rupe [6] et inter abbatem de Miravalle [7] committitur de Gardona [8], de Delacresse [9] et de Groskedane[10] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

66 Querela inter abbatem Sancti Leonardi[11] et abbates de Trisagio[12] et de Charon[13], iterato committitur de Castellariis[14], de Pinu[16] et de Reth[15] abbatibus ut eamdem querelam auctoritate Capituli generalis prosequantur, et causa terminata, quid inde fecerint, etc.

67 Querela praepositi Nivellensis contra abbatissam de Aneriis[17] committitur de Fusniaco[19] et de Aurea valle[18] abbatibus iudicio terminanda et quid inde, etc.

68 Querela inter abbatem de Stannera[20] in Wlterise et abbatem de Voto[21] in Hibernia committitur de Sancta Maria iuxta Dubli-

64 : *P*1.
65 : *P*1.
66 : *P*1.
67 : *P*1.
68 : *P*1.

1 In Belgio, dioec. Leodien., *OC*, 207.
2 Ramège, seu La Ramée, in Belgio, dioec. Mechlinien., *GC*, III, 604.
3 Villers-en-Brabant, in dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
4 Aulne, in Belgio, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
5 Val-Dieu, in Belgio, dioec. Leodien., *OC*, 179.
6 Roche Abbey, in dioec. Eboracensi, *OC*, 95.
7 Mereval, in dioec. Wigornien., *OC*, 114.
8 Geroldonia, Garendon, in dioec. Conventren., *OC*, 30.
9 Dieulacresium, Dieulacres, in dioec. Conventren., *OC*, 142.
10 Vallis S. Mariae de Crokesden, in dioec. Lincolnien., *OC*, 176.
11 S.-Léonard-des-Chaumes, in dioec. Rupellen., *OC*, 156.
12 Trisay, in dioec. Lucionen., *OC*, 85.
13 Gratia S. Mariae, seu N.-D. de Charon, in dioec. Rupellen., *OC*, 194.
14 N.-D. des Châtelliers, in dioec. Pictavien., *OC*, 150.
15 Le Pin, in dioec. Pictavien., *OC*, 65.
16 N.-D. de l'Ile de Ré, in dioec. Santonen., *OC*, 139.
17 Aquiria, Aywières, in Belgio, dioec. Mechlinien., *GC*, III, 603.
18 Foigny, in dioec. Laudunen., *OC*, 10.
19 Orval, in Belgio, dioec. Namurcen., *OC*, 23.
20 An leg. sit Tinterna in Wallia, mater Tinternae Hibern. ? *OC*, 19.
21 Alias Tinterna minor, in dioec. Fernensi, *OC*, 204.

niam [1] et de Ieriponte [2] et de Wethni [3] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas Sancti Salvatoris [4] hoc eis denuntiet.

Querela inter abbatem Ripae altae [5] et abbatem Sancti 69
Andreae de Sexto [6] committitur de Tylieto [7], de Columba [8] et de Strafarda [9] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

Querela abbatis de Sanctis Crucibus[10] contra abbatem Popu- 70
leti[11], committitur de Scarpio[12] et de Clarofonte[13] abbatibus pace vel iudicio terminanda. Abbas de Roca[14] hoc eis denuntiet.

Querela inter abbatem de Aurora[15] et abbatem de Capella[16] 71
committitur de Alta ripa[17] et de Sancto Urbano[18] et de Wetinguen[19] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

Querela inter abbatem de Bellalanda[20] et abbatem Rievallis[21] 72
committitur de Fusnesio[22], de Combromare[23] et de Bello loco Regis[24] abbatibus qui auctoritate Capituli generalis eamdem

---

69 : *P*¹.
70 : *P*¹.
71 : *P*¹.
72 : *P*¹.

---

[1] St. Mary's Abbey, *OC*, 104.
[2] Jerpoint, in Hibernia, dioec. Ossorien., *OC*, 180.
[3] Woneyum, seu Abbington, in Hibernia, dioec. Limericen., *OC*, 211.
[4] Vallis S. Salvatoris, seu Graignemanagh, in Hibernia, dioec. Ossorien., *OC*, 210.
[5] In Pedemontio, dioec. Dertonen., *OC*, 180.
[6] In Liguria, dioec. Januen., *OC*, 22.
[7] Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquen., *OC*, 9.
[8] S. M. della Colomba, in dioec. Placentina, *OC*, 45.
[9] Stafarda, in Pedemontio, dioec. Salutien., *OC*, 36.
[10] Santas-Creus, in Catalonia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.
[11] Problet, in Catalonia, dioec. Tarraconen., *OC*, 127.
[12] Escarpe, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 217.
[13] Leg. forsan Bonofonte, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[14] Seu Rota, Rueda, in Aragonia, dioec. Oscen., *OC*, 134.
[15] Seu Frienisberg, in Helvetia, *OC*, 51.
[16] Cappel, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 184.
[17] Hauterive, in pago Friburgensi, dioec. Lausanen., *OC*, 50.
[18] Saint-Urban, in pago Lucernarum, *OC*, 200.
[19] Maris-Stella, Wettingen, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 230.
[20] Byland, in dioec. Eboracen., *OC*, 104.
[21] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[22] Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.
[23] Combermere, in dioec. Conventren., *OC*, 100.
[24] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210.

causam pace vel iudicio prosequenter et quid inde, etc. Abbas de Rupe [1] hoc eis denuntiet.

73 Querela inter abbatem Sancti Urbani [2] et abbatissam de Orto Dei [3] committitur de Porta coeli [4] et de Capella [5] et de Wetint [6] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

74 Abbas de Prulliaco [7] qui minus discrete et nimis praecipitanter denuntiavit domdum Iacobum [a] [8] quondam abbatem Cistercii excommunicatum et conspiratorem, et exclusit et excludi fecit non solum eum sed et alios abbates et [b] alias personas Ordinis a domo et a filia sua de Vallelucenti [9] et grangiis eiusdem domus, et multa alia contra formam Ordinis perpetravit, deponitur in instanti.

75 Abbas de Signiaco[a] [10] qui dixit quaedam verba erronea et valde suspecta de Virgine gloriosa, et defendit per triduum et qui etiam contra formam Ordinis infra septa [b] abbatiae suae mulieres induci permisit, et propter multa alia de quibus Diffinitoribus constat, quae secundum Ordinis instituta in praesentiarum sustinere non possunt, deponitur in instanti.

76 Nullus promoveatur in priorem vel cellerarium, qui non possit promoveri in abbatem.

---

73 : P^1.

74 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Ioannem : MP^1P^{10}. [b] et alias personas Ordinis : *deest* L^1.

75 : L^1MP^1 : [a] Sygniaco : P^1. [b] septae : *M*.

76 : L^1.

N. B. *Insuper apud* L^2P^{10} *leguntur sequentia* : Item sequitur diffinitio anni 1193 (1195 : P^{10}) quae omissa fuerat de esu carnium in infirmitorio sicut statutum est antiquitus teneatur, hoc tamen diligentius observetur (observatur : P^{10}) ut omnis superfluitas aufferatur.

---

[1] Roche Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 95.

[2] Cf. supra stat. 71.

[3] Olsberg, in dioec. Basileen., *SM*, XXXVII, 32.

[4] Thennenbach, in Brisgoa, dioec. Constantien., *OC*, 142.

[5] Cf. supra stat. 71.

[6] Wettingen, cf. supra stat. 71.

[7] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.

[8] Cf. supra stat. 51.

[9] Vauluisant, in dioec. Senonen., *OC*, 16.

[10] Signy, in dioec. Remen., *OC*, 33.

1239

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono, acta sunt haec in Cistercio tempore Capituli generalis.

Illud quod continetur in sententia anno praeterito lata, quod quoties [a] commemoratio Beatae Mariae intermittitur, toties beatorum Benedicti et Bernardi commemoratio [b] non fiat, ita intelligitur quod per octavam Assumptionis B. M. V. dictorum sanctorum commemoratio non dicatur, excepto quod in festo beati Bernardi fiat commemoratio beati Benedicti. 1

Cum dominus Papa ab Ordine nostro orationes requirendas duxerit speciales [a], iniungitur ut pro ipso et cardinalibus et statu totius [b] sanctae Ecclesiae in omnibus Ordinis nostri conventibus finito capitulo et perdicto [c] *Adiutorium nostrum* [d], incontinenti cantor incipiat voce mediocri [e] responsorium *Aspice Domine*, quod conventus eundo ante [f] maius altare eo ordine quo sexta feria ad septem psalmos fieri solet, percantent subiungentes [g] stando [h] ante ipsum altare *Salve Regina* cum venia, quo completo, subsequatur versiculus *Ave Maria*, flexis genibus deinde stando dicat [i] qui capitulum tenuit voce mediocri, sicut in vesperis tres collectas : 1ª *Concede nos famulos*, etc. ; 2ª *Ecclesiae tuae*, etc.; 3ª *Ineffabilem misericordiam tuam*, etc., subiungens [j] *per Christum Dominum nostrum*. 2

Sexta feria post septem psalmos ante altare idem fiat, excepto quod intermittatur collecta *Ecclesiae tuae*, etc. ; monachi vero qui capitulo praesentes non fuerint, dictam orationem devote dicere non omittant [a], conversi autem quotidie septies [b] *Pater noster* et toties *Ave Maria* persolvant. Dictis orationibus speciali devotione associentur Ordo [c] noster, dux Burgundiae omnesque cruce signati tam pro servitio terrae sanctae quam pro negotio Constantinopolitano. 3

1239. [a] *Hic titulus apud P¹ tantum.*

1 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] quotiens... totiens : *M*. [b] commemorationes non fiant : *P¹⁰*.

2 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] specialiter : *M*. [b] totius sanctae : *deest L¹*. [c] praedicto : *M*. [d] et perdicto Adiutorium nostrum : *deest L¹*. [e] voce mediocri : *deest L¹*. [f] ad : *L¹*. [g] percantet subiungens : *L²*. [h] stantes : *L¹*. [i] praesidens tres collectas : *L¹*. [j] subiungentes : *L¹*.

3 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] obmittant : *P¹*. [b] septem : *L¹M*. [c] Odo noster dux : *L¹* ; Ordini nostro : *M*.

4 Ut conscientiis personarùm et bono nomini Ordinis in posterum salubrius consulatur, districte [a] praecipitur a Capitulo generali ut nullus omnino de Ordine nostro per se vel per interpositam personam, homines seu quascumque possessiones adquirat [b] immobiles, nisi ad se iure feodi vel census sive alterius redditus cuiuscumque pertineant [c]. Redditus autem annuos ex solis denariis pure ad hoc in eleemosynam datis, seu possessionibus nostris usque ad quantitatam futurae emptionis prius venditis, emere concessit Capitulum generale. Acquisitiones quoque possessionum vel reddituum quae debemus, usurariorum, nec non et decimarum, iuxta iuris canonici formam, commutationes etiam possessionum ad paritatem sine refusione aliqua ex parte Ordinis facienda, fieri minime prohibentur [d]. Ea autem quae nobis in puram et simplicem donationem, absque aliqua huius constitutionis fraude occulta vel manifesta pie collata fuerint recipere non vetamur [e]. Abbas autem qui contra facere [f] praesumpserit absque retractatione aliqua [g] deponatur. Monachi vel conversi quorum consilio contra factum fuerit emitantur, non reversuri nisi de licentia Capituli generalis. Excipiuntur ab hac lege abbatiae de novo constructae sive aedificandae quae usque ad quintum [h] decimum suae fundationis annum possessiones acquirere poterunt ampliores. Scribatur ista [i] diffinitio in singulis nostri Ordinis domibus post illam de nimietate debitorum in singulis [j] visitationibus recitanda et iniungitur visitatoribus ut tam istam quam illam sententiam de nemietate debitorum in domibus quas visitaverint cum omni diligentia inviolabiliter faciant observari, nec aliquis de cetero scribi permittat in cartis suis se habere titulo eleemosynae [k] sive donationis quod acquisierit titulo emptionis [l], propter mala quae inde possent Ordini provenire.

5 Quoniam in quibusdam domibus Ordinis nostri suborta est iam pravitas quaedam a specie [a] proprietatis minime aliena, quod videlicet [b] conventus vineas proprias, vina, pecuniam et [c] redditus nec non et animalia sibi habent appropriata, insuper et bursarios ad custodiam praedictorum tenent, [d] unde [e] graves dis-

---

4 L^1P^1. [a] discrete : L^1. [b] acquirat : L^1. [c] pertineat : L^1. [d] prohibeatur : L^1. [e] vetamus : L^1. [f] fecerit : L^1. [g] aliqua : *deest* L^1. [h] quindecimum : L^1. [i] haec : L^1. [j] in singulis... debitorum : *deest* P^1. [k] ecclesiae seu : L^1. [l] *hic desin.* L^1.

5 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] asperae : P^1. [b] verbi gratia : L^1. [c] cum reditibus : L^1. [d] tenent : *deest* L^1P^1M. [e] unde : *deest* L^1P^1. *qui ponunt* : quod.

sensiones et schismata [f] in ordine possent emergere, cum iam dudum de ipsis abbatibus [g] sit statutum, ut ad expensas suas nullos redditus habeant assignatos, sed totum accipiant de communi, ea qua fieri potest districtione [h], praecipitur ne quis conventus seu quaecumque Ordinis persona talia de cetero audeat attentare, sed secundum formam regulae ad arbitrium abbatis omnia disponantur, si quae vero super huiusmodi appropriatione extant instrumenta seu excommunicationes [i] fuerint promulgatae, quantum ad hoc, omni cassantur vigore. Insuper transgressores in hac parte rebelles monachi vel conversi, seu qui datores dictorum bonorum sunt [j] praefatis quocumque modo sollicitaverint, sententiae proprietariorum per omnia subiacebunt. Visitatores vero appropriationibus huiusmodi a modo nec auctoritatem praestent nec foveant murmuratores.

Abbatiae quae vocatur Claritas Dei [1] concessum est a Capitulo 6
generali ut abbas et conventus dictae domus non teneatur exhibere hospitalitatem in suis sumptibus personis Ordinis nostri usque ad annos quatuor subsequentes, monachos et conversos ad morandum nullatenus recipere teneatur.

Sententia illa de monialibus Ordini nostro associandis quae 7
sic incipit : *Nulla monasteria*, praecipue quae ad finem capituli : *si quae vero ex praecepto domini Papae*, etc., inviolabiliter observetur ; inspectores autem dati a generali Capitulo in abbatiis monialium de novo construendis seu incorporandis dictam sententiam exquisita observent diligentia, alioquin cum [a] grande periculum ex incorporatione [b] talium minus circumspecta [c] fuerit [d] iam subortum, inspectores favore principum seu alia quacumque de causa dictae sententiae transgressores deponantur, nec de cetero propter grave scandalum Ordinis, quod per indiscretam monialium susceptionem iam evenit, aliqua persona ad conversionem recipiatur in domibus quibuscumque monialium, nisi per patrem abbatem vel [e] eius mandatum speciale. Abbatissae

[f] scismata : P^1. [g] abbatiis : L^1. [h] distinctione : L^1. [i] excommuniones : L^1. [j] super : P^{10}.

6 : $L^2MP^1P^{10}$.

7 : $L^2MP^2P^{10}$. [a] *loco* cum *legitur* enim *apud* P^{10}. [b] incorrectione : P^{10}. [c] inspecta : P^{10}. [d] fuerat : P^{10}. [e] per : L^2MP^{10}.

[1] Clarté-Dieu, in dioec. Turonen., *OC*, 243.

seu priorissae quae contra [f] praedictum statutum venire praesumpserint, absque retractatione deponantur.

8 Item praecipitur de pueris remanentibus apud Divionem, sive prope Cistercium ad sex leucas tempore Capituli generalis, quod nullus abbas det sive relinquat puero suo pro expensis eiusdem temporis ultra valorem quinque solidos [a] divionensis monetae, praeter expensas equorum.

9 Petitio comitissae Boloniae cuius progenitores omnibus personis Ordinis transitum per omnes suos portus maris liberum concesserunt, de anniversario decimo quinto kalendas februarii per universum Ordinem faciendo, pro bonae memoriae Philippo defuncto quondam rege [a] [1], Philippi filio [2] pro quo etiam anno praeterito generale Capitulum magnam eleemosynam habuit, et multae Ordinis abbatiae aliis temporibus multas eleemosynas habuerunt, exauditur.

10 Abbati Molismensi [3] iam defuncto cui olim concessum fuit speciale servitium reddatur per Ordinem universum.

11 Praecipitur ut abbates, kalendae et nomina abbatiarum vel quae de novo constructae sunt, vel quae [a] in Cistercii tabula non sunt scriptae, ad cantorem Cistercii quam citius fieri poterit apportentur [b], et in eadem tabula cum aliis annotentur.

12 Petitio domini Coloniensis [4] electi de una missa post eius obitum dicenda a singulis sacerdotibus per universum Ordinem, exauditur.

13 Praecipitur auctoritate Capituli generalis ut quicumque habuerit [a] litteras apostolicas, vel quascumque alias, de subventione pecunaria domui Cistercii facienda, destruat eas in continenti, alioquin eadem auctoritate sit anathematis vinculo innodatus.

---

[f] in : *MP¹P¹⁰*.

8 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] solidorum : *M*.

9 : *P¹*. [a] regis : *ms*.

10 : *L²MP¹P¹⁰*.

11 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] quae : *deest P¹*. [b] asportentur : *L¹*.

12 : *P¹*.

13 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] habuit : *MP¹⁰*.

---

[1] Philippus-Augustus, 1180-1223.

[2] Ludovicus VIII, 1223-1226.

[3] Isambardus, Molismensis abbas, 1233, † 1238, *GC*, IV, 737.

[4] Conradus de Hochstaden, Colonien., archiep. 1238, † 1261, *SE*, 270 ; *HC*, I, 198.

Domino Renerio [a] [1] et domino Iacobo Praenestino [b] [2], quibus concessum est anniversarium per totum Ordinem post eorum obitum, dentur litterae Capituli generalis [c]. 14

Petitio [a] domini Amaurici [3] comitis Montisfortis de anniversario pro anima bonae memoriae Simonis [b] [4] quondam comitis Montisfortis patris sui et sua post mortem ipsius in domibus Cadunii [5] et filiarum suarum annuatim semper faciendo, exauditur et praecipitur auctoritate Capituli generalis abbati et conventui eiusdem domus [c] quod illud vas aureum quod dedit idem Amauricus ipsi domui de Cadunio ad hoc quod sit ibidem repositorium ad custodiendum semper sudarium Iesu Christi, ad alios usus non deputetur nec alienetur aliquomodo a domo eadem nec pignori obligetur. Illud autem vas argenteum in quo reponi solebat, semper serviat reliquiis ponendis [d]. 15

Petitio abbatis Bellaevallis [6] quod fiat commemoratio de sancto Petro Tarentasiensi [7] archiepiscopo ad laudes et ad vesperas in domo sua in qua tumulatus est, exauditur. 16

---

14 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Reveri : L^2 ; Reneri : P^1; Revero : P^{10}. [b] Bonestino : L^2. [c] *formula generalis apud* L^1 : Dabantur litterae a Capitulo generali iis quibus concedebatur anniversarium post mortem, vel quid aliud simile.

15 : $L^1L^2MP^1P^{10}P^{11}$. [a] *brevior formula apud* L^1 : Praecipitur auctoritate Capituli generalis quod illud vas aureum quod dedit dominus Amauricus comes Montisfortis domui de Caduino ad hoc quod sit repositorium... etc. *Apud* P^{11} *(ms. ipsius abbatiae Caduini) formula solemnior* : Anno Domini MCCXXXIX statutum fuit in Capitulo generali et abbati Cadunii firmiter et suis successoribus in perpetuum inhibitum ut illud vas aureum optimum, quod nobilis vir dominus Amalricus de praecepto patris sui dedit solummodo ad custodiam preciosi sudarii Domini Jesu Christi abbatiae Cadunii, in eadem abbatia in perpetuum conservetur, nec alicui pignori obligetur aut vendatur seu alio aliquo modo alienetur, sed solo usui concessum est, penitus observetur. Aliud vero vas argenteum, in quo dictum sudarium custodiri solebat, ad custodiendas reliquias in dicta domo solummodo custodiatur, auctoritate generalis Capituli, et anniversarium dicti patris in domo Cadunii et in tota generatione sua annuatim in perpetuum celebretur. [b] Symonis : $L^2P^1P^{10}$. [c] L^2MP^{10} *statim transeunt ad verba* de Cadunio..., *sublato omni sensu.* [d] reponendis : L^1P^1.

16 : P^1.

---

[1] Rainerius Copoccius, ord. cist. card. 1216, † 1250, *HC*, I, 51.
[2] Iacobus de Pecoraria, ord. cist. card. 1231, † 1244, *HC*, I, 37.
[3] Amauricus, 1218, † 1241.
[4] Simon, Montisfortis comes, † 1218.
[5] Cadouin, in dioec. Petracoricen., *OC*, 7.
[6] Bellevaux, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 8.
[7] † 1174 ; cf. *Bibliot. hagiogr. lat.* n° 6772, sq.

17 Petitio Praemonstratensis [1] abbatis de renovanda pace inter suum et nostrum Ordinem committitur Fusniacensi [a] [2], Ursicampi [3] et Frigidimontis [4] abbatibus, qui soluto Capitulo conveniant [b] cum illo apud Compendium ad tractandum et ordinandum quod utrique Ordini viderint expedire, et quod inde, etc.

18 Petitio abbatis de Belloloco [5] de ſaciendo anniversario pro bonae memoriae Thoma [6], quondam Baiocensi episcopo, sedendo in domo propria, exauditur.

19 Petitio abbatis de Bildeuans [7] quod in domo propria liceat ei facere festum duodecim lectionum sanctae Milburgae in die solemnitatis suae, exauditur.

20 Duobus episcopis Caducano [8] scilicet quondam Magorenensi [a] et Iocelino [9] quondam Ardachanensi [b], de quibus intimatum est Capitulo generali quod in domibus ubi morantur, videlicet de Dora[10] et Sancta Maria iuxta Dublinium[c] [11], observantias Ordinis et Capituli instituta negligendo tam in silentio quam in forma vivendi graves dissolutiones generant, et nutriunt dissensiones et scandala, iniungitur auctoritate Capituli generalis ut de cetero religiose vivendo, prout decet personas Ordinis, et praecipue tantae dignitatis, a talium praesumptione desistant ; alioquin se noverint ab Ordinis societate privatos, et ex tunc secum personas [d] Ordinis non habebunt [e]. De Bildeuans [f] et de Neth[g] [12] abbates hoc eis denuntient.

---

17 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Funyacensi : *L²P¹⁰* ; Funiacensi : *P¹*. [b] veniant : *P¹⁰*.
18 *P¹*.
19 : *P¹*.
20 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Magoracensi : *L¹*. [b] Armachanensi : *M*. [c] Dublinum : *L¹*. [d] personae... habebuntur : *L¹L²M*. [e] *hic desin. L¹*. [f] Bildevant : *M*. [g] Beth. *MP¹⁰*.

---

[1] Abbatia, caput Ordinis, *GC*, IX, 642.
[2] Fusniacum, Foigny, in dioec. Laudunen., *OC*, 10.
[3] Ourscamp, in dioec. Bellovacen., *OC*, 17.
[4] Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.
[5] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210,
[6] Thomas de Freauville, Baiocen. episc., 1232, † 1238, *SE*, 507, *HC*, I, 124.
[7] Bildwas, in dioec. Cestren., *OC*, 102.
[8] Martinus Cadogan, vel Caducan, ord. cist. Bangorensis episc. 1215-1237, resig., *SE*, 181 ; *HC*, I, 127.
[9] Jocelinus O'Tormaig, Ardachadensis epis. 1233-1237, resign., *SE*, 205 ; *HC*, I, 102.
[10] Dore, in dioec. Hereforden., *OC*, 92.
[11] St. Mary's Abbey, in Hibernia, *OC*, 104.
[12] Neath Abbey, in Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 98.

Inspectio abbatiae in Bullinchein [1] quam illustres Corradus [2] 21
in Romanorum regem electus et regina uxor H[enrici] fratris sui bonae memoriae, quondam romani regis, petunt Ordini nostro incorporari, committitur de Brunebach [3] et de Lankehin [4] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, faciant de toto illo negotio prout eis visum fuerit expedire, non expectata licentia Capituli generalis, et quid inde, etc., et sit filia Ebracensis [5].

Correctio et reformatio abbatiae de Colebas [6], de qua clamosa 22
insinuatio facta est Capitulo generali committitur de Lamin [7] et de Paradiso Dei [8] abbatibus, qui ad eamdem domum in plenaria potestate accedentes personaliter corrigant auctoritate Capituli generalis quae viderint corrigenda, et quid inde, etc.

Inspectio abbatiae monialium quae vocatur Salvatorium [9] 23
iuxta Laudunum, committitur de Valleclara[10] et de Boheriis[11] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes, secundum formam Ordinis faciant quae viderint facienda, et quid inde, etc.

Inspectio et correctio excessuum abbatissae de Aweriis[12] com- 24
mittitur de Ursicampo[13], de Frigidimonte[14] et de Alna[15] abbatibus, qui ad locum personaliter accedentes, diligenter inquirant et corrigant secundum quod viderint expedire, et quid inde, etc.

Inspectio abbatiae monialium de Loco Sanctae Mariae[16] Ratis- 25

---

21 : *P*¹.
22 : *P*¹.
23 : *P*¹.
24 : *P*¹.
25 : *P*¹.

---

[1] Billigheim, seu Fons B. M. V. abbatia monialium, *SM*, XXXVII, 5.
[2] Conradus IV, † 1254.
[3] Bronnbach, in magno ducatu Baden., *OC*, 128.
[4] Seu Langheim, in Bavaria, dioec. Bambergen., *OC*, 28.
[5] Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolen., *OC*, 13.
[6] Mera Vallis, Colbaz, in Pomerania, dioec. Caminen., *OC*, 170.
[7] Leg. forsan Lehnin, in dioec. Brandenburgen., *OC*, 182.
[8] Paradiz, in Polonia, dioec. Poznanien., *OC*, 240.
[9] Le Sauvoir, *GC*, IX, 640.
[10] Vauclair, in dioec. Suessionen., *OC*, 32.
[11] Bohérie, in Picardia, dioec. Suessionen., *OC*, 64.
[12] Aquiria, Aywières, in Brabantia, dioec. Mechlinien., *GC*, III, 603.
[13] Ourscamp, in dioec. Bellovacen., *OC*, 17.
[14] Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.
[15] Aulne, in Belgio, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[16] Mariengestade, seu Pielenhofen, *SM*, XXXVII, 33.

ponensis dioecesis committitur de Walrebach [1] et de Alrespa [2] abbatibus qui personaliter accedentes ad locum, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, de toto illo negotio [faciant] quod eis visum fuerit expedire, et abbatis de Karslem [3] sit filia specialis, et quid inde, etc.

26 Inspectio loci qui dicitur Tusagar [4] in Ungaria, in quo Palatinus Ungariae petit fieri nostri Ordinis abbatiam monachorum, committitur de Sancta Cruce [5] in Ungaria et de Kaercia [6] abbatibus qui personaliter accedentes ad locum, inspectis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, faciant de toto illo negotio prout eis visum fuerit expedire, et quid inde, etc. Praedictus abbas de Sancta Cruce hoc collegae suo denuntiet.

27 Liceat domino Cistercii visitationem abbatiae sanctimonialium de Bello videre [7] commissam olim abbati Loci regii [8] a domino Gauchero [9] quondam abbate Cistercii quandocumque [a] voluerit revocare, et litterae, quas super hoc dictus abbas Loci regii habuerat [b], censentur irritae et inanes.

28 Translatio abbatiae de Clariana[10] committitur abbati Pontigniaci, ut faciat auctoritate Capituli generalis quod viderit expedire, non expectata ulterius licentia Capituli generalis, et quid inde, etc.

29 De abbate de Schola Dei [a][11] qui, ut dicitur, introduxisse quamdam matronam in domum monialium per violentiam, committitur visitatoribus quos abbas Claraevallis ad partes Frisiae [b] destinabit in plenaria potestate auctoritate Capituli generalis, et quid inde, etc.

---

26 : *P*¹.
27 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] quandoque : *P*¹. [b] hic desin. *P*¹⁰.
28 *P*¹.
29 : *L²MP¹P¹⁰W*. [a] Scola : *L²P*¹ ; Schala : *P*¹⁰. [b] Phrisiae : *L*².

---

[1] Walderbach, in Bavaria, dioec. Ratisbonen., *OC*, 78.
[2] Alderspach, in Bavaria infer. dioec. Patavien., *OC*, 87.
[3] Kaisheim, in Bavaria, dioec. Augusten., *OC*, 32.
[4] Non constat de qua abbatia hic agitur.
[5] In dioec. Signen., *OC*, 220.
[6] S. M. de Kerz, in Transsilvania, *OC*, 208.
[7] Beauvoir, in dioec. Bituricen., *GC*, II, 218.
[8] Loroy, in dioec. Bituricen., *OC*, 15.
[9] Seu Gualterus de Ochies, Cistercii abbas 20us, 1219-1234 (?), *GC*, IV, 992.
[10] Clariana du Jau, in dioec. Perpinianen., *OC*, 147.
[11] Schola Dei, Ihlo, in Frisia orient. dioec. Bremen., *OC*, 231.

Querela abbatis de Caloceclio [1] et abbatis de Bellabrancha [2], de Eleemosyna [3], de Campania [4] et de Pietate Dei [5] abbatibus, committitur pace vel iudicio terminanda et quid inde, etc. 30

De querela quae vertitur inter abbatem Claraevallis et abbatem de Escurio [6], committitur de Clarofonte [7] et de Bulencuria [8] abbatibus, et quid inde, etc. 31

Querela inter [abbatem] de Borbona [9] et abbatem de Calercio[10] committitur de Elnis[11] et de Benedictione Dei[12] in Gasconia abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. 32

Querela quam habet abbas de Campo Sanctae Mariae[13] super filiatione abbatiae de Dunemonte[14] contra abbatem de Porta[15], committitur de Campo[16], de Calquerede[17] et de Herwendekusen[18] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. 33

Querela abbatis de Tinterna[19] contra abbates de Dora[20] et de Gratia Dei[21], committitur de Neth[22], de Margan[23] et de Karleyn[24] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. 34

30 : *P*[1].
31 : *P*[1].
32 : *P*[1].
33 : *P*[1].
34 : *P*[1].

[1] Chalocheium, Chaloché, in dioec. Andegaven., *OC*, 97.
[2] Bellebranche, in dioec. Cenomanen., *OC*, 132.
[3] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[4] Champagne, in dioec. Cenomanen., *OC*, 188.
[5] Alias Spallum, l'Épau, in dioec. Cenomanen., *OC*, 232.
[6] Escurey, in Lotharingia, dioec. S. Deodati, *OC*, 79.
[7] Clairefontaine, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 24.
[8] Boulancourt, in dioec. Trecen., *OC*, 118.
[9] Boulbonne, in dioec. Tolosan., *OC*, 123.
[10] Calers, in dioec. Riven., *OC*, 115.
[11] Eaunes, in Languedocio, dioec. Tolosana, *OC*, 122.
[12] La Benissons-Dieu, in dioec. Convenen., *OC*, 184.
[13] Marienfeld, in Westphalia, dioec. Monasterien., *OC*, 185.
[14] Dünamünde, Mons S. Nicolai, in Livonia, dioec. Rigen., *OC*, 214.
[15] Pforte, in Thuringia, dioec. Nuemburgen., *OC*, 25.
[16] Vetus Campus, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
[17] Walkenried, in dioec. Maguntin., *OC*, 15.
[18] Hardehausen, in Westphalia, dioec. Padeburnen., *OC*, 60.
[19] Tintern Maior, prope Walliam, dioec. Hereforden., *OC*, 19.
[20] Dore, in dioec. Hereforden., *OC*, 92.
[21] In Anglia, dioec. Landaven., *OC*, 229.
[22] Neath Abbey, in Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 98.
[23] In Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 107.
[24] Caerleon, in dioec. Landaven., *OC*, 190.

35 Querela inter abbatem de Dalone [1] et abbatem de Garda Dei [2], committitur de Obezina [3] et de Albiniaco [4] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas de Albiniaco hoc collegae suo denuntiet.

36 Conceditur domino [a] Willelmo Cistercii et Willelmo Claraevallis abbatibus ut auctoritate Capituli generalis possint unire filias suas monialium duas vel plures in unam, prout viderint expedire, et illarum conventus transferre ad loca quae viderint aptiora, absque tamen aliarum abbatiarum laesione, ita tamen quod ad successores suos minime extendantur.

37 Querela inter abbatem de Petrosa [5] et abbatem Dalonis [6] committitur de Obezina [7] et de Albispetris [8] et de Boscanio [9] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas de Albispetris hoc collegis suis denuntiet.

38 Querela inter abbatem de Caravalle[10] et abbatem de Stapharda[11], abbati de Locedio[12] committitur pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas de Altaripa[13] hoc ei denuntiet.

39 Querela abbatis de Sauteria[14] contra abbatem de Bona requie[15] committitur de Gardona[16], de Savellia[17] et de Straphardia[18] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

---

35 : *P*¹.
36 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Cistercii W, et W. : *P*¹.
37 : *P*¹.
38 : *P*¹.
39 : *P*¹.

---

[1] Dalon, in dioec. Tutelen., *OC*, 147.
[2] La Garde-Dieu, in dioec. Montisalban, *OC*, 122.
[3] Obazine, in dioec. Tutelen., *OC*, 106.
[4] Aubignac, in dioec. Bituricen., *OC*, 149.
[5] La Peyrouse, in dioec. Petragoricen., *OC*, 134.
[6] Dalon, in dioec. Tutelen., *OC*, 147.
[7] Obazine, in dioec. Tutelen., *OC*, 106.
[8] Aubepierre, in dioec. Lemovicen., *OC*, 115.
[9] Boscum cavum, Bouchaud, in dioec. Petragoricen., *OC*, 150.
[10] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[11] Stafarda. in Pedemontio, dioec. Salutien., *OC*, 36.
[12] In Pedemontio, dioec. Casellen., *OC*, 11.
[13] Hauterive, in pago Friburgensi, dioec. Lausanen., *OC*, 50.
[14] Saltereia, Saltrey, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[15] Bonrepos, in dioec. Corisopiten., *OC*, 164.
[16] Garendon, in dioec. Conventren,. *OC*, 30.
[17] Salleya, Sawley Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 109.
[18] Stratefordia, Stratford Langthorne, in dioec. Londonien., *OC*, 102.

Querela abbatis de Loco Sancti Bernardi [1] contra abbatissam de Nazareth [2] committitur de Valle Sancti Lamberti [3] et de Grandiprato [4] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. 40

Querela contra abbatem de Ioiachi [5] de puero capto et hiis quae spectant ad totum illud factum committitur abbati... ut adiunctis secum de Pruliaco [6] et de Quintiaco [7] abbatibus personaliter ad eamdem domum accedant, corrigant in plenaria potestate auctoritate Capituli generalis quae viderint corrigenda, et quid inde, etc. 41

Querela abbatis de Superaddo [8] contra monialem quae vocatur Maria Noniz [a] monasterii de Villener [b] [9] super quadam possessione spectante ad domum de Superaddo, quam queritur idem abbas per violentiam detinere, committitur de Morelora[10] et de Valleviridi[11] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbates de Oya[12] et de Valle Paradisi[13] hoc eis denuntient. 42

Querela contra abbatem de Grandisylva[14] deportata ad aures Capituli generalis committitur patri suo Claraevallis abbati, qui vel per se vel alium accedens ad domum eamdem, corrigat in plenaria potestate quae viderit corrigenda, et quid inde, etc. 43

Querela abbatis de Buellio[15] contra abbatem de Colle victoriae[16] committitur de Sancta Maria iuxta Dublinium[17], de Sancto 44

---

40 : *P*¹.
41 : *P*¹.
42 : *L*²*P*¹*P*¹⁰. [a] Nonis : *P*¹. [b] Willener : *L*²; Vuillener : *P*¹⁰.
43 : *P*¹.
44 : *P*¹.

---

[1] In Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 240.
[2] In Belgio, dioec. Mechlinien., *GC*, V, 151.
[3] In dioec. Leodien., *OC*, 207.
[4] Grandpré, in dioec. Namurcen., *OC*, 234.
[5] Joyacum, Jouy, in dioec. Melden., *OC*, 12.
[6] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[7] Quincy, in dioec. Senonen., *OC*, 27.
[8] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostelan., *OC*, 67.
[9] Willenet, in Hispania : sic citatum *in ms. 925 Arsenal.*
[10] Moreruela, in Legione, dioec. Zamoren., *OC*, 23.
[11] Val-Verde, in Castella, dioec. Palentin., *OC*, 158.
[12] Hoya, in Gallecia, dioec. Tuden., *OC*, 185.
[13] Valparayso, in Legione, dioec. Zamoren., *OC*, 131.
[14] Grandselve, in dioec. Tolosan., *OC*, 81.
[15] Boyle, in Hibernia, dioec. Elphinen., *OC*, 113.
[16] Seu Knockmoy, in Hibernia, dioec. Tuamen., *OC*, 192.
[17] St. Mary's Abbey, *OC*, 104.

Salvatore [1] et de Beatitudine [2] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas de Beatitudine hoc eis denuntiet.

45 Querela abbatis de Sancto Leonardo [3] contra abbatem de Charon [4] committitur de Castellariis [5] et de Rez [6] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

46 Querela abbatissae de Valle benedicta [7] contra abbatem de Valle Dei [8] committitur de Valle Sancti Lamberti [9] et de Grandi prato[10] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

47 Querela quam Lemozinenses abbates habent contra abbatem de Albispetris[11] super communi domo quae habetur in civitate Lemozinensi, committitur de Albiniaco[12] et de Petrosa[13] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

48 Querela abbatis de Veterivilla[14] contra abbatem de Fonte Danielis[15] committitur de Eleemosyna[16], de Calloceio[17] et de Pietate Dei[18] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

49 Conceditur abbati de Superaddo[19] et aliis abbatibus de Hispania qui gravantur a suis praelatis, quod mittant ad curiam

45 : *P*¹.
46 : *P*¹.
47 : *P*¹.
48 : *P*¹.
49 : *P*¹.

[1] Vallis S. Salvatoris, Graignemanagh, in Hibernia, dioec. Ossorien., *OC*, 210.
[2] Seu Bective, in Hibernia, dioec. Miden., *OC*, 92.
[3] S.-Léonard-des-Chaumes, in dioec. Rupellen., *OC*, 156.
[4] Gratia S. M., seu N. D. de Charon, in dioec. Rupellen., *OC*, 194.
[5] N.-D. des Châtelliers, in dioec. Pictavien., *OC*, 150.
[6] N.-D. de l'Ile de Ré, in dioec. Santonen., *OC*, 139.
[7] Val-Benoît, in dioec. Leodien., *GC*, III, 1036.
[8] Val-Dieu, in dioec. Leodien., *OC*, 179.
[9] In dioec. Leodien., *OC*, 207.
[10] Grandpré, in dioec. Namurcen., *OC*, 234.
[11] Aubepierre, in dioec. Lemovicen., *OC*, 115.
[12] Aubignac, in dioec. Bituricen., *OC*, 149.
[13] La Peyrouse, in dioec. Petragoricen., *OC*, 134.
[14] N.-D. de la Vieuville, in dioec. Redonen., *OC*, 105.
[15] Fontaine-Daniel, in dioec. Valleguidonen., *OC*, 210.
[16] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[17] Chaloché, in dioec. Andegaven., *OC*, 97.
[18] Alias Spallum, l'Épau, in dioec. Cenomanen., *OC*, 232.
[19] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 67.

auctoritate Capituli generalis, si necesse fuerit, prout visum fuerit expedire.

De abbate de Calercio [1] qui, vagabundus incedens per Hispa- 50
niam et Angliam et alia loca, dicitur vix mense uno per annum in domo sua fuisse et de quo plura alia non bona dicuntur, committitur de Fontefrigido [2] et de Pariniaco [3] abbatibus qui ad eamdem domum personaliter accedentes corrigant in plenaria potestate quae invenerint corrigenda, et quid inde, etc.

De monachis de Samerio [4] in Hybernia, qui simpliciter missi 51
sunt ab abbate suo ad suscipiendum ordinem subdiaconatus et nihilominus eadem die inconsiderate ac minus canonice cum subdiaconatu diaconatus ordinem susceperunt, praecipitur auctoritate Capituli generalis quod ultimi sint per annum et omni sexta feria in pane et aqua, nec illos ordines interim exequantur.

Praecipitur auctoritate Capituli generalis quod abbas de Rose- 52
riis [5] assumpto secum aliquo de vicinis abbatibus, personaliter ad locum Sanctae Margaretae [a] [6] accedant, et ipsum locum quia nimis vicinus est abbatiae Sancti Thomae [7] faciant penitus expirare, et quod inde, etc.

Abbas de Cesarea [8] qui, cum singulis annis venire ad Capitu- 53
lum generale teneatur, hoc anno non venit, sed remanens in domo sua se per litteras excusavit cum debuerit pro se misisse responsalem, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Lucela [9] hoc ei denuntiet.

De Petra fertili [10], de Sancta-Cruce [11], de Colle victoriae [12], de 54

50 : P^1.
51 : $L^2MP^1P^{10}$.
52 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Margarethae : L^2 ; Margaritae : *M*.
53 : P^1.
54 : P^1.

[1] Calers, in dioec. Riven., *OC*, 115.
[2] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[3] Peyrignac, in dioec. Agennen., *OC*, 130.
[4] Samarium, seu Astrath, in Hibernia, dioec. Rapoten., *OC*, 177.
[5] Rozières, in dioec. S. Claudii, *OC*, 26.
[6] Citata in *ms. 925 Arsenal.*
[7] In ditione Venetorum, dioec. Torcellan., *OC*, 213.
[8] Kaisersheim, in Bavaria, dioec. Augusten., *OC*, 32.
[9] Lucelle, in dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[10] Seu Abbey ad Corcumroe, in Hibernia, dioec. Finaboren, *OC*, 199.
[11] Holycross, in Hibernia, dioec. Casellen., *OC*, 178.
[12] Seu Knockmoy, in Hibernia, dioec. Tuamen., *OC*, 192.

Arvicampo [1] et de Benedictione Dei [2] in Hybernia abbates qui hoc anno ad Capitulum generale non venerunt, nec se excusaverunt, poenam peragant, etc.

55 De Oliva [3] et de Phiterio [4] abbates quia hoc anno non venerunt ad Capitulum generale, nec se excusaverunt sententiam peragant, etc. Abbas de Busseto [5] hoc eis denuntiet.

56 Abbas de Fonte Wuillelmi [6] quia non venit ad Capitulum generale nec misit pro se responsalem, poenitentiam peragat, etc.

57 Abbati Bellimontis [7] super querela quam movebat contra domum [a] Cistercii de filiatione Sanctae Mariae Magdalenae de Acon [8], cum duabus filiabus suis quarum una sita est in Cypro in civitate Nichodiensi [9], altera in civitate Tripolitana[10], perpetuum imponitur silentium, et sint filiae domus Cistercii speciales.

58 Abbas de Saltu alto[12] quia hoc anno non venit ad Capitulum generale, nec pro se, ut debuit, excusavit, poenitentiam peragat, etc. Abbas de Oya[13] hoc ei denuntiet.

1240

Absentes [a] erant abbates Cistercii et Claraevallis qui in carcere detenti erant a Friderico II Imperatore.

Anno [b] Domini millesimo ducentesimo quadragesimo acta sunt haec in Cistercio tempore Capituli generalis.

55 : *P*[1].
56 : *P*[1].
57 : *P*[1]. [a] *ms. insuper ponit* : dominum.
58 : *P*[1].
1240. [a] *Haec historica nota apud L*[1] *tantum* ; *cf. ann. seq. stat. 3.* [b] *Titulus apud P*[1] *tantum.*

[1] Seu Kilcooly, in Hibernia, dioec. Cashelien., *OC*, 183.
[2] Seu Shrule, in Hibernia, dioec. Miden., *OC*, 123.
[3] La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*. 119.
[4] Fiterium, Fitero, in dioec. Trasonen., *OC*, 65.
[5] Buxetum, Bugedo, in Veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 167.
[6] Fontguillem, in Guiennia, dioec. Vasaten., *OC*, 109.
[7] In Syria, dioec. Tripolitan., *OC*, 139.
[8] Abbatia monialium cist., cf. ann. 1238, stat. 57.
[9] Abbatia monialium cist,, cf. *Diction. Hist. et Géogr.*, t. VII, 163.
[10] Abbatia monialium cist. cf. *ms. C. 32 Dusseldorf, apud Winter*, t. III. 176.
[11] Saltus Albi, Sotos-Albos, in Castella veter. dioec. Segovien., *OC*, 217.
[12] Hoya in Gallecia, dioec. Tuden., *OC*, 185.

Ut conscientiis personarum [a] Ordinis et bono nomini in posterum salubrius consulatur, districte praecipitur a Capitulo generali ut nullus omnino de Ordine nostro per se vel per interpositam personam, homines, seu quascumque possessiones acquirat immobiles ad perpetuitatem vel censum seu [b] firmam aliquam temporalem, nisi ad se iure feodi, vel census sive [c] alterius redditus cuiuscumque pertineant. Redditus autem annuos ex solis denariis pure ad hoc in eleemosynam datis, seu ex possessionibus nostris immobilibus usque ad quantitatem futurae emptionis prius venditis [d] emere concessit Capitulum generale. Acquisitiones quoque [e] pensionum vel reddituum quas [f] debemus usurariorum [g] nec non et decimarum iuxta iuris canonici formam commutationes etiam possessionum ad paritatem [h] sine refusione aliqua [i] ex parte Ordinis facienda fieri minime prohibentur ; ea autem quae nobis in puram et simplicem donationem absque aliqua huius constitutionis [j] fraude occulta vel manifesta pie collata fuerint recipere non vetamur [k], nec aliquis de cetero scribi permittat in cartis [l] suis se habere titulo donationis vel eleemosynae quod acquisierit titulo emptionis, propter mala quae inde possunt [m] Ordini evenire. 1

Ab aedificiis quoque construendis quilibet abbas, quamdiu fuerit obligatus debito centum marcharum ad pondus Trecense, omni debito tamen quod sibi debetur bono et reddibili compensato, omnino abstineat, nisi forte hoc faciat de eleemosyna pure ad hoc ipsum collata, et nisi infortunium incendii vel ruinae seu necessitas humilium [n] grangiarum et [o] tectorum animalium seu huiuscemodi aedificiorum aliter aliunde [p] facere compellat, hoc nihilominus diligenter proviso, ne in hiis [q] exceptis casibus, occasione huius permissionis nimis grandia vel sumptuosa aedificia construantur ; abbas autem qui contra hoc statutum aedificare vel acquirere praesumpserit, absque aliqua retractatione deponatur ; monachi vero vel conversi, quorum consilio contra [r] factum fuerit, in domo propria sint ultimi, et omni sexta feria sint

---

1 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] et boni nostri Ordinis in posterum : *M*. [b] ad : *M*. [c] sive : *deest M*. [d] propter bonum Ordinis ad quascumque possessiones et mobiles extendit Capitulum generale : *M*. [e] quoque : *deest M*. [f] quae : *M*. [g] vivariorum : *M* (!). [h] puritatem : *L²P¹⁰*. [i] aliqua... minime : *deest L²P¹⁰*. [j] institutionis : *M*. [k] nec aliquis... evenire : *deest M*. [l] chartis : *P¹⁰*. [m] possent : *P¹P¹⁰*. [n] humilium : *deest P¹, locus vacuus*. [o] detectarum : *M*. [p] aliquando : *M*. [q] his : *M*. [r] hoc : *M*.

in pane et aqua ; nec monachi suscipiant ordines nec exequantur, conversi vero nulla habeant officia nisi de licentia Capituli generalis. Excipiuntur ab hac lege abbatiae de novo fundatae sive [s] fundandae, quae usque ad quintum decimum fundationis suae annum possessiones acquirere poterunt et domos necessarias preparare. Provideat autem visitator ut in carta, sigillo suo signata et a foris dependente, diligenter scribat quae corrigenda et ordinanda statuerit, et committat cartam cantori legendam una cum diffinitione praesenti, sequenti anno in Capitulo in visitatione, et faciat utramque cum omni diligentia inviolabiliter observari.

2 Indulgetur a Capitulo generali ut aedificia ante tempus Capituli generalis anni MCCXL inchoata, quae absque gravi domus detrimento aedificari poterunt, liceat consummare.

3 Petitio domini regis [1] et reginae Franciae de festo Sanctae Coronae spineae [2] in crastino beati Laurentii faciendo in abbatiis regni sui, exauditur [a] ; tam de legenda [b] historia quam de ceteris ad festum pertinentibus provideant de Valle Sarnay [3] et de Caroliloco [c] [4] abbates, et deferant aliquot paria ad Capitulum generale.

4 Districte praecipitur ut ea quae statuta sunt de monachis et conversis propriis non emittendis, vel alienis non [a] recipiendis seu non retinendis [b] inviolabiliter observetur, nec liceat patribus abbatibus remittere [c] hospites, nisi in casibus in quibus proprios remittere [d] est concessum.

5 Diffinitur a Capitulo generali quod abbate domus existente in conventu, sive in abbatia sive in grangiis [a] et aliis locis suis, omnes abbates de generatione eius abbatibus hospitibus cedant supervenientibus, ipso autem absente unusquisque iuxta aetatem domus suae teneat locum suum.

---

[s] vel etiam : *M*.

2 : *MP¹*.

3 : *L¹L²P¹P¹⁰*. [a] *hic desin. L¹*. [b] et : *L²P¹⁰*. [c] Karoliloco : *P¹⁰*.

4 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] non : *deest M*. [b] remittendis : *L²P¹P¹⁰*. [c] emittere : *M*. [d] emittere : *M*.

5 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] grangia : *MP¹*.

---

[1] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.

[2] Agitur de festo Susceptionis sanctae coronae.

[3] Vaux de Cernay, in Insula Franciae, dioec. Versalien., *OC*, 96.

[4] Chaalis, in dioec. Bellovacen,, *OC*, 44.

Districte praecipitur Sancti Anastasii[1] et Sancti Sebastiani[2] abbatibus ut fugitivos Ordinis quorum vita pessima honestas et fama Ordinis, maxime in romana Curia, non mediocriter denigratur, per procuratores qui ibi procurant Ordinis negotia, capi faciant et in carcere sub arcta vita atque custodia usque ad nutum Capituli generalis detineri, expensas quas propter hoc dicti abbates facient a dicto Capitulo generali absque difficultate aliqua recepturi [a]. Abbas Sancti Sebastiani hoc collegae suo denuntiet. 6

Quoniam per servientes abbatum venientium ad generale Capitulum multa scandala sunt exorta, statuitur ut quicumque seviens [a] Ordinis veniendo ad Capitulum generale, maxime apud Divionem movere rixam, coreare [b] vel aliquid aliud facere unde scandalum grave oriatur praesumpserit, a servitio totius Ordinis irrevocabiliter expellatur. Hanc poenam abbas vel conversus ipsius cum ad Capitulum venerint suis servientibus non negligant intimare [c]. Abbas, monachus, vel conversus qui scienter ex tunc talem retinere praesumpserint, generalis Capituli arbitrio puniantur. 7

Item praecipitur ut nullus abbas nec etiam monachus aut conversus tempore Capituli generalis portam Cistercii causa merces emendi exire praesumat. 8

Quoniam de curiositate curruum monialium Ordinis nostri clamosa insinuatio venit ad Capitulum generale, statutum est ut currus de cetero non habeant, sed bigas, et illae [a] etiam non nisi vilibus pannis viridibus [b] vel nigris cooperiantur, nec [c] unquam equitent nisi in illis locis in quibus bigae gressum vel cursum habere non consueverunt [d]. 9

Quoniam eleemosynae quas faciebant abbates in ingressu et regressu Capituli generalis multis generabant scandalum et inhonestis personis multis ex causis erant materia delinquendi, statuitur ut nullus abbas infra duas leucas [a] a Cistercio videlicet 10

---

6 : *MP*¹. [a] *hic desin. M.*
7 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] abbatum venientium ad : *M.* [b] corcizare : *M* ; corerare : *P*¹. [c] *hic desin. L*¹.
8 : *L*¹*P*¹.
9 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] illi : *L*². [b] videlicet : *L*¹*L*²*P*¹*P*¹⁰. [c] ut : *P*¹⁰. [d] possunt : *P*¹.
10 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] leugas : *P*¹.

---

[1] SS. Vincentius et Anastasius, ad Aquas Salvias, prope Romam, *OC*, 62.
[2] S. Sebastianus ad Catacumbas, prope Romam, *OC*, 162.

a villa quae appellatur Solon [b] usque ad Cistercium, nec alia parte Cistercii usque ad villas quae appellantur Nuitz [c] et Agilleum [d], aliquam eleemosynam largiantur.

11 Pro domino Praenestino [1] Apostolicae Sedis legato a singulis personis Ordinis dicatur singulis diebus unum *Pater noster* et quinquies *Ave Maria.*

12 Quoniam de curiositate tabularum [a] quae altaribus Ordinis nostri superponuntur [b] clamosa insinuatio venit ad Capitulum generale, praecipitur ut omnes tabulae depictae diversis coloribus amoveantur aut colore albo colorentur.

13 Districte praecipitur ut Libellus diffinitionum in singulis Ordinis nostri capitulis, consummatis omnibus, antequam dicatur *Adiutorium nostrum,* a festo Omnium Sanctorum usque ad Pascha ad pedes et ad arbitrium praesidentis, ad minus semel in anno per idoneam personam ex integro perlegatur ne quis de ignorantia se excuset.

14 Inhibetur auctoritate Capituli generalis ne de cetero aliquis de Ordine nostro procuret ut mulieres abbatias Ordinis nostri ingrediantur ; qui autem hoc procuraverit sciat se illam poenam incurrisse quam meruerunt illi qui privilegium acquirunt contra Capitulum generale et totius Ordinis instituta.

15 Statuitur ut fugitivi quibus regressus secundum regulam et ordinem denegatur, si poenitentes redire voluerint et satisfacere omnino, recipiantur in domibus propriis vel locis aliquibus earumdem, non ad communem habitum sed ad quemcumque alium habitum et victum prout abbates eorum viderint expedire, nec alicui dentur de cetero litterae generales.

16 Inhibetur districte ne quis abbas monachum vel conversum absolvere a professione praesumat, nisi prius sibi constiterit quis ipsius professionem recipiat ; abbas autem cui mittitur potest remittere sic absolutum, si sibi viderit expedire.

---

[b] Salon : P^1. [c] Nuis : L^2MP^{10} ; Nuiz : P^1. [b] Argillea : *M* ; Agillense : $L^2P^1P^{10}$.

11 : $L^2MP^1P^{10}$.

12 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] tabellarum : L^1. [b] supponuntur : L^1.

13 : $A^1L^1L^2MP^1P^{10}$.

14 : $L^2MP^1P^{10}$.

15 : $L^1L^2MP^1P^{10}$.

16 : $L^2MP^1P^{10}$.

---

[1] Iacobus de Pecoraria, ord. cist. card. epis. Praenestin. 1231, † 1244, *HC*, I, 37.

Pro abbatibus eorumque sociis qui ad romanam Curiam de mandato Summi Pontificis et ordinatione Capituli generalis ituri sunt, iniungitur ut singulis horis Beatae Virginis extra infirmitorium dicatur collecta *Adesto Domine*, etc., et a singulis conversis [a] nostris *Pater noster* et *Ave Maria* a Purificatione usque ad sequens [b] Capitulum generale. **17**

Pro domino rege Franciae [1] et regina matre eius [2] et liberis eius et regina uxore eius et filia eius, et negotio Albigensium iniungitur una missa de Spiritu Sancto a singulis [a] sacerdotibus Ordinis universi ; huic missae associantur rex et regina Angliae [3] quae praegnans est, et regina Scotiae [4] ut Deus det ei haeredem masculum, et dux Austriae [5], et abbas et conventus Sancti Dionysii parisiensis [6]. **18**

Domino Thomasio [7] cardinali iam defuncto cui concessum fuerat plenarium servitium a Capitulo generali per universum Ordinem persolvatur. **19**

Domino Ioanni archiepiscopo Mitilanensi [8] iam defuncto cui concessum fuerat a Capitulo generali post obitum eius [a] plenarium servitium per universum Ordinem persolvatur [b]. **20**

Domino Iohanni militi de Fays, a Capitulo generali [concessa] post obitum suum a singulis sacerdotibus una missa per Ordinem universum, persolvatur. **21**

Domino Arnaldo Aginensi episcopo [9] Ordinis nostri, conceditur post mortem ipsius plenarium servitium per Ordinem universum. **22**

---

17 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] conversis : *deest* L^2MP^{10}. [b] sequens : *deest* L^2MP^{10}.
18 : $L^2MP^1P^{10}W$. [a] singulo sacerdote : $L^2MP^{10}W$.
19 : P^1.
20 : P^1. [a] *insuper habet ms.* : suum. [b] exauditur : *ms.*
21 : P^1.
22 : P^1.

---

[1] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.
[2] Blancha de Castella, † 1252.
[3] Henricus III, 1216, † 1272 ; Eleonora de Provincia, † 1291.
[4] Alexandri II uxor, Henrici III soror.
[5] Fredericus II, † 1246.
[6] Celebris abbatia O. S. B., *GC*, VII, 332, VIII, 1756.
[7] Thomas de Episcopo, Capuanus (magister Thomasius), poenit. maior, card. presbyt. tit. s. Sabinae, 1216, † 1243 (?) iuxta *HC*, I, 4, 46.
[8] Ioannes, ord. cist. Mytilen. episc. 1228, † 1240, apr. 20 in monast. Claraevallis *SE*, 449 ; *HC*, I, 354.
[9] Arnaldus de Galard, Agennen. episc. 1235, † c. 1247, *SE*, 479 ; *HC*, I, 77.

23 Petitio reginae Franciae [1] pro anima bonae memoriae electi Valentini [2] avunculi sui exauditur in hunc modum, videlicet quod in unaquaque abbatia Ordini nostri, una missa celebretur pro ipso, et in omnibus aliis bonis quae de cetero fient in Ordine plenariam participationem, et nihilominus in domo de Altacumba eius anniversarium celebretur ; huic missae associetur Lambertus de Castellione miles, et anniversario associetur pater dicti electi comes Sabaudiae [3].

24 Petitio comitis Richardi de una missa dicenda pro comitissa uxore sua defuncta, per universum Ordinem a singulis sacerdotibus Ordinis universi, exauditur.

25 Domino Renerio [a] [4] cardinali respondeatur humiliter et devote super petitionibus suis quas fecit Capitulo generali, per abbatem aliquem providum et circumspectum, cui dentur litterae de credentia a Capitulo generali.

26 Abbatem de Scola Dei [5] per patrem abbatem [6] accusatum super introductione cuiusdam viduae renitentis in domo monialium et habitu religionis indutae, inquisitione facta super hoc diligenter, tamquam innocentem absolvit a dicta impetitione Capitulum generale, et de dicto patre abbate qui minus iuste videtur filium accusasse, committitur abbati Claraevallis, et quid inde, etc.

27 Translatio abbatiae de Clariana [7] committitur de Fontefrigido [8] et de Bolbona [9] abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, faciant quod eis viderint expedire, et quid inde, etc.

---

23 : P^1.
24 : P^1.
25 : $L^2P^1P^{10}$. [a] Reverio : L^2P^{10}.
26 : P^1.
27 : P^1.

---

[1] Margarita de Provincia, † 1295.
[2] Guilelmus de Sabaudia, † 1239, octob. 3, *SE*, 648 ; *HC*, I, 513, 301.
[3] Amedeus IV, † 1253.
[4] Rainerius Capoccius, ord. cist. card. dioec. S. M. in Cosmedin, 1216, †1250, HC, I, 4, 51.
[5] Schola Dei, Ihlo, in Frisia orient. dioec. Bremen., *OC*, 231.
[6] i. e. abbas Sancti Bernardi in Adwert, in Frisia, dioec. Monasterien., *OC*, 194.
[7] Clariana du Jau, in dioec. Perpinianen., *OC*, 147.
[8] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[9] Boulbonne, in dioec. Tolosan., *OC*, 123.

Conceditur abbati de Novo monasterio [1] personaliter ut quarto 28
anno veniat ad Capitulum generale, ita quod concessio ista non
transeat ad successores.

Commutatio possessionum et translatio abbatiae de Casa 29
valone [2] committitur de Locedio [3] et de Morimundo in Lombar-
dia [4] abbatibus, qui auctoritate Capituli generalis commutatio-
nem et translationem illam faciant prout viderint expedire, et
quid inde, etc.

De negotio de Eschardeborch conceditur domino Cistercii 30
quod faciat scribi quibus et sub qua forma voluerit, prout melius
viderit expedire auctoritate Capituli generalis.

De abbate de Dunemunde [5] quem pater abbas [6] pro sua con- 31
tumacia excommunicavit [a] et extra capitulum Ordinis deposi-
tionis sententiam promulgavit in ipsum, inquisita super his [b]
veritate decrevit Capitulum generale : excommunicationis senten-
tiam esse iustam, depositionis vero sententiam tanquam contra
diffinitionem capituli quarti, distinctionis septimae latam, pro-
nuntiat [c] esse nullam ; et licet pater abbas ex hoc per diffini-
tionem iam dictam depositionis sententiam meruisset, tamen de
misericordia sustinetur, ita tamen quod quadraginta diebus sit
extra stallum abbatis, et sex diebus in levi culpa, duobus eorum
in pane et aqua [d]. Abbas de Walquerda [e] [7] hoc ei denuntiet ; causa
autem abbatis de Dunemunde abbati Morimundi [f] committitur,
et quod inde, etc.

Abbas tamen de Porta [4] hoc anno filias suas de Dunemunde et 32
de Walcana [8] visitare personaliter non omittat.

---

28 : P^1.
29 : P^1.
30 : P^1.
31 : $L^1L^2MP^1P^{10}W$. [a] excommunicatum : P^1. [b] iis : L^1 ; hiis : P^1. [c] ponunciant : L^1 ; pronuntians : P^1. [d] *hic desin.* L^1. [e] Valqueredensis : P^1 ; Vualquereda : L^2P^{10}. [f] Morimundensi : P^1P^{10}.
32 : P^1.

---

[1] Newminster, in dioec. Dunelmen., *OC*, 55.
[2] Casale Vallonis, Casalvolone, in Pedemontio, dioec. Novarien., *OC*, 157.
[3] In Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.
[4] Morimundus Coronatus, in dioec. Mediolanen., *OC*, 33.
[5] Mons S. Nicolai, Dünamünde, in Livonia, dioec. Rigen., *OC*, 214.
[6] i. e. abbas Portae, in Thuringia, *OC*, 25.
[7] Walkenreda, Walkenried, in antiq. dioec. Maguntin., *OC*, 15.
[8] Cf. nota : praec.
[9] Valkena, Falknau, in Livonia, dioec. Tarbaten., *OC*, 236.

33 Inspectio abbatiae de Mogelin [1] quam dux Poloniae petit Ordini associari, committitur de Walsacensi [2] et de Vallibus [3] abbatibus, qui ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, faciant de toto illo negotio prout viderint expedire, non expectata licentia Capituli generalis, et quid inde, etc. ; et sit filia Morimundi.

34 Abbas Fontisclari [4] qui non venit ad Capitulum generale nec se excusavit, poenam peragat, etc. Abbas Sanctarum Crucium [5] hoc ei denuntiet.

35 Abbas Sancti Prudentii [6] qui non venit ad Capitulum generale et nimis frequentat curias, poenam peragat, etc. Abbas Sacramoeniae [7] hoc ei [denuntiet].

36 Querela inter abbatem Perseniae [8] et abbatem Sancti Andreae [9] committitur de Pietate Dei[10] et de Campania[11] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

37 Querela abbatis Sanctarum Crucium[12] contra abbatem Populeti[13] committitur abbati de Fontefrigido[14], pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

38 Querela abbatis de Commor[15] contra abbatem de Ligno viridi[16]

---

33 : *P*[1].
34 : *P*[1].
35 : *P*[1].
36 : *P*[1].
37 : *P*[1].
38 : *P*[1].

---

[1] Mogila, seu Clara Tumba, in dioec. Cracovien., *OC*, 224.
[2] Waldsassen, in Bavaria, dioec. Ratisbonen., *OC*, 29.
[3] Vallis S. Mariae (?), i. e. Scririum, in Gallicia, dioec. Tarnovien., olim Cracovien., *OC*, 242.
[4] Antiquum nomen abbatiae de S. Fide, in Aragonia, dioec. Ilerden., *OC*, 226.
[5] Santas Creus, in Catalonia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.
[6] In Veteri Castella, dioec. Calaguritan., *OC*, 145.
[7] Sagramenia, in Veteri Castella, dioec. Segovien., *OC*, 67.
[8] Perseigne, in dioec. Cenomanen., *OC*, 84.
[9] S. André de Gouffern, in Normannia, dioec. Bajocen., *OC*, 98.
[10] Alias Spallum, l'Epau, in dioec. Cenomanen., *OC*, 232.
[11] Champagne, in dioec. Cenomanen., *OC*, 188.
[12] Cf. supra stat. 34.
[13] Poblet, in Catalonia, dioec. Tarraconen., *OC*, 127.
[14] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[15] Comererium, Cumber, in Hibernia, dioec. Dunen.. *OC*, 204.
[16] Seu Newry, in Hibernia, dioec. Dunen., *OQ*, 136.

committitur de Hines [1] et de Iugo Dei [2] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde etc. Abbas de Colle victoriae [3] hoc eis denuntiet.

Pro negotio abbatis de Brueria [4] quem episcopus Linguonniensis [a] [5] excommunicavit de facto cum de iure non posset [b], scribatur domino Cantuariensi archiepiscopo [6] metropolitano ipsius, et [c] eidem episcopo, ne contra privilegia Ordinis dictum abbatem et domum eius molestet, et ipsi abbati iniungitur ut pro privilegiis et libertate Ordinis viriliter se opponat [d]. Abbas de Tinterna [7] hoc ei denuntiet. **39**

Abbas de Colle victoriae [8] cui ad praesens de depositione parcitur, qui fecit sibi caput lavari a muliere, sex diebus sit in levi culpa duobus eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum abbatis ; tamen tale quid vel ab ipso vel ab aliis personis Ordinis de cetero nullatenus praesumatur. **40**

Abbas de Bonoportu [a] [9] qui in praeiudicium libertatis Ordinis supposuit se per litteras suas archiepiscopi Rothomagensis [10] ar bitrio, licet esset propter hoc merito deponendus, quadraginta diebus sit extra stallum abbatis, et sex diebus sit in levi culpa [b], duobus eorum in pane et aqua [c]. De poena autem fratris Bauduini conversi Caricampi [11] per cuius culpam praedictum factum dicitur processisse, discretioni abbatis Frigidimontis [12] committitur, et quid inde fecerint, etc. Praeterea domino episcopo Carinensi [d] [13]. **41**

---

39 : *L*¹*P*¹. [a] Loxoniensis : *L*¹. [b] potest : *L*¹. [c] ut : *L*¹. [d] *hic desin.* *L*¹.
40 : *MP*¹.
41 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Novoportu : *L*¹. [b] faciet levem culpam : *L*²*MP*¹⁰. [c] *hic desin.* *L*¹. [d] Clariensi : *M* ; Calinensi : *L*¹*L*²*P*¹.

---

1 Iniscourcey, in Hibernia, terr. Erynaghen., *OC*, 187.
2 Seu Gray Abbey, in Hibernia, dioec. Dunen., *OC*, 196.
3 Seu Knockmoy, in Hibernia, dioec. Tuamen., *OC*, 192.
4 Bruern, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
5 Robertus Grosseteste, Lincolniens. episc. 1235, † 1253, *SE*, 192 ; *HC*, I, 306.
6 Sanctus Edmundus Rich, 1233, † 1240 nov. 16, *SE*, 183 ; *HC*, I, 163.
7 Tinterna maior, prope Walliam, in dioec. Herefordien., *OC*, 19.
8 Cf. supra stat. 38.
9 Bonport, in Normannia, dioec. Ebroicen., *OC*, 193.
10 Petrus de Collemedio, arch. dein card. epis. Alban,.*SE*, 614 ; *HC*, I, 425.
11 Cercamp, in Artesia, dioec. Atrebaten., *OC*, 66.
12 Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.
13 Carnotensis (?) epis. erat tunc Albericus Cornuti, †1243, *SE*, 536 ; *HC*, I, 167.

cuius consilio dictus abbas de Bonoportu deliquit, committitur ut id factum per suam industriam faciat penitus revocari.

42 Inspectio abbatiae monialium quae vocatur Dicumne [1] pro qua petit comitissa Flandriae, committitur de Dunis [2] et de Capella [3] abbatibus ut ad locum personaliter accedentes pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc., et sit filia Claraevallis.

43 Translatio abbatiae monialium quae vocatur Marcilliacum [4] committitur de Quintiaco [5] et de Reigniaco [6] abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes, etc. et quid inde, etc.

44 De querela abbatum venientium ad Capitulum generale minus honeste receptorum in grangia de Carboniis, committitur de Quintiaco [7] et de Escharleiis [8] abbatibus, ut inquisita super hoc diligentius veritate, faciant prout viderint expedire, et quid inde, etc.

45 De querela abbatum venientium ad Capitulum generale minus honeste receptorum in Loco regio [9] et in grangia de Biot, committitur de Fonte morinensi[10] et de Pratea[11] abbatibus ut inquisita diligentius veritate faciant, etc., et quid inde, etc.

46 De constituendo procuratore in Curia domini Legati in communibus expensis Ordinis, committitur abbati Frigidimontis[12].

47 Querela de nece puerorum et ceteris excessibus in Alba ripa[13] hoc anno perpetratis, committitur abbati Claraevallis, ut assumptis secum duobus abbatibus quos ad hoc opus idoneos noverit et

42 : *P*¹.
43 : *P*¹.
44 : *P*¹.
45 : *P*¹.
46 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰.
47 : *P*¹.

[1] Alicuius villae nomen ; cf. infra, ann. 1241, stat. 62.
[2] Les Dunes, in Belgio, dioec. Brugen., *OC*, 51.
[3] Seu Thosan, Ter Doest, in dioec. Brugen., *OC*, 173.
[4] Marcilly, in dioec. Augustodunen., *GC*, IV, 502.
[5] Quincy, in dioec. Senonen., *OC*, 27.
[6] Rigny, in dioec. Senonen., *OC*, 15.
[7] Cf. stat. praec.
[8] Scarleiae, Escharlis, in dioec. Senonen., *OC*, 20.
[9] Loroy, in dioec. Bituricen., *OC*, 15.
[10] Fontmorigny, in dioec. Bituricen., *OC*, 115.
[11] La Prée, in dioec. Bituricen., *OC*, 86.
[12] Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.
[13] Auberive, in dioec. Lingonen., *OC*, 44.

ferventes, ad locum personaliter accedat et rei veritate diligentius inquisita et reperta, secundum quod ius Ordinis dictaverit illos quos culpabiles repererit, corripiat et puniat in plenitudine potestatis, et quid inde, etc.

Inspectio abbatiae monialium pro qua Ordini nostro incorporanda archiepiscopus Sanceburgensis [1] rogavit Capitulum generale, committitur de Rueta [2] et de Caesarea [3] abbatibus ut ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc., et sit filia Victoriae [4]. **48**

Querela abbatissae et conventus monialium Sancti Desiderii [5] contra abbates Trium Fontium [6] et Alti Fontis [7] super quadam compositione minus iuste facta, committitur de Igniaco [8] et de Ripatorio [9] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. **49**

Querela abbatis Cluniaci[10] contra abbatem de Superaddo[11] committitur abbati Claraevallis ut per se vel per visitatorem quem ad partes illas hoc anno transmittet. veritatem facti dedecoris diligenter inquirat, et studeat viriliter corrigere delinquentes, et quid inde, etc. **50**

Inspectio abbatiae monialium, quae appellatur Gaudium Beatae Mariae[12] in dioecesi Suessionensi, pro qua nostro Ordini incorporanda regina Franciae rogavit Capitulum generale, committitur de Igniaco[13] et de Longoponte[14] abbatibus ut ad locum **51**

---

48 : P^1.
49 : P^1.
50 : P^1.
51 : P^1.

---

[1] Eberhardus de Regensberg, Salzburg. arch., 1200, † 1246, *SE*, 307 ; *HC*, I, 432.
[2] Runa, Reun, in Styria, dioec. Secovien., *OC*, 17.
[3] Kaisersheim, in Bavaria, dioec. Augusten., *OC*, 32.
[4] Victring, in Carinthia, dioec. Gurcen., *OC*, 68.
[5] S.-Dizier, in dioec. Catalaunen., *GC*, IX, 973.
[6] Trois-Fontaines, in dioec. Catalaunen., *OC*, 6.
[7] Haute-Fontaine, in dioec. Catalaunen., *OC*, 41.
[8] Igny, in dioec. Remen., *OC*, 14.
[9] L'Arrivour, in dioec. Trecensi, *OC*, 59.
[10] Celebris abbatia, caput Ordinis, O. S. B., *GC*, IV, 1117.
[11] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 67.
[12] La Joie, iuxta Nemosium, *GC*, XII, 244.
[13] Cf. supra stat. 49.
[14] Longpont, in Picardia, dioec. Suessionen., *OC*, 22.

personaliter accedentes pensatis omnibus, etc. et sit filia Cistercii, et quid inde, etc.

52 Inspectio abbatiae monialium quae appellatur Passelet [1], committitur de Drondennensi [2] et de Sancto Sergio [3] abbatibus ut ad locum personaliter accedant, pensatis omnibus etc., et sit filia de Nenbotis [4], et quid inde, etc.

53 Querela abbatis de Colba [5] contra abbatem de Lannim [6] committitur de Herivado [7] et de Novo Campo [8] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

54 Inspectio abbatiae monialium de Monciaco [9] quam vir nobilis dominus Matheus de Roya aedificat, et petit Ordini associari, committitur de Prato[10] et de Briostel[11] abbatibus ut ad locum, etc. et sit filia Cistercii, et quid inde, etc.

55 Inspectio abbatiae monialium que dicitur Barra Dei[12], pro qua Ordini nostro incorporanda rex et regina Franciae et etiam Navarrae preces porrexerunt Capitulo generali, committitur de Ursicampo[13] et de Guardo[14] abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc.

56 Translatio abbatiae Ulmeti[15] ad locum competentiorem, de Elna[16], de Villario[17] committitur abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc.

---

52 : *P*¹.
52 : *P*¹.
54 : *P*¹.
55 : *P*¹.
56 : *P*¹.

---

[1] Admissa fuisse non videtur; cf. *Cistercienser-Chronik*, t. XXV (1913), 304 sq.
[2] Dundrainan, in Scotia, dioec. Candidae Casae, *OC*, 70.
[3] Perp. pro S. Servannus, in Scotia, dioec. Dublinen., *OC*, 221.
[4] Newbottle, in Scotia, dioec. S.-Andreae, *OC*, 62.
[5] Mera Vallis, Colbaz, in Pomerania, dioec. Caminen., *OC*, 170.
[6] Lehnin, in dioec. Brandenburgen., *OC*, 182.
[7] Herrevad, in Dania, dioec. Lunden., *OC*, 80.
[8] Neuenkamp, in Pomerania, dioec. Secovien., *OC*, 236.
[9] Mouchi, in dioec. Bellovacen., *GC*, IX, 847.
[10] Bellum Pratum, Beaupré, in dioec. Bellovacen., *OC*. 38
[11] Alias Alnetum, Lannoy, in dioec. Bellovacen., *OC*, 103.
[12] Sic citata in *ms. 925 Arsenal.*
[13] Ourscamp, in dioec. Bellovacen., *OC*, 17.
[14] Gardum, N.-D. du Gard, in Picardia, dioec. Ambianen., *OC*, 58.
[15] Alias Silva-Regalis, Sauve-Réal, in Provincia, dioec. Arelaten., *OC*, 168.
[16] Elnae, Eaunes, in Languedocio, dioec. Tolosan., *OC*, 122.
[17] Leg. fors. Villalonga, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 122.

Inspectio abbatiae monialium de Fonte Sanctae Mariae [1] committitur de Othorborc [2] et de Varnevillario [3] abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes pensatis omnibus, etc., et sit filia de Everbac [4], et quid inde, etc. **57**

Inspectio abbatiae monachorum Sancti Salvatoris [5] Legererensis committitur de Berdonis [6] et de Oliva [7] abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes pensatis omnibus, etc. mittant ibi conventum de domo de Orta [8], si viderint expedire, et sit filia de Orta, et quid inde, etc. **58**

Translatio abbatiae Bellifontis [9] in Ungaria, de Pelyseo[10] et de Bocham[11] abbatibus committitur ut ad locum personaliter accedentes pensatis omnibus, etc. et quid inde, etc. Abbas de Pasto[12] hoc eis denuntiet. **59**

Inspectio abbatiae monachorum quam petit aedificari vir nobilis Redericus Fernandi, de Morerosa[13] et de Mera[14] abbatibus committitur ut ad locum personaliter accedentes pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc., et sit filia Nuchariae[15]. **60**

Translatio abbatiae Ulmeti [a] ad locum competentiorem, de Sylvacana[16] et Francarum vallium[17] abbatibus committitur ut ad locum personaliter accedentes pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc. **61**

---

57 : *P*[1].
58 : *P*[1].
59 : *P*[1].
60 : *P*[1].
61 : *P*[1]. [a] *fors. err. nam casus Ulmeti in stat.* 56 *iam legitur.*

---

[1] Huius nominis citantur octo monasteria monial. cist., *SM*, XXXVII, 11.
[2] Otterberg, in Palatinatu, dioec. Maguntin., *OC*, 82.
[3] Werneri Villerium, Werschweiler, in dioec. Spiren., *OC*, 162.
[4] Eberbach, in Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.
[5] S. Salvador de Leyre, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 258.
[6] Berdouës, in Vasconia, dioec. Auxitanen., *OC*, 48.
[7] La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119.
[8] Horta, Huerta, in Veteri Castella, dioec. Seguntin., *OC*, 79.
[9] Belae Fons, Belakut, in dioec. Colocen., *OC*, 237.
[10] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 182.
[11] Zircium, seu de Curc in Bokan, in dioec. Vesprimien., *OC*, 181.
[12] B. M. de Paszto, in Hungaria, dioec. Agrien., *OC*, 192.
[13] Morerola, Moreruela, in Legione, dioec. Zamoren., *OC*, 23.
[14] Meyra, in Gallecia, dioec. Lucen., *OC*, 73.
[15] La Nuara, in Sicilia, dioec. Messanen., *OC*, 164.
[16] Sylvacane, in dioec. Aquen., *OC*, 107.
[17] Franquevaux in Languedocio, dioec. Nemausen., *OC*, 73.

62 Inspectio abbatiae monialium quae vocatur Vespremium[1] quam rex Ungariae [2] postulavit Ordini nostro incorporari, de Sancto Gothardo [3] et de Sancta Cruce [4] in Ungaria abbatibus committitur, ut ad locum personaliter accedentes pensatis omnibus, etc., et sit filia de Cyps [5], et quid inde, etc.

63 Inspectio abbatiae Vallis Dionysii [6] in Ungaria, iterato committitur de Querce [7] et de Sancta Cruce [8] abbatibus ut ad locum personaliter accedant etc., et mittant ibi conventum de abbatia de Cyps [9]; quod si abbas de Cyps non potest ibi mittere conventum, abbas Morimundi transmittat, et sit filia Morimundi, et quid inde, etc.

64 Querela abbatis de Boeriis[10] contra abbatissam Sancti Antonii[11] Parisiensis committitur de Igniacio[12] et de Fusniaco[13] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

65 Querela de Superaddo[14] contra monialem quae vocatur Maria Nonis, committitur de Morerola[15] et de Valle viridi[16] abbatibus pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

66 Abbas Vallis magnae[17] qui dicebatur quamdam pecuniae summam cum equo a quodam monacho suo qui fuit abbas Calercii[18] retinuisse, quia veritate inquisita innocens est repertus, ab impetitione huiusmodi absolvitur a Capitulo generali.

---

62 : *P*¹.
63 : *P*¹.
64 : *P*¹.
65 : *P*¹.
66 : *P*¹.

---

[1] Citata « Vesprimum » in *ms. 925 Arsenal.*
[2] Bela IV, rex 1235-1270.
[3] S. Gotthardus, in Hungaria, dioec. Sabarien., *OC*, 183.
[4] In dioec. Signen., *OC*, 220.
[5] Seu Szepes, i. e. S. M. de Scepusio, in Hungaria, dioec. Strenginen., *OC*, 225.
[6] Cf. ann. praec. stat. 26.
[7] B. M. V. de Kerz, in Transsilvania, *OC*, 208.
[8] Cf. supra stat. 62.
[9] Cf. stat. praec.
[10] Bohéries, in Picardia, dioec. Suessionen., *OC*, 64.
[11] Celebris abbatia monialium cist. *GC*, VII, 899.
[12] Igny, in dioec. Remen., *OC*. 14.
[13] Foigny, in dioec. Laudunen., *OC*, 10,
[14] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 67.
[15] Cf. supra stat. 60.
[16] Val-Verde, in Castella, dioec. Palentin., *OC*, 158.
[17] S. M. de Valmagne, in Languedocio, dioec. Montispessulan., *OC*, 138.
[18] Calers, in dioec. Riven., *OC*, 115.

Abbas Sancti Iohannis de Thauroca [1] et abbas de Salseda [2] qui hoc anno non venerunt ad Capitulum generale poenam peragant, etc. Abbas de Morerola [3] hoc eis denuntiet. 67

Querela abbatis Claraevallis contra abbatem de Crista [4] super nece cuiusdam conversi et aliis hoc negotium contingentibus, committitur de Tribus Fontibus [5] et de Clarofonte [6] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. 68

Querela abbatissae de Rurembe [7] contra monachos, conversos et servientes abbatum de Dania [a], videlicet de Herivado [8], de Tuta Valle [9] et de Cara Insula[10], committitur de Valle Sancti Petri[11] et Campensi[12] abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes rei veritatem inquirant et in plenitudine potestatis quae corrigenda repererint studeant emendare, et quid inde, etc. 69

Abbas de Capella[13] in Flandria qui conversum deprehensum in proprietate ultra summam in Usibus constitutam emisit cum habitu, levem culpam peragat tribus diebus uno eorum in pane et aqua, et dictum conversum redigat in familiarem. 70

Querela abbatis de Esrom[14] contra abbatem de Hilda[15] committitur de Novo Campo[16] et de Herivado[17] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. 71

Querela quae vertitur inter abbatem Claraevallis et abbatem 72

---

67 : *P*¹.
68 : *P*¹.
69 : *P*¹. [a] Dacia : *Ms. perp. pro Dania.*
70 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*W*.
71 : *P*¹.
72 : *P*¹.

---

[1] S. Joannes de Tarouca, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 61.
[2] Salzedas, in dioec. Lamecen., *OC*, 143.
[3] Cf. supra stat. 60.
[4] La Creste, in dioec. Lingonen., *OC*, 10.
[5] Trois-Fontaines, in dioec. Catalaunen., *OC*, 6.
[6] Clairefontaine, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 24.
[7] Cf. infra, ann. 1241, stat. 26.
[8] Herrevad, in Dania, dioec. Lunden., *OC*, 80.
[9] Twis Kloster, in Jutia Daniae, dioec. Ripen., *OC*, 146.
[10] Seu Oem, in Jutia septentr. dioec. Arusien., *OC*, 154.
[11] Seu Heisterbach, in dioec. Colonien., *OC*, 189.
[12] Vetus Campus, in dioec. Colonien, *OC*, 11.
[13] Seu Thosan, Ter Doest, in dioec. Brugen, *OC*, 173.
[14] In Dania, dioec. Roskilden, *OC*, 136.
[15] Seu Eldena, in Pomerania, dioec. Caminen., *OC*, 203.
[16] Neuenkamp, in Pomerania, dioec. Sverinen., *OC*, 236.
[17] Cf. supra stat. 69.

Villarii [1] in Brabantia super filiatione abbatiae monialium quae dicitur Camera Beatae Mariae [2], committitur de Balanciis [3] et de Aureavalle [4] abbatibus, qui ad locum personaliter accedentes pace vel iudicio terminent causam, et quid inde, etc.

73 Abbas Fontisfrigidi [5] qui renuit ascendere ad matrem suam Grandisylvam [6], ad quam fuerat electus, licet de rigore Ordinis esset deponendus, quia tamen iustissimas [a] causas ipsum habere certum est, parcitur ei a [b] depositione, tamen tribus diebus sit in levi culpa uno eorum in pane et aqua, sententia in Usibus tamen super [c] hoc constituta in suo robore permanente.

1241

Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo, acta sunt haec in Cistercio tempore Capituli generalis [a].

1 Conventus numquam exeat in forma processionis suscipendo reges vel praelatos, vel [a] alias personas quin semper crux cum lumine, thuribulo et aqua benedicta praecedat [b].

2 Finita Prima dicatur *Aspice Domine* et *Salve Regina* in choro omnibus stantibus in suis locis [a], versis vultibus ad altare et semoti a podio dum dicitur *Salve Regina*, et id quod solebat [b] fieri post capitulum dimittatur.

3 Pro venerabilibus patribus nostris qui imperiali carceri mancipantur, abbatibus videlicet Cisterciensi [a], Claraevallis et de Pietate Dei, et eorum sociis et familia [b] dicatur a singulis monachis nostris singulis diebus *Veni Creator Spiritus*, et [c] *Pater noster*,

73 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] iustissimas... certum : *deest* *L*¹. [b] a depositione tamen : *deest* *L*¹. [c] super hoc : *deest* *L*¹.

1241. [a] *Hic titulus apud P*¹ *tant.*; *apud P*¹⁰ *legimus* : Ex anno 1241. S. Sede vacante. S. Bonifacio abbate Cistercii 23. Anno 1241 haec statuta sunt apud Cistercium in Capitulo generali.

1 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] alios : *L*¹. [b] praecedatur : *L*².

2 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] locis : *deest* *P*¹⁰. [b] solet : *P*¹⁰.

3 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Cistercii : *L*¹*P*¹. [b] famulis : *L*¹. [c] Pater noster : *deest* *L*¹.

[1] Villers, in Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[2] La Cambre, prope Bruxellas, *GC*, V, 71.
[3] Seu Valloriae, Valloires, in Picardia, dioec. Ambian., *OC*, 52.
[4] Orval, in Belgio, dioec. Namurcen., *OC*, 23.
[5] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[6] Grandselve in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.

et *Deus qui corda*; et a conversis *Miserere mei Deus*, et *Pater noster*, et in singulis abbatiis unaquaque hebdomada una missa de Spiritu Sancto a cantore prout melius potuerit [d] distribuenda.

Statuitur ut liceat abbatibus visitatoribus, licet patres non 4
sint, tempore visitationis in choro monachos excitare.

Verbum illud [a] quod ponitur distinctione secunda ultimo capi- 5
tulo, quod abbates monacham non benedicant, intelligendum est de benedictione illa solemni quae dicitur consecratio et [b] pertinet ad solos episcopos. Benedictionem autem illam quae fit super novitias Ordinis elapso anno probationis, et [c] mutationem habitus, facient [d] super moniales patres abbates vel visitatores ipsorum vel alii abbates nostri Ordinis de ipsorum licentia speciali.

Inhibetur districte auctoritate Capituli generalis ne monachi 6
vel conversi alicui personae quae non sit de Ordine nostro, audeant [a] confiteri nisi propriis abbatibus et aliis confessoribus Ordinis secundum consuetudinem hactenus in Ordine conservatam. Moniales [b] vero nulli alii confiteantur nisi ad nutum patris abbatis vel visitatoris secundum quod in Usibus continetur.

Iniungitur patribus abbatibus ut filios moneant diligenter 7
et inducant ut salvis constitutionibus et Ordinis libertate, residuum subventionis domui Cistercii factae, quod ipsi [a] non solverunt, afferant et solvant sequenti Capitulo generalis, ne aliis qui solverunt detur materia murmurandi.

Districte praecipitur ut quarto idus iulii anniversarium comi- 8
tissae Blesensis fiat sedendo, sicut fuit alias iniunctum per Ordinem universum et pro ipsa celebrant universi.

Petitio regis Franciae [1] de festo Sanctae Coronae in regno suo 9
faciendo cum duabus missis in crastino sancti Laurentii exauditur [a]; conversi tamen laborabunt.

---

[d] providerit: L^1.

4: $L^1L^2MP^1P^{10}$.

5: $L^1MP^1P^{10}$. [a] id: L^2P^{10}. [b] ut: P^{10}. [c] ut: P^{10}. [d] facerent: P^{10}.

6: $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] audeat: L^2. [b] *Haec statuti pars legitur apud* D^1 *gallice et ad ann.* 1235 assignata.

7: $L^2MP^1P^{10}$. [a] ipsi: *deest* P^{10}.

8: P^1.

9: P^1T^5. [a] *hic desin.* T^5.

---

[1] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.

10 Pro rege Franciae et regina matre eius et regina uxore eius et liberis eorum dicatur a singulis sacerdotibus nostri Ordinis una missa de Beata Virgine et ab omnibus clericis septem psalmi, et a conversis septies *Miserere mei Deus*; hiis orationibus associantur rex et regina Angliae et liberi eorum, rex et regina Arragoniae [1], rex et regina Scotiae [2] et comes et comitissa de Hest, et dominus Adam de Bellomonte et uxor eius et pater eius et mater eius, et Gaufridus civis Viennensis qui largam eleemosynam fecit hoc anno Capitulo generali.

11 Statuitur ut in illis casibus, in quibus incarcerantur monachi, si moniales in illis inciderint, similiter carceri mancipentur.

12 Pro inclytae memoriae Philippo [3] rege Franciae et rege Ludovico [4] filio eius: et domino Alphonso [5] rege Castellae et regina uxore eius, et antecessoribus suis, et pro bonae memoriae Richardo [6] rege Angliae dicatur a singulis sacerdotibus una missa pro defunctis, prima collecta *Inclina Domine*, secunda *Fidelium Deus*; huic missae associatur dominus Robertus de Bellomonte.

13 Pro domino episcopo Calinensi [7] de Ordine nostro conceditur post eius obitum a singulis sacerdotibus una missa per Ordinem universum.

14 Domino Radulpho Nivernensi [8] episcopo iam defuncto, cui concessum fuerat plenarium servitium a generali Capitulo, persolvatur.

15 Ut Dominus tribuat comitissae Flandriae et principissae Achaiae sobolem desideratam dicantur a singulis monachis Ordinis nostri septem psalmi, et a conversis septies *Pater noster*; huic orationi associantur dominus et domina Wangionisrivi, qui hoc ipsum devote quaesierunt.

10: P^1.
11: $L^1L^2MP^1P^{10}$.
12: P^1.
13: P^1.
14: P^1
15: $L^2MP^1P^{10}W$. [a] Achayae: P^1P^{10}.

---

[1] Jacobus I, † 1276.
[2] Alexander III, † 1286.
[3] Philippus-Augustus, 1180-1223.
[4] Ludovicus VIII, 1223-1226.
[5] Alphonsus III, † 1214.
[6] Richardus I, † 1199.
[7] Petrus (?), *SE*, 870; *HC*, I, 157.
[8] Rudolphus de Beauvais, 1232, † 1239 nov. 19; *SE*, 585; *HC*, I, 368.

Mandatum quod Cisterciensis et Claraevallis abbates mandaverunt de visitationibus faciendis et abbatibus creandis in filiabus ipsorum vacantibus, ratum habet et approbat Capitulum generale. **16**

De negotio Pontigniacensi committitur abbati Firmitatis, ut ipse scribat ubi et quando et prout viderit expedire, auctoritate Capituli generalis, tam pro sancto canonizando [1] quam pro causa quam habent contra abbatem et conventum Sancti Petri [a] [2] Antissiodorensis [b]. **17**

Abbati de Firmitate potestas datur a Capitulo generali quod ipse scribat ex parte Capituli generalis prout viderit expedire super subventione facienda in victualibus et aliis necessariis, domino Cistercii et Claraevallis et de Pietate Dei [a] [3] abbatibus, monachis et conversis et familiae suae, et Capitulum tenetur expensas refundere de communi. **18**

Conversus ille pessimus qui abbatem Everbacensem [a] [4] tam enormiter mutilavit, si ullo modo capi potuerit, perpetuo carceri mancipetur, et ad hoc etiam faciendum, si necesse fuerit, saeculare invocetur brachium [b]; si qui vero fautores [c] huius sceleris potuerint inveniri, eadem sententia puniantur; omnes autem fautores [d] et complices occulti et manifesti excommunicentur per omnes abbatias Allemaniae candelis accensis. **19**

Scribatur dominis Leodiensi [5] et Cameracensi [6] quod cum domus monialium de Vivario [7] non sit associata Ordini, nec habeat unde aliquo modo possit in abbatiam redigi, non habeant pro malo si petitionem ipsorum super hoc non possumus exaudire. **20**

---

16 : $L^2MP^1P^{10}$.
17 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Sancti-Petri : *deest* P^1. [b] Autissiodorensis : *M*.
18 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Petra-Dei : L^1.
19 : $L^2MP^1P^{10}W$. [a] Verbacensem : $L^2MP^1P^{10}$. [b] brachium : *deest* P^{10}. [c] factores : P^{10}. [d] factores : L^2P^1.
20 : $L^2MP^1P^{10}W$.

---

[1] i. e. de sancto Edmundo, Cantuar. archiep. † 16 nov. 1240.
[2] Cf. *GC*. XII, 434.
[3] Alias Spallum, l'Epau, in dioec. Cenomanen., *OC*, 232.
[4] Eberbach, in Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.
[5] Robertus de Thorote, Leod. episc. 1240-1246, *SE*, 249; *HC*, I, 301.
[6] Guido de Lauduno, Camerac. episc. 1238-1249, *SE*, 527; *HC*, I, 160.
[7] Ord. cist. associata postea, et facta abbatia monialium, in Belgio, dioec. Namurcen., in loco Marche-les-Dames dicto, *GC*, III, 609.

21 Querela abbatis de Welgrana [1] contra abbatissam de Porta Coeli [2] committitur de Boc [3] et de Oceth [4] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

22 Inspectio abbatiae de Meringe [5] pro qua dominus Papa scripsit Capitulo generali committitur de Legni [6] et de Bo[ch] [7] abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes pensatis omnibus, et quid inde, etc.

23 Petitio marchionis de Hest qui rogat orari pro filio suo imperiali carceri mancipato, et ut Deus det illi sobolem, exauditur ita quod associatur aliis pro quibus iniuncta est oratio specialis.

24 Quia spes est quod abbatia monialium de Marcilliaco [8] possit in futurum proficere, dissimulatur ad praesens ne omnino expiret, ita tamen quod provideat pater abbas de clausura abbatiae versus villam, ne ingressum vel egressum habeant saeculares unde possit scandalum vel infamia generari, et domos propinquiores faciant amoveri. Pater abbas secum advocet abbatem Quintiaci [9], et quid inde, etc.

25 Quatuor pueri abbatum venientium ad Capitulum generale videlicet duo abbatis de Carreria[10], tertius abbatis de Bufestria[11], quartus abbatis de Doncella[12], qui manus violentas iniecerunt in conversum de Vallelucenti[13], a servitio Ordinis penitus absolvantur; monachus de Stanleia[14] tribus diebus faciat levem

---

21 : P^1.
22 : P^1.
23 : P^1.
24 : P^1.
25 : P^1.

---

[1] Welehrad, in Moravia, dioec. Olomucen., *OC*, 211.
[2] Himmelspforten, seu Tischnowitz, in dioec. Brunen., *SM*, XXXVII, 40.
[3] Zircium, Zircz, alias de Curc in Bokan, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 181.
[4] Ossecum, Ossegg, in Bohemia, dioec. Litomericien., *OC*, 197.
[5] Medingen, abbatia monialiune in dioec. Verden., *SM*, XXXVII, 28.
[6] Leninum, in dioec. Brandenburgen., *OC*, 182.
[7] Seu Buch, alias Vallis Aegidii, in Saxonia, dioec. Misnen., *OC*, 195.
[8] Marcilly, in dioec. Aeduen., *GC*, IV, 502.
[9] Quincy, in dioec. Senonen., *OC*, 27.
[10] Quarraria, Quarr Abbey, in Vecta insula, *OC*, 99.
[11] Buckfasta, Buckfastleigh, in dioec. Exonien., *OC*, 103.
[12] Dunkeswella, Dunkeswell Abbey, in dioec. Exonien., *OC*, 206.
[13] Vauluisant, in dioec. Senonen., *OC*, 16.
[14] Stanleia in Arderna, Stoneley, in dioec. Wigornien., *OC*, 137.

culpam qui, ut dicebatur, alios promovit ad rixam. Abbas suus hoc ei denuntiet.

Monachus et conversi [a] de Herivado [b] [1], de Tutavalle [2] et de Cara Insula [c] [3] in Dacia [d], qui abbatiam monialium de Runemonde [e] [4] exierunt post coenam, et intraverunt tabernam ubi minus honeste et in scandalum Ordinis se habuerunt usque ad mediam noctem, omni sexta feria sint in pane et aqua, et ultimi omnium [f] per annum in propriis abbatiis, et in capitulo semel in hebdomada accipiant disciplinam [g]. Abbas de Eseron [5] hoc eis denuntiet. 26

Inspectio domus extra septa monasterii de Quintiaco [6] aedificatae, in qua petit habitare domina de Brona, committitur de Fonteneto [7] et de Moris [8] abbatibus, ut inde faciant quod secundum Deum viderint expedire. 27

Querela abbatis de Miratorio [9] contra abbatem de Roseriis[10] committitur de Firmitate et de Cassania[11] abbatibus, et quid inde, etc. 28

Abbas de Fullens[12] qui anno praeterito non venit nec se excusavit, poenam peragat, etc. 29

Querela inter abbatem Mortuimaris[13] et abbatem Vallis Beatae Mariae[14] committitur de Curia Dei[15], de Ursicampo[16] et de Frigi- 30

---

26 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*W*. [a] conversus : *L*¹. [b] Hervada : *L*¹; Erivadio : *L*²; Erivado : *MP*¹⁰*W*. [c] Chara Insula : *MW*. [d] Dacra : *P*¹⁰. [e] Trimemunde : *L*¹. [f] omnium : *deest P*¹. [g] *hic desin. L*¹.

27 : *P*¹.

28 : *P*¹.

29 : *P*¹.

30 : *P*¹.

---

[1] Herivadum, Herrevad, in Dania, dioec. Lunden., *OC*, 80.

[2] Twis kloster, in Jutia, dioec. Ripen., *OC*, 146.

[3] Seu Oem, in Jutia, dioec. Arusien., *OC*, 154.

[4] Abbatia vocata Het Munster, prope Ruremundum, *GC*, V, 389.

[5] Esrom, in Dania, dioec. Roskilden., *OC*, 136.

[6] Cf. supra stat. 24.

[7] Fontanetum, Fontenay, in dioec. Divionen., *OC*, 8.

[8] Morae, Mores, in dioec. Trecen., *OC*, 135.

[9] Le Miroir, in dioec. Aeduen., *OC*, 20.

[10] Rozières, in dioec. S. Claudii, *OC*, 26.

[11] La Chassagne, in dioec. Bellicen., *OC*, 147.

[12] Fulium, Feuillant, in Languedocio, dioec. Riven., *OC*, 157.

[13] Mortemer, in Normannia, dioec. Rotomagen., *OC*, 48.

[14] N.-D. du Val, in dioec. Versalien., *OC*, 42.

[15] La Cour-Dieu, in dioec. Aurelianen., *OC*, 6.

[16] Ourscamp, in dioec. Bellovacen., *OC*, 47.

domonte [1] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

31 De abbate Sancti Stephani [2] in Constantinopoli de quo plura sinistra et enormia dicuntur, committitur de Sancto Angelo [3] et de Rufinia [4] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes in plenitudine potestatis auctoritate Capituli generalis, tam in capite quam in membris quae corrigenda et reformanda fuerint corrigant et reforment.

32 Querela abbatis Obazinae [5] contra abbatem Vallislucidae [6] de Bosqueto, committitur de Dalone [7] et de Albiniaco [8] abbatibus, pace vel iudicio terminanda et quid inde, etc.

33 Inspectio abbatiae monachorum de Valle de Nutibus [9] quam vult aedificare nobilis vir comes Rossilionis, committitur abbatibus Borbonae[10] et Calercii[11] ut ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc., et sit filia Fontisfrigidi[12]

34 Inspectio abbatiae monialium Boniloci pro qua rogat rex Arragoniae et consules Montis pessulani Ordini incorporanda, committitur Francharum vallium[13], et Fontisfrigidi[14] et de Vallemagna[15] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc.

35 Committitur de Sarraca[16] et de Danfenis[17] abbatibus, quod si

---

31 : *P*[1].
32 : *P*[1].
33 : *P*[1].
34 : *P*[1].
35 : *P*[1].

---

[1] Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.
[2] Cf. *OC*, 215.
[3] Non procul a Constantinopoli, *OC*, 219.
[4] Iuxta Constantinopolim, et cum praecedente saepe confusum, *OC*, 219.
[5] Obazine, in dioec. Tutelen., *OC*, 106.
[6] Vauluisant, alias Boschetum, in dioec. Claromontan., *OC*, 201.
[7] Dalon, in dioec. Tutelen., *OC*, 147.
[8] Aubignac, in dioec. Bituricen., *OC*, 149.
[9] Vallis bona, Valbonne, in comitatu Rossilionis, dioec. Perpinianen., *OC*, 244.
[10] Boulbonne, in dioec. Tolosan., *OC*, 123.
[11] Calers, in dioec. Riven., *OC*, 115.
[12] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[13] Franquevaux, in Languedocio, dioec. Nemausen., *OC*, 73.
[14] Cf. stat. praec.
[15] S. M. de Vallemagne, in Languedocio, dioec. Montispessulan., *OC*, 138.
[16] De Saracaz, in dioec. Corinthien., *OC*, 227.
[17] S. M. de Dalphino, Daphni, in Attica et antiq. dioec. Athenien., *OC*, 214.

invenerint fugitivos minus ordinate incedentes moneant ipsos reverti ad propria, quod si reverti noluerint ipsos denuntient excommunicatos, et faciant ab aliis evitari, vel alios coerceant prout viderint expedire, et in hoc faciendo alter alterum non expectet. Abbas de Danfenis hoc collegae suo denuntiet.

Inspectio abbatiae monialium quae dicitur Locus Pacis [1], pro qua petit dominus Leodiensis [2], committitur de Alna [3] et de Villari [4] abbatibus ut ad locum personaliter accedentes pensatis omnibus, etc., et sit filia Claraevallis. 36

Querela abbatissae Bituminis [5] et priorissae Boniloci [6] contra priorissam Montaniae, committitur de Cassania [7] et de Miratorio [8] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. 37

Querela abbatis Trium Fontium [9] contra abbatem de Chiminon[10] committitur de Fonteneto[11], de Ursicampo[12] et de Vaucler[13] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. 38

Abbatibus de Mongala[14] et de Henrico[15] quorum domus combustae sunt a Tartaris et destructae, qui venire consueverant de triennio in triennium ad Capitulum generale, superaddimus duos annos de gratia ad praesens, antiqua tamen consuetudine in suo robore permanente. 39

Inspectio abbatiae[16] monialium pro qua rogat domina regina 40

---

36 : *P*[1].
37 : *P*[1].
38 : *P*[1].
39 : *P*[1].
40 : *P*[1].

---

[1] Seu potius Pax Dei, in Belgio, dioec. Leodien., *GC*, III, 1037.
[2] Robertus de Thorote, Leod. episc. 1240, † 1246, *SE*, 249 ; *HC*, I, 301.
[3] Aulne, in Belgio, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[4] Villers-en-Brabant, in dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[5] Le Beton, *GC*, XVI, 651.
[6] In dioec. Valentinen., *GC*, XVI, 347.
[7] N.-D. de la Chassagne, in dioec. Bellicen., *OC*, 147.
[8] Le Miroir, in dioec. Aeduen., *OC*, 20.
[9] In dioec. Catalaunen., *OC*, 6.
[10] Cheminon, in dioec. Catalaunen., *OC*, 49.
[11] Fontenay, in dioec. Divionen., *OC*, 8.
[12] Ourscamp, in dioec. Bellovacen., *OC*, 17.
[13] Vallis Clara, Vauclair, in dioec. Suessionen., *OC*, 32.
[14] Seu Mogila, Clara Tumba, in Polonia, dioec. Cracovien., *OC*, 224.
[15] Heinrichau, in dioec. Vratislavien., *OC*, 229.
[16] Lilium vocata, in dioec. Senonen., *GC*, XII, 247.

Franciae committitur de Karoliloco [1] et de Frigidomonte [2] abbatibus, ut ad locum personaliter accedant pensatis omnibus, etc.

41 Indulgetur abbati Fontis Moriniaci [a] [3] cuius domus pluribus infortuniis est afflicta et debitis obligata, ut non teneatur usque ad triennium ad commorandum in domo sua hospites retinere.

42 Conceditur abbati de Altofonte [4] ut anniversarium J[ohannae] [5] comitissae Flandriae et sororis suae dominae de Dopna petra [6] post obitum earum fiat in domo sua. Hoc idem conceditur abbati Sancti Prudentii [7] de fundatore suo.

43 Abbates Villae longae [8], de Monte salutis [9] et de Salzezade[10] qui hoc anno non venerunt ad Capitulum generale poenam peragant, etc.

44 Abbatissae quae contra statutum Capituli generalis usae sunt curribus, viginti diebus sint extra stallum abbatissae, et tribus diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Visitatores earum hoc eis denuntient, et faciant observari.

45 De abbate de Kemer[11] qui noluit conversum ad se missum pro dispersione conventus, cum tamen ipse haberet conventum, committitur abbati de Margan[12] ut ad locum personaliter accedens corrigat in plenitudine potestatis.

46 Querela abbatis de Accubatia[13] contra abbatem de Spina[14]

---

41 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Fontismorum : *L²P¹P¹⁰*.
42 : *P¹*.
43 : *P¹*.
44 : *L¹P¹*.
45 : *P¹*.
46 : *P¹*.

---

[1] Chaalis, in dioec. Bellovacen., *OC*, 44.
[2] Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.
[3] Fontmorigny, in dioec. Bituricen., *OC*, 115.
[4] Haute-Fontaine, in dioec. Catalaunen., *OC*, 41.
[5] Johanna de Constantinopoli dicta, † 1244.
[6] Margarita, Willelmi de Dampetra uxor, † 1280.
[7] In Veteri Castella, dioec. Calaguritan., *OC*, 145.
[8] Villelongue, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 122.
[9] Monsalud, in Castella nova, dioec. Conchen., *OC*, 65.
[10] Salzedas, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 143.
[11] Kemmer Abbey, Chemerium, in Wallia, dioec. Bangoren., *OC*, 202.
[12] In Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 107.
[13] Alcobatia, in Lusitania, dioec. Ulixbonen., *OC*, 110.
[14] Espina, in Legione, dioec. Palentin., *OC*, 108.

committitur de Ursaria [1] et de Salzeda [2] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

Querela abbatis Sancti Marcelli [3] contra abbatem de Garda Dei [4] committitur de Grandisylva [5] et de Bellapertica [6] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. 47

Querela abbatis de Burio [7] contra abbatem Vallis Paradisi [8] committitur de Merorale [9] et de Salzezade[10] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas de Salzezade hoc ei denuntiet. 48

Querela abbatis de Esron[11] contra abbatem de Dobra[12] committitur de Herivado[13] et de Novo campo[14] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, ut ad locum personaliter accedentes inquirant de omnibus pertinentibus ad praenominatam querelam, ita quod si dictam querelam pace vel iudicio non potuerint terminare, causam instructam deferant Capitulo generali, et quid inde, etc. 49

Querela abbatis Lavacensis[15] contra abbatem Fontisclari[16] committitur de Escarpio[17] et de Populeto[18] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas de Rota[19] hoc eis denuntiet. 50

---

47 : *P*¹.
48 : *P*¹.
49 : *P*¹.
50 : *P*¹

---

1 Osera, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 63.
2 Cf. supra stat. 43.
3 In dioec. Cadurcen., *OC*, 172.
4 In dioec. Montisalban., *OC*, 122.
5 Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
6 Belleperche, in Vasconia, dioec. Montisalban., *OC*, 75.
7 Bouro, in Lusitania, dioec. Bracharen., *OC*, 158.
8 Valparayso, in Legione, dioec. Zamoren., *OC*, 131.
9 Morerola, Moreruela, in Legione, dioec. Zamoren., *OC*, 23.
10 Cf. supra stat. 43.
11 Esrom, in Dania, dioec. Roskilden., *OC*, 136.
12 Doberan, in dioec. Sverinen., *OC*, 161.
13 Herrevad, in Dania, dioec. Lunden., *OC*, 80.
14 Neuencamp, in Pomerania, dioec. Sverinen., *OC*, 236.
15 Labaciae, La Baix, in Catalonia, dioec. Ileriden., *OC*, 227.
16 Alias Sancta-Fides, Santa Fé, in Aragonia, dioec. Ilerden., *OC*, 226.
17 Scarpium, Escarpe, in Catalonia, dioec. Ilerdensi, *OC*, 217.
18 Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.
19 Seu Rueda, in Aragonia, dioec. Oscen., *OC*, 134.

51 Querela abbatis de Salzezade [1] contra abbatem Sancti Ioannis de Taurocha [2] committitur de Accubatia [3] et de Turre Aquilari [4] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas de Accubatia hoc collegae suo denuntiet.

52 Querela abbatis de Valle Sancti Lamberti [5] contra abbatissam de Bonefia [6] committitur de Elna [7] et de Chamberon [8] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas de Elna hoc collegae suo denuntiet.

53 Querela abbatissae de Oriente [9] contra abbatissam de Valle Sancti Tredonis[10] committitur de Villari[11] et de Elna abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

54 Querela abbatis de Boheriis[12] contra abbatissam de Ponte Beatae Mariae[13] committitur de Longoponte[14] et de Valleclara[15] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc.

55 Abbati de Igniaco[16] conceditur ut usque ad triennium hospites recipere minime teneatur.

56 Querela abbatis de Cumba[17] contra abbatem de Pipinella[18] committitur de Wulburna[19] et de Gardona[20] abbatibus, pace vel

---

51 : *P*[1].
52 : *P*[1].
53 : *P*[1].
54 : *P*[1].
55 : *P*[1].
56 : *P*[1].

---

[1] Cf. supra stat. 43.
[2] In Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 61.
[3] Cf. supra, stat. 46.
[4] Seu S. M. de Aquilis, de Aguiar, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 153.
[5] In Belgio, dioec. Leodien., *OC*, 207.
[6] Boneffe, in Belgio, dioec. Namurcen., *GC*, III, 600.
[7] Leg. Alna, Aulne, in Belgio, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[8] Camberona, Cambron, in dioec. Tornacen., *OC*, 113.
[9] Orienten, in Brabantia, dioec. Mechlinien., *GC*, III, 1042.
[10] Alias Ter Beeck, Becana, in dioec. Leodien., *GC*, III, 1031.
[11] Villers-en-Brabant, in dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[12] Boheries, in Picardia, dioec. Suessionen., *OC*, 64.
[13] Seu Pons Dominarum, Pont-aux-Dames, in dioec. Melden., *GC*, VIII, 1724.
[14] Longpont, in dioec. Suessionen., *OC*, 22.
[15] Vauclair, in dioec. Suessionen., *OC*, 32.
[16] Igny, in dioec. Remen., *OC*, 14.
[17] Combe Abbey, in dioec. Conventren., *OC*, 121.
[18] Pipewell, in dioec. Lincolnien., *OC*, 76.
[19] Woburn, in dioec. Lincolnien., *OC*, 83.
[20] Geroldonia, Garendon, in dioec. Conventren., *OC*, 30.

iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas de Brueria [1] hoc eis denuntiet.

Querela abbatis Condramare [2] contra abbatem de Elacreysse [3] committitur de Bindevallibus [4], de Cyrtedane [5] et Rufordia [6] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. Abbas de Rufordia hoc collegis suis denuntiet. **57**

Querela abbatis de Dalon [7] contra abbatem de Petrosa [8] committitur de Albispetris [9] et de Albiniaco[10] abbatibus, pace vel iudicio terminanda, et quid inde, etc. **58**

Inspectio abbatiae monialium pro qua vir venerabilis abbas Corbyensis[11] rogavit Capitulum generale, committitur de Lucha[12] et de Hersenhose[13] abbatibus ut ad locum personaliter accedentes pensent ea quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, et quid inde, etc. **59**

Inspectio abbatiae monialium pro qua archiepiscopus Salzeburgensis[14] rogavit Capitulum generale committitur de Runa[15] et de Sitich[16] abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes mittant ibi conventum si viderint expedire, non expectata super hoc ulterius licentia Capituli generalis, et quid inde, etc. Abbas de Fonte Sanctae Mariae[17] hoc eis denuntiet. **60**

---

57 : *P*[1].
58 : *P*[1].
59 : *P*[1].
60 : *P*[1].

---

[1] Bruern, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[2] Combermere, in dioec. Conventren., *OC*, 100.
[3] Dieulacres, in dioec. Conventren., *OC*, 142.
[4] Bildwas, in dioec. Cestren., *OC*, 102.
[5] Vallis S. Mariae de Crokesden, in dioec. Lincolnien., *OC*, 176.
[6] Rufford, in dioec. Eboracen., *OC*, 112.
[7] In dioec. Tutelen., *OC*, 147.
[8] La Peyrouse, in dioec. Petragoricen., *OC*, 134.
[9] Aubepierre, in dioec. Lemovicen., *OC*, 115.
[10] Aubignac, in dioec. Bituricen., *OC*, 149.
[11] Radulfus I, cf. *GC*, X, 1279.
[12] Luca, Loccum, in dioec. Minden., *OC*, 151.
[13] Hardehausen, in Westphalia, dioec. Paderburnen., *OC*, 60.
[14] Eberhardus de Regensberg, 1200-1246, *SE*, 307 ; *HC*, I, 432.
[15] Reun, in Styria, dioec. Secovien., *OC*, 17.
[16] Sittich, in Carniola, dioec. Labacen., *OC*, 42.
[17] Seu Landstrass, in Carniola, dioec. Labacen., *OC*, 247.

61 Abbas de Prato [1] et de Briotel [2] quibus fuit commissa inspectio abbatiae monialium pro qua vir nobilis dominus Matheus de Roya rogavit Capitulum generale iterato ad locum accedant, et pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, mittant illuc conventum si viderint expedire, non expectata super hoc ulterius licentia Capituli generalis.

62 Inspectio abbatiae monialium quae construi debet iuxta villam quae vocatur Dikemne [3] pro qua comitissa Flandriae rogavit Capitulum generale, committitur de Dunis [4], de Capella [5] et de Laude Dei [6] abbatibus ut ad locum personaliter accedentes pensatis omnibus, et quid inde, etc.

63 Inspectio loci monialium quem vult acquirere abbas Morimundi iuxta Mediolanum [7], committitur de Caravalle [8] et de Charreto [9] abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes inspiciant et considerent diligenter si hoc fieri potuerit oportune et sine scandalo, et inde faciant quod domui et Ordini noverint expedire, et quid inde, etc. Abbas Morimundi hoc eis denuntiet.

64 Inspectio abbatiae monialium quae Suemhem[10] appellatur, pro qua archiepiscopus Coloniensis[11] rogavit Capitulum generale, committitur Bergensi[12] iuxta Metis et de Claustro[13] abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes pensent diligenter ea quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, et quid inde, etc.

65 Inspectio abbatiae monachorum quam petit aedificari vir de-

---

61 : *P*1.
62 : *P*1.
63 : *P*1.
64 : *P*1.
65 : *P*1.

---

1 Bellum Pratrum, Beaupré, in dioec. Bellovacen., *OC*, 38.
2 Seu Alnetum, Lannoy, in dioec. Bellovacen., *OC*, 103.
3 Cf. ann. praec. stat. 42.
4 Les Dunes, in Belgio, dioec. Brugen., *OC*, 51.
5 Alias Thosan, Ter Doest, in dioec. Brugen., *OC*, 173.
6 Loos, in dioec. Cameracen., *OC*, 116.
7 Morimundus Coronatus, in dioec. Mediolanen. , *OC*, 33.
8 Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
9 Ceretum, Cerredo, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 43.
10 An legend. Düsseren. in dioec. Colonien. ? *SM*, XXXVII, 10.
11 Conradus de Hochstaden, 1238-1261, *SE*, 270 ; *HC*. I, 198.
12 Vetus Mons, Altenberg, in dioec. Colonien., *OC*, 29.
13 Seu Himmerod, in dioec. Treviren., *OC*, 31.

votus Augerius de Orelore, committitur de Roca [1] et de Hirantio [2] abbatibus ut ad locum personaliter accedentes, et pensatis omnibus quae secundum formam Ordinis sunt pensanda mittant illuc conventum de Oliva [3], si viderint expedire ; quod si locus aptus fuerit ad abbatiam construendam, et abbas de Oliva ibi noluerit aut non potuerit conventum instituere, abbas de Scala Dei [4] conventum ibi constituat, si hoc fieri potest cum pace abbatis et conventus de Oliva, et sit filia Scalae Dei.

Abbati Bergensi [5] conceditur a Capitulo generali post duos annos proximo venturos revocare conversum pro quo veniam petiit a Capitulo generali, si tamen medio tempore se habuerit honeste. **66**

Negotium abbatis Sancti Thomae de Torcellana [6] committitur de Columba [7], de Fontevivo [8] et de Brondolio [9] abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes, tam apud ducem Venetiarum quam apud consiliarios eius negotium dicti abbatis promoveant, et litteras Capituli generalis hoc negotium continentes eisdem ostendant, et quid inde, etc. **67**

Pro conspiratione quae orta est in domo de Superaddo[10] per cellerarium dictae domus et complices duos, fiant litterae Capituli generalis regi et reginae Castellae, ut pietatis intuitu abbati dictae domus assistant et dictos malefactores compescant ; abbates vero Hispaniae dictos cellerarium et complices suos denuntient excommunicatos, et tamquam excommunicatos eos faciant, prout potuerint melius, evitari. **68**

Correctio monachorum de Cliento[11] qui contra abbatem pro- **69**

---

66 : *P*¹.
67 : *P*¹.
68 : *P*¹.
69 : *P*¹.

---

[1] Seu Rota, Rueda, in Aragonia, dioec. Oscen., *OC*, 134.
[2] Irancium, Iranzu, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 176.
[3] La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119.
[4] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[5] Vetus Mons. cf. supra stat. 64.
[6] S. Tommaso, in ditione Venetorum, *OC*, 213.
[7] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[8] In ducatu et dioec. Parmen., *OC*, 68.
[9] Brundulum, Brondolo, in paludibus Venetiarum, dioec. Fossae Clodiae, *OC*, 232.
[10] Superatum, Sobrado, in Gallecia. dioec. Compostellan., *OC*, 67.
[11] Cliente, in Piceno, dioec. Camerinen., *OC*, 66.

prium dicuntur enormiter deliquisse, committitur de Fontevivo [1] et de Castaneala [2] abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes inquirant diligenter de omnibus excessibus eorumdem et quae corrigenda repererint corrigant in plenitudine potestatis, et quid inde, etc.

70 De monacho huius domus qui cedulam accusatoriam ad accusandum abbatem tradidit cuidam abbati, committitur priori Cistercii ut ipsum puniat secundum quod de huiusmodi delinquentibus in Ordine est statutum.

71 Abbas Sancti Iohannis de Tarouca [a] [3] qui abbatem de Salzeda [4] proclamavit quod monachum suum extumulaverat, cum tamen confessus sit, quod dictus monachus penes se haberet cucullam et sexaginta solidos, quadraginta diebus sit extra stallum abbatis et sex diebus in levi culpa duobus eorum in pane et aqua.

72 De abbate de Esron [a] [5] qui quemdam monachum Claraevallis sine licentia abbatis sui dicitur in abbatem promovisse, committitur abbati Claraevallis [b], sive visitatori qui mittetur a Claravalle, ut ad locum personaliter accedens de facto diligenter inquirat, et veritate reperta faciat tam de creante quam de creato quod secundum formam Ordinis noverit faciendum, et quid inde, etc.

73 De abbate de Rietenhasela [6] qui dicitur quemdam novitium infra annum suae probationis benedixisse, et abbatem de Egris [7] recipere noluisse, et mulieres introduxisse infra terminos suae abbatiae per octo dies occasione cuiusdam dedicationis capellae ibidem positae. Item de monachis et conversis quorum consilio et consensu sunt ingressae, committitur de Salem [8] et de Caesarea [9] abbatibus, ut ad locum personaliter accedentes inquirant de omnibus dictis excessibus, diligenter, et tam de abbate quam de

---

70 : *P*¹.
71 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Tharocha : *P*¹, Tharoca : *L*².
72 : *MP*¹*W*. [a] Eson : *MW*. [b] *hic desin. W*.
73 : *P*¹.

---

[1] In ducatu et dioec. Parmen., *OC*, 68.
[2] S. M. de Castagnola, in marchia Anconitana, dioec. Senogallien., *OC*, 91.
[3] In Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 61.
[4] Salzedas, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 143.
[5] Esrom, in Dania, dioec. Roskilden., *OC*, 136.
[6] Raitenhaslach, in Bavaria super. dioec. Patavien., *OC*, 77.
[7] Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadien., *OC*, 177.
[8] Seu Salmansweiler, in magno ducatu Badensi, dioec. Constantien., *OC*, 50.
[9] Kaisersheim, in Bavaria, dioec. Augusten., *OC*, 32.

monachis et conversis faciant quod secundum statuta Ordinis fuerit faciendum, in plenitudine potestatis, et quid inde, etc.

Abbas de Warneri Vilario [a] [1] qui monachos in habitu ordinate ad abbatiam suam venientes noluit recipere infra claustrum; qui etiam mulieres passim intra septa abbatiae intrare permisit, insuper cum domus sua pauper sit accepit mutuum trecentarum librarum turonensium et alii mutuavit qui sibi tractatu praehabito super hoc quamdam decimam in eleemosynam ecclesiae suae contulerat, praeterea dissimulavit quod cellerarius suus emit quamdam domum contra Ordinis instituta, et disciplina ordinis per ipsius negligentiam in abbatia languere dinoscitur, deponitur in instanti. 74

Pertinebat ad cellerarios secundum omnes definitiones Capitulorum generalium cura conversorum quantum ad labores et opera eorum. 75

1242

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo acta [b] sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

Festum Sanctae Coronae [a] pronuntiatur sic: Tertio idus augusti, civitate Parisius translatio sanctae spineae coronae Domini [b] Iesu Christi; prima missa sit de sancto Tyburtio [c], maior vero de festo cum *Credo* et absque praefatione speciali. 1

Iniungitur omnibus personis Ordinis ut divinum officium tam in infirmitorio quam in labore et alibi distincte [a] persolvant [b] et in psalmis [c] et hymnis in metris pausulam facere non omittant. 2

In chartis visitationum numquam aliquis, nisi abbas fuerit, sigillum appendat, priores vero Cistercii et Claraevallis, licet visitationibus et electionibus praesentes fuerint, per abbates 3

74: *L¹P¹*. [a] Vilaris: *L¹*.
75: *P¹*.
1242. [a] *Titulus apud HP¹*. [b] statuta sunt haec in Capitulo generali: *H*.
1: *HP¹*. [a] spinee Domini: *H*. [b] nostri: *H*. [c] Tiburtio: *H*.
2: *HL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] districte: *L²MP¹⁰*. [b] persolvatur: *L²MP¹⁰*. [c] ipsis: *H*.
3: *HL¹L²MP¹P¹⁰*.

---

[1] Werschweiler, in dioec. Spiren., *OC*, 162.

idoneos [a] sibi adiunctos secundum [b] formam Ordinis constitutam dicta [c] officia exequantur, et [d] in abbatum de regno Franciae cessionibus suscipiendis, ipsisque deponendis, tamquam viri discreti, cum magnum damnum [e] non sit in mora modici temporis, abbatum Cistercii et Claraevallis certum expectent [f] beneplacitum, sigillo authentico [g] roboratum, vel consilium Capituli generalis.

4 Licet priores Ordinis cum consilio domus vacantibus matribus ecclesiis de visitationibus faciendis in filiabus suis debeant providere secundum Ordinis instituta, nullam tamen destituendi vel instituendi abbates in eis vel recipiendi cessiones [a] eorum per se vel per alios habere se noverint potestatem, si mora tamen trahat [b] ad se periculum, in his recurratur ad consilium sequentis Capituli generalis.

5 Cum per verba compositionis inter venerabilem patrem Cistercii et quatuor primos abbates [a], dominus Cistercii in institutione vel destitutione alicuius ex ipsis, tres alios teneatur bona fide vocare, et hoc anno in electione abbatis Pontigniacensis [b], prior Cistercii non requisivit consilium de Firmitate et de Morimundo abbatum qui illuc vocati fuerunt [c], in suum, ut dicunt, praeiudicium et gravamen, et super hoc conquesti sunt Capitulo generali, statuit Capitulum generale ut propter hoc ipsis nullum omnino praeiudicium generetur, sed utrique parti id [d] ius et possessio quae habuerunt ante electionem memorati abbatis integra permaneant penitus et illesa, secundum quod in dicta compositione continetur. Statum [e] autem et promotionem [f] Pontigniacensis [g] abbatis approbat et confirmat Capitulum generale.

6 Districte [a] praecipitur patribus abbatibus ut efficaciter laborent ad tales promovendos in abbates qui, sicut scriptum est, sint vitae laudabilis, aetatis legitimae et competentis litteraturae, ita saltem quod in suo capitulo competenter sciant et possint ad aedificationem [b] proponere verbum Dei, et in Capitulo generali

---

[a] Ydoneos : *H*. [b] per : P^1. [c] etiam : P^1. [d] et etiam : *H*. [e] dampnum : *H*. [f] expectum : *H*. [g] autentico : *H*.

4 : $HL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] cessiones : HL^1. [b] thrait : *H* (*sic*) ; trahatur ita ut in his sit periculum : MP^{10}.

5 : $HL^2MP^1P^{10}$. [a] quod : *H*. [b] Pontiniacensis : HP^1. [c] fuerant : *H*. [d] illud : *H*. [e] Statuta : P^{10}. [f] dicti : *H*. [g] Pontiniacensis : HP^1.

6 : $HL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Districtius : P^{10}. [b] edifficationem : HP^{10}.

litteraliter loqui [c]. Quod si aliter factum fuerit, institutus ab abbatis officio deponatur, et scienter instituens omni sexta feria sit in pane et aqua usque ad sequens Capitulum generale super hoc veniam petiturus. Electores autem omni sexta feria sint in pane et aqua, et ultimi in ordine per annum, et in singulis electionibus et capitulis [d] ante electionem haec diffinitio recitetur.

Abbas de crimine convictus vel manifeste confessus et propter 7
hoc depositus, non eligatur iterum in abbatem, nisi de licentia Capituli generalis.

Capitulo 25° [a] decimae distinctionis additur ut cum corpus 8
cuiuscumque abbatis defuncti [b] ad quamcumque abbatiam Ordinis nostri [c] portari contigerit, sibi ad portam a conventu domus processionaliter occurratur, et in choro [d] monachorum [e] honorifice deportetur et circa ipsum nocte more solito vigiletur, et pro ipso in crastino in conventu solemniter [f] celebretur.

Verbum illud quod continetur in illa diffinitione anni 1240 : 9
Ut conscientiis, etc. videlicet : redditus autem annuos, etc. propter bonum Ordinis ad quascumque possessiones immobiles extendit Capitulum generale.

Praecipitur universis abbatibus et prioribus ut fugitivis inor- 10
dinate discurrentibus cuiuscumque domus sint [a], per se vel [b] per suos faciant auferri [c] habitum regularem, et si necesse fuerit ad hoc advocetur [d] brachium saeculare.

Illud quod de fugitivis scriptum est quod sint ultimi omnium [a], 11
sic intelligit [b] Capitulum generale, scilicet quod monachi sint ultimi post professos et conversi etiam post conversos novitios.

Sententia [a] de deprehensis [b] in carnis contagio manifesto ita 12
temperatur ut conversi ablato sibi habitu emittantur ad grangias vel cellaria [c] eiusdem [d] domus ubi [e] in habitu, qui abbati visus fuerit, honeste [f] vivant et grossiori pane familiae sint contenti,

---

[c] *hic desin.* L^1. [d] et capitulis : *deest* *H*.

7 : $HL^1L^2MP^1P^{10}$.

8 : $HL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] XV° : *M*. [b] deffuncti : P^{10}. [c] nostri : *deest* *H*. [d] eorum : *H* ; chorum : L^1P^1. [e] monacorum : *H*. [f] solempniter : *H*.

9 : $HL^2MP^1P^{10}$.

10 : $HL^2MP^1P^{10}$. [a] sive : L^2M. [b] sive : P^{10}. [c] afferri : P^{10}. [d] invocent : *H*.

11 : $HL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] quos invenerint : *H*. [b] intelligitur : L^1.

12 : $HL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Poenitentia : L^1. [b] reprehensis : P^1P^{10}. [c] celleraria : P^{10}. [d] eiusdem : *deest* *H*. [e] nisi : P^1. [f] honeste : *deest* P^{10}.

ita tamen quod carnibus non vescantur et abbatias non ingrediantur causa morandi. Monachi vero secundum discretionem abbatis aut incarcerentur aut, sicut scriptum est, ad domos alias emittantur.

13 Deprehensi in vicio indicibili, secundum statutum Ordinis, omni occasione remota incarcerentur usque ad nutum Capituli generalis ; abbas vero vel prior qui hoc non fecerit, gradum altaris non ascendat quousque dictum statutum fuerit adimpletum.

14 Praecipitur omnibus Cisterciensibus [a] conversis ut illo die intersint capitulo qui tenetur [b] conversis tempore Capituli generalis, exceptis illis quos cellerarius [c] domus ex certis [d] causis duxerit retinendos.

15 Patribus abbatibus et visitatoribus monialium praecipitur ut secundum facultates ipsarum [a] taxent numerum omnium [b] personarum, et taxatum numerum non excedant absque licentia Capituli generalis ; qui vero contravenerint omni sexta feria sint in pane et aqua usque ad Capitulum generale, in ipso Capitulo veniam petituri.

16 Moniales in benedictione quam percipiunt ab abbate solum nomen abbatis benedicentis exprimant et nihilominus [a] quam citius potuerint profiteantur [b] propriis abbatissis, quae in solis processionibus [c] utantur baculo pastorali.

17 Pro salute animarum et conservatione [a] bonae famae Ordinis [b], praecipitur ut nulla monialis Ordinis nostri [c] loquatur nisi per fenestram bene et spisse ferratam vel laqueicium [d] modo simili preparatum, exceptis abbatissis et cellerariis cum exierint ad sua negotia procuranda. Conceditur tamen ut cum honestis et multum reverendis personis, quibus sine [e] gravi damno et scandalo ingressus denegari non potest, intus loqui liceat in loco a visitatore ad hoc aptius deputato ; qui [f] abbas inobedientes et rebelles per

---

13 : $HL^1L^2MP^1P^{10}$.

14 : $HL^1L^2P^1P^{10}$. [a] Cistercii : *H*. [b] quo tenentur conversi : $L^1L^2P^{10}$. [c] cellarius : P^{10}. [d] de : *H*.

15 : $HL^2MP^1P^{10}$. [a] earum : *H*. [b] omnium : *deest H*. [c] contravenerit ... sit ... petiturus : HL^2.

16 : $HL^1L^2MP^1P^{10}$; D^1 *(gallice, sub ann.* 1235*)*. [a] nihilominus : *deest M, et vacuus manet locus*. [b] proficiscantur propriis abbatiis : *M*. [c] professionibus : $L^1L^2MP^1P^{10}$.

17 : $HL^1L^2MPP^{10}$; D^1 *(gall., sub ann.* 1235*)*. [a] conversatione : *H*. [b] Ordinis : *deest H*. [c] Ordinis nostri : *deest H*. [d] laquitium : L^1 ; laquirium : MP^{10}. [e] in : P^{10}. [f] qui visitator : *H*.

excommunicationis et interdicti sententiam, seu modis aliis coerceat [g] quousque satisfactioni humiliter se supponant.

Licet olim diffinitum sit ab Ordine quod moniales quae noluerint subire iudicium Ordinis, ab Ordinis societate penitus excludantur, prohibet tamen Capitulum generale ne abbatiae ipsarum sicut nec [a] monachorum expirent ab Ordine absque licentia Capituli generalis. 18

Orationes anno praeterito statutae pro patribus nostris et sociis eorum imperiali carceri mancipatis usque ad liberationem ipsorum dicantur. 19

Pro rege Franciae [1] et regina matre eius [2] et liberis eius et regina uxore eius et liberis eius, una missa de Spiritu Sancto a singulis sacerdotibus celebretur per Ordinem universum; huic missae associentur dux et ducissa Burgundiae et liberi eorum, rex Navarrae et uxor et liberi eius, et comes Senensis et dominus Fonginarum qui petunt quod dominus det eis heredem masculum, Galterus de Sancto Paulo, dominus Matheus de Marniaco, vicecomitissa Turene, episcopus Belvacensis. 20

Petitio venerabilium patrum episcoporum Calinensis [3] et Humanati [4] de faciendo plenario servitio post eorum obitum per universum Ordinem, exauditur. 21

Petitio Constantiae [5] monialis sororis reginae Franciae, quae multum stat pro Ordine, videlicet de plenario servitio post eius obitum habendo per universum Ordinem, exauditur. 22

Domino Symoni Montisfortis [6], comitis Lincestriae, qui cum magna devotione praesentialiter accessit ad Capitulum generale, conceditur una missa de Sancta Maria a singulis sacerdotibus et plenarium servitium audito ipsius obitu per Ordinem universum. 23

---

[g] coherceat : *H.*

18 : *HL¹L²MP¹P¹⁰.* [a] nec : *deest H.*

19 : *L¹L²MP¹P¹⁰.*

20 : *P¹.*

21 : *P¹.*

22 : *L²MP¹P¹⁰.*

23 : *P¹.*

---

[1] Ludovicus IX, (sanctus), 1226-1270.

[2] Blancha de Castella, † 1252.

[3] Nullum nomen citatur apud *SE*, nec *HC*.

[4] Jacobus, Humanatensis episc. 1238 ... (?), *SE*, 665; *HC*, I, 279.

[5] Raymundi Berengarii V, Provinciae comitis, filia.

[6] † 1265, *BB*, II, 4275.

24 Pro Guidone nepote matris ducis Burgundiae et pro comitissa Barri amica uxoris domini ducis, una missa pro defunctis a singulis sacerdotibus dicatur per Ordinem universum ; huic missae associentur domino Vuangionis rivi et dominus Archenbaudus de Borbonio et vicecomes de Turene.

25 Domino Galchero [a] [1] quondam abbati Cistercii, cui concessum est plenarium servitium per totum Ordinem, persolvatur.

26 Pro comite Montisfortis [2] nuper defuncto, sicut ei promissum est a Capitulo generali, plenarium servitium persolvatur per Ordinem universum.

27 Comiti Nivernensi iam defuncto, sicut ei promissum est a Capitulo generali, una missa pro defunctis a singulis sacerdotibus Ordinis persolvatur.

28 Districte praecipitur auctoritate Capituli generalis abbati Fontisfrigidi [3] ut ad abbatiam Grandisylvae [4], matrem suam, ad quam electus est, ascendere non omittat [a]. Abbas de Bellapertica [5] et de Bonacumba [6] hoc ei denuntient, et ipsum ad hoc compellant, si necesse fuerit, auctoritate Capituli generalis.

29 Inspectio abbatiae monachorum quam dominus episcopus Prusciae [7] vult aedificare, de Lenda [8] et de Oliva [9] abbatibus committitur ut ad locum praesentialiter accedant, pensatis omnibus et cetera, ponant ibi conventum, si viderint expedire, et quid inde, etc. Abbas de Lenda hoc collegae suo denuntiet, et sit filia de Lugna [10].

---

24 : *P*¹.
25 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Galthero : *M*.
26 : *P*¹.
27 : *P*¹.
28 : *L¹P¹*. [a] *hic desin. L¹*.
29 : *P*¹.

---

[1] Seu Gualterus de Ochies, Cistercii abbas 20us, *GC*, IV, 993.
[2] Amauricus de Montfort, † 1241, *BB*, I, 182.
[3] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[4] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
[5] Belleperche, in Vasconia, dioec. Montisalban., *OC*, 75.
[6] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
[7] Nicolaus, Prusciae, seu Rigensis episc., 1231-1253, *SE*, 306 ; *HC*, I, 420.
[8] Seu Landa, Lad, in Polonia, dioec. Gneznen., *OC*, 90.
[9] In Pomerania, dioec. Wladislavien., *OC*, 186.
[10] Alias Wongrowitz, in dioec. Gneznen., *OC*, 72 ; unicam filiam habuit, Obram, *OC*, 241.

Inspectio abbatiae monachorum quam vult aedificare episcopus Vuerdensis [1], committitur abbati Morimundensi ut per se vel per alios quos ad hoc idoneos invenerit, pensatis quae secundum formam Ordinis sunt pensanda, prout viderit expedire faciat et quid inde, etc., et sit filia de Hersendehuse [2]. **30**

Inspectio loci ad quem petit abbas de Alvastro [3] transferri domum suam, committitur de Novavalle [4] et de Gunalia [5] abbatibus, ut ad locum praesentialiter accedant pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc. **31**

Inspectio abbatiae monialium quam petit nobilis vir Conradus de Croten associari Ordini, committitur de Sconenouue [6] et de Hulebrunne [7] abbatibus, et quid inde, etc. Abbas de Sconenouue hoc suo collegae denuntiet. **32**

Inspectio abbatiae monialium pro qua petit archiepiscopus Coloniensis [8], committitur de Bergis [9] et de Campo Sanctae-Mariae [10] abbatibus ut ad locum praesentialiter accedentes faciant, pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc. **33**

Inspectio abbatiae monialium quam petit associari Ordini dominus Moguntinus [11], committitur Everbacensi [12] et Uterinae vallis [13] abbatibus, qui praesentialiter ad locum accedent pensatis omnibus, et quid inde, etc. **34**

Inspectio abbatiae monialium quam petit incorporari Ordini **35**

---

30 : *P*[1].
31 : *P*[1].
32 : *P*[1].
33 : *P*[1].
34 : *P*[1].
35 : *P*[1].

---

[1] Luderus de Borg, Verdensis episc, 1231-1251, *HC*, I, 521, abbatiae de Rivo S. Mariae fundator, *OC*, 244.

[2] Hardehausen, in Westphalia, dioec. Padeburnen., *OC*, 60.

[3] Alvastrum, in Suecia, dioec. Lincopen., *OC*, 73.

[4] Seu Nydala, in dioec. Lincopen., *OC*, 74.

[5] Gudvala Kloster, in insula Gothlandia, dioec. Lincopen., *OC*, 152.

[6] Schönau, in Palatinatu, dioec. Wormatien., *OC*, 81.

[7] Mulbrunnum, Maulbronn, in antiqua dioec. Spiren., *OC*, 56.

[8] Conradus de Hochstaden, 1238-1261, *SE*, 270; *HC*, I, 198.

[9] Vetus Mons, Altenberg, in dioec. Colonien., *OC*, 29.

[10] Marienfeld, in Westphalia, dioec. Monasterien., *OC*, 185.

[11] Sigfridus, Magunt. archiep. 1230-1249, *SE*, 289; *HC*, I, 321.

[12] Eberbach, in dioec. Maguntin., *OC*, 20.

[13] Eusserthal, in dioec. Spiren., *OC*, 114.

dux Meranir, committitur de Asseborne [1] et de Reithehasela [2] abbatibus, ut ad locum praesentialiter accedant pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc.

36 Abbatia monialium de Meringe [3] iterato committitur de Boch [4] et de Lenin [5] abbatibus, ut posthabito contractu cum fundatoribus ibidem introducant conventum, si viderint expedire, et quid inde, etc. et sit filia de Sichen [6].

37 Committitur de Campo [7] et de Bergis [8] abbatibus ut abbatiam monialium de Porta Coeli [9] Ordini incorporent auctoritate Capituli generalis, si viderint expedire, et sit filia Vallis Sancti Petri[10], et quid inde, etc.

38 Paternitatem monialium de Sancto Egidio[11] concedit abbati de Hersendehuse[12] iure perpetuo, de consensu abbatis de Amulesborne[13] Capitulum generale.

39 Negotium abbatiae monialium de Marcilia[14] committitur de Bonoradio[15] et de Rigniaco[16] abbatibus in plenitudine potestatis, et quid inde, etc.

40 De prioratu monialium in Arelocho [a] contra formam Ordinis per abbatissam de Mologesio[17] filiam Cistercii constructo, ubi carnes comedunt, et, ut dicitur, minus ordinate vivunt plures

---

36 : *P*¹.
37 : *P*¹.
38 : *P*¹.
39 : *P*¹.
40 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Arolocho : *L*¹ ; Ivarelacho : *M*.

---

[1] Heilsbronn, Fons Salutis, in Bavaria, dioec. Eysteten., *OC*, 28.
[2] Raitenhaslach, in Bavaria, dioec. Patavien., *OC*, 77.
[3] Medingen, Alt Medingen, Cf. *SM*, XXXVII, 28.
[4] Seu Buch, alias Vallis S. Aegidii, in Saxonia, dioec. Misnen., *OC*, 195.
[5] Lehnin, in dioec. et marchia Brandenburgen., *OC*, 182.
[6] Sichemium, Sittichenbach, in dioec. Halberstaden., *OC*, 63.
[7] Vetus Campus, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
[8] Vetus Mons, in dioec. Colonien., *OC*, 29.
[9] Himmelspforten im Flamersheimer Walde, in dioec. Colonien., *SM*, XXXVII, 37.
[10] Seu Heisterbach, in dioec. Colonien., *OC*, 189.
[11] Alias Tilgenkloster, apud Monasterium in Westphalia, *SM*, XXXVII, 30.
[12] Hardehausen, in Westphalia, dioec. Padeburnen., *OC*, 60.
[13] Amelungsborn, in dioec. Hildeshemen., *OC*, 38.
[14] Marciliacum, in dioec. Aeduen., *GC*, IV, 502.
[15] Bouras, in dioec. Senonen., *OC*, 7.
[16] Rigny, in dioec. Senonen., *OC*, 15.
[17] Molesia, in dioec. Cabilonen., *GC*, IV, 1035.

earum, committitur visitatoribus Cistercii in plenitudine potestatis, et quid inde, etc.

De forma vivendi fratrum clericorum in abbatiis monialium commorantium committitur Bellibecci [1] et Frigidimontis [2] abbatibus, et quid inde, etc. 41

Iniungitur de Bellobecco [a] et Vallium Sarnai [b] [3] abbatibus ut ex parte Capituli generalis ad Fratres Praedicatores et Minores accedant Parisius [c] commorantes, et verbis efficacibus ipsos rogent, moneant et inducant ne personas Ordinis nostri professas in suo recipiant vel retineant Ordine, sine licentia Capituli generalis, et quid inde, etc. 42

Conceditur episcopo Prunetorum [4] auctoritate Capituli generalis quod possit secum habere duos tantum monachos Ordinis, bonae famae et conversationis honestae. 43

Abbatiae [a] Savigniacensi [5] duas lampades in ecclesia de Eleemosyna [b] pro [c] satisfactione cuiusdam militis, qui ecclesiam ipsam laesit enormiter, habere concessit Capitulum generale. 44

Comitissae [a] Carnotensi habere conversum eleemosynarium vitae laudabilis, aetatis maturae et boni testimonii, ut sibi providerit abbas de Eleemosyna [6], concedit Capitulum generale. 45

De missa concedenda in domo Fontineti [7] domino de Saus nuper defuncto committitur visitatori, ut auditis rationibus abbatis et conventus Fontineti faciat inde auctoritate Capituli generalis quod viderit expedire, et quid inde, etc. 46

---

41 : *L²P¹*.
42 : *L¹P¹*. [a] Belloloco : *L¹*. [b] Cernei : *L¹*. [c] Parisiis : *L¹*.
43 : *P¹*.
44 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Abbati Saviniaci : *L¹*. [b] Eleemosyna : *M*. [c] per satisfactionem : *P¹*.
45 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Conceditur per Capitulum generale comitissae Carnotensi unus conversus ... in eleemosynarium suum.
46 : *P¹*.

---

[1] Beaubec, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 96.
[2] Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.
[3] Vaux de Cernay, in dioec. Versalien., *OC*, 96.
[4] Guilelmus Contardi, episc. Pruniaten, seu Bruniaten., 1230-1250, *SE*, 818; *HC*, I, 148.
[5] Savigny, in Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.
[6] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[7] Fontenay, in dioec. Divionen., *OC*, 8.

47 Petitio domini Leodiensis [1] episcopi ut in abbatiis dioecesis suae pro bonae memoriae Joanne [a] [2] praedecessore suo fiat [b] plenarium servitium exauditur.

48 Causa quae vertitur inter abbatem de Maceriis [3] ex una parte, abbatissam et conventum de Molesia [4] ex altera, committitur abbati de Fontineto [5] pacificanda vel iudicanda, etc., et quid inde, etc.

49 Causa abbatis Sancti Thomae [6] et sororum Sanctae Margaretae [7] committitur abbati de Roseriis [8] in plenitudine potestatis, pacificanda vel iudicanda, etc., qui assumpto secum quolibet abbate reportet litteras ducis Venetiarum cum litteris Capituli generalis, et quid inde, etc.

50 Causa abbatis Dalonis [9] contra abbatem Gardae Die[10] committitur de Boscanio[11] et de Bellapertica[12] abbatibus, pacificanda vel iudicanda, et quid inde, etc.

51 De abbate Sancti Thomae[13] qui noluit recipere visitatores a patre suo missos committitur abbati de Roseriis[14] patri suo in plenitudine potestatis, et quid inde, etc.

52 De abbate de Begar[15] qui dicitur filium suum abbatem de Sancto Albino[16] minus iuste deposuisse, abbati de Eleemosyna[17]

47 : *L²MP¹P¹⁰W*. [a] Ioanne : *apud P¹ tantum*. [b] fecit : *P¹⁰*.
48 : *P¹*.
49 : *P¹*.
50 : *P¹*.
51 : *P¹*.
52 : *P¹*.

[1] Robertus de Thorote, 1240-1246, *SE*, 249 ; *HC*, I, 301.
[2] Joannes de Rumigny, 1229, † 1238, *SE*, 249 ; *HC*, I, 301.
[3] Mazières, in dioec. Divionen., *OC*, 26.
[4] Molèze, in dioec. Catalaunen., *GC*, IV, 1035.
[5] Cf. supra stat. 46.
[6] In ditione Venetorum, dioec. Torcellan., *OC*, 213.
[7] Abbatia monialium cist. in eadem regione.
[8] Rozières, in Burgundia, dioec. S. Claudii, *OC*, 26.
[9] Dalon, in dioec. Tutelen., *OC*, 147.
[10] In dioec. Montisalban., *OC*, 122.
[11] Seu Boscum Cavum, Bouchaud, in dioec. Petracoricen., *OC*, 150.
[12] Belleperche, in Vasconia, dioec. Montisalban., *OC*, 75.
[13] Cf. supra stat. 49.
[14] Cf. supra stat. 49.
[15] In dioec. Briocen., in Britannia minori, *OC*, 18.
[16] S. Albinus de Nemore, in dioec. Briocen., *OC*, 49.
[17] Cf. supra stat. 45.

committitur qui, abbate de Veterivilla [1] secum assumpto, corrigat in plenitudine potestatis, Capituli generalis auctoritate, sicut viderit corrigendum, et quid inde, etc.

De abbate Sancti Marcelli [2] qui sanus et incolumis dicitur remansisse a Capitulo generali, et discurrere per provincias, committitur abbati Pontiniaci in plenitudine potestatis ut corrigat prout expedire viderit, et quid inde, etc. **53**

De abbate Vallis Paradisi [3] qui contra formam Ordinis et visitatorum mandatum, in claustro et in aliis quibusdam officinis picturas habet notabiles [a], et qui cessionem [b] cuiusdam abbatis recepit et etiam [c] professionem [d], non obtenta licentia vel mandato patris abbatis ut [e] debet, et qui de mandato speciali visitatorum suorum venire debuit ad Capitulum generale, ut se recognosceret de excessibus suis, et non venit, committitur visitatoribus Claraevallis in plenitudine potestatis [f], qui personaliter [g] ad locum accedentes, corrigant secundum formam Ordinis quae noverint corrigenda, et quid inde, etc. Abbas de Moris [4] hoc denuntiet priori [h] Claraevallis. **54**

De monachis Vallis benedictae [5] qui proprios verberaverunt abbatem et priorem; committitur de Bonavalle [6] et de Benedictione Dei [7] abbatibus a Capitulo generali in plenitudine potestatis, et quid inde, etc. **55**

De [a] quibusdam Karoliloci [8] personis qui dicuntur minus sufficienter ministrasse quibusdam abbatibus Alemanniae venientibus ad Capitulum, et de cuculla quam perdidit idem abbas de **56**

---

53 : P^1.

54 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] nobiles : L^1. [b] cessiones : L^1. [c] etiam : *deest* P^1. [d] professiones : L^1. [e] ut debet : *deest* L^1. [f] etc. : L^1 *et sic desin.* [g] corporaliter : P^1. [h] abbati : M.

55 : P^1.

56 : L^1P^1. [a] *brevius apud* L^1 : De mala susceptione quorumdam abbatum Alemanniae ... etc.

---

[1] S. M. de la Vieuville, in dioec. Redonen., *OC*, 105.
[2] In dioec. Caturcen. in Gallia, *OC*, 172.
[3] Valparayso, in Legione, dioec. Zamoren., *OC*, 131.
[4] Morae, Mores, in dioec. Trecen., *OC*, 135.
[5] Val-Benoite, in dioec. Lugdunen., *OC*, 183.
[6] Bonnevaux, in Delphinatu, dioec. Viennen., *OC*, 7.
[7] Bénissons-Dieu, in dioec. Lugdunen., *OC*, 53.
[8] Châlis, in dioec. Bellovacen., *OC*, 44.

Luceia [b.1], committitur de Clarofonte [2] et de Bethania [3] abbatibus qui, in reditu a Capitulo veritate cognita, corrigant et faciant auctoritate Capituli generalis quo modo viderint facienda, et quid inde, etc.

57 De scandalo orto in grangia de Estomer quando abbates veniebant ad Capitulum generale, committitur de Pontiniaco et de Eleemosyna [4] abbatibus, qui in reditu Capituli veritatem requirant et modo debito puniant puniendos, et quid inde, etc.

58 De converso Sancti Andreae in Goffer [5] pro furto [a] in familiarem redacto, ut in habitum regularem possit recipi, et de alio monacho in proprietate sex denariorum defuncto in eadem domo et extra cimeterium [b] sepulto, qui tamen non erat, ut dicitur, sanae mentis, committitur patri abbati Saviniaci [c] [6], et quid inde fecerit [d] Capitulo proximo futuro renuntiet.

59 Commissionem factam anno praeterito abbatibus de Fonte vivo [7] et de Castaneola [8] super monachis de Cliento [9] usque ad finem debitum exequantur, et quid inde, etc. Abbas de Locedio[10] hoc eis denuntiet.

60 De querela quae vertitur inter abbatem de Uxelegrade[11] et abbatissam et conventum monialium Portae Coeli[12], et de eodem abbate qui dicitur sibi minuisse in domo monialium, committitur abbati Morimundensi in plenitudine potestatis, auctoritate Capituli generalis tam de contemptu inquisitorum a Capitulo generali missorum, quam de omnibus aliis quae tangunt dictum

[b] Lucela : *L*[1].
57 : *P*[1].
58 : *L*[1]*P*[1]. [a] facto : *L*[1]. [b] coemeterium : *L*[1]. [c] Savigniaci : *P*[1]. [d] etc. : *P*[1] *et sic desin.*
59 : *P*[1].
60 : *P*[1].

[1] Lucelle, in dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[2] Clairefontaine, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 24.
[3] Bithaine, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 28.
[4] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[5] St-André de Gouffern, in Normannia, dioec. Bajocen., *OC*, 98.
[6] Savigny, in Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.
[7] In ducatu et dioec. Parmen., *OC*, 68.
[8] Castagnola, in marchia Ancomitan., dioec. Senogallien., *OC*, 91.
[9] Cliente, in Piceno, dioec. Camerinen., *OC*, 66.
[10] In Pedemontio. dioec. Casalen., *OC*, 11.
[11] Seu Welehrad, in Moravia, dioec. Olomucen., *OC*, 211.
[12] Himmelspforten, Tischnowitz, in dioec. Brunen., *SM*, XXXVII, 40.

negotium ut modo faciat prout secundum formam Ordinis viderit faciendum, et quid inde, etc.

Querela abbatis Mansiade [1] contra abbatem Bonicampi [2], committitur Montispetrosi [3] et Vallis honestae [4] abbatibus, pacificanda vel iudicanda, et quid inde, etc. **61**

Querela abbatis Portensis [5] contra episcopum Brusciae [6] et episcopi contra eumdem abbatem, committitur de Andreio [7] et de Sylio [8] abbatibus, pacificanda vel iudicanda etc., et quid inde, etc. Abbas de Lugna [9] hoc eis denuntiet. **62**

Querela quae vertitur inter abbates de Lennay[10] et de Melone[11] committitur de Bochiam[12] et de Sancto Mauricio[13] abbatibus, pacificanda vel iudicanda, etc., et quid inde, etc. **63**

Abbas de Esrom[14] qui de poena denuntianda monacho et conversis Datiae, qui exeuntes de Ruremunde[15] abbatia monialium tabernam intraverunt, renuntiare debuit Capitulo generali et non renuntiavit, poenam peragant in Usibus constitutam. Abbas de Herivado[16] hoc ei denuntiet. **64**

Abbates de Ursaria[17] et de Salzezade[18] quibus commissa fuit causa abbatis de Alcubatia[19] et nihil inde renuntiaverunt Capi- **65**

61 : P^1.
62 : P^1.
63 : P^1.
64 : P^1.
65 : P^1.

[1] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivarien., *OC*, 9.
[2] Campi boni, Chambons, in dioec. Vivarien., *OC*, 133.
[3] Mont Peiroux, in Alvernia, dioec. Claromontan., *OC*, 13.
[4] Alias Feniers, in dioec. Claromontan., *OC*, 169.
[5] Pforte, in Thuringia, dioec. Nuemburgen., *OC*, 25.
[6] Nicolaus, 1231-1253, *SE*, 306; *HC*, I, 420; cf. supra stat. 29.
[7] Andrejovia, Jedrzejow, in Polonia, antiq. dioec. Cracovien., *OC*, 117.
[8] Sulejow, in Polonia, dioec. Gnesnen., *OC*, 175.
[9] Alias Wongrowitz, in dioec. Gnesnen., *OC*, 72.
[10] Landavallis (?), Lanvaux, in Britannia minori, dioec. Veneten., *OC*, 52.
[11] Silva Mellonis, N.-D. de Coëtmaloën, in dioec. Corisopiten., *OC*, 69.
[12] Bochianum, Boquen, in dioec. Briocen., *OC*, 47.
[13] S. Mauritius de Carnoët, in dioec. Corisopiten., *OC*, 175.
[14] In Dania, dioec. Roskilden., *OC*, 136.
[15] Cf. ann. 1241, stat. 26.
[16] Herrevad, in Dania, dioec. Lunden., *OC*, 80.
[17] Osera, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 63.
[18] Salzedas, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 143.
[19] Alcobaça, in Lusitania, dioec. Ulixbonen., *OC*, 110.

tulo generali, poenam peragant in Usibus constitutam. Abbas de Foenalibus [1] hoc eis denuntiet.

66 Abbas de Salzezade [2] qui non denuntiavit collegae suo quae ei ex parte Capituli generalis denuntiare debuit et non fecit, poenam peragat in Usibus constitutam. Abbas de Foenalibus hoc ei denuntiet.

67 Abbas de Alcubatia [2] qui nuntiare debuit collegae suo et non denuntiavit quae ei praeceperat Capitulum generale, non renuntiavit Capitulo generali, poenam peragat, etc. Abbas de Foenalibus [2] hoc ei denuntiet.

68 Abbas Portensis [3] qui in electione filiae suae de Cella [4] mediatorem admisit clericum saecularem, sex diebus faciat levem culpam et quadraginta diebus sit extra stallum abbatis ; abbates ceteri qui fuerunt praesentes et non contradixerunt viginti diebus sint extra stallum abbatis ; electores vero ultimi per annum, et omni sexta feria sint in pane et aqua usque ad Capitulum generale gravius puniendi, si de cetero in electione mediatorem recipiant saecularem, Abbas Portensis hoc aliis denuntiet.

69 Abbas Belli loci [5] qui recepit duos monachos fugitivos de Bethania [a] [6] sine licentia proprii abbatis, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua et quadraginta diebus extra stallum abbatis. Dicti vero monachi absque habitu regulari eant ad portam propriae domus misericordiam petituri.

70 Abbas Bergensis [a] [7] qui, tacita qualitate infamiae, conversum quemdam petiit revocari, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et dictus [b] conversus non revocetur, nisi de Capituli generalis licentia.

---

66 : *P*[1].
67 : *P*[1].
68 : *L*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]*W*.
69 : *L*[1]*P*[1]. [a] Britannia : *L*[1].
70 : *L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Birgensis : *M*. [b] et dictus : *apud P*[1] *tantum*.

---

[1] Fiaês, in Lusitania, dioec. Bracharen., *OC*, 130.
[2] Cf. supra stat. 65.
[3] Pforte, in Thuringia dioec. Nuemburgen., *OC*, 25.
[4] Vetus cella, Altzelle, in marchia et dioec. Mimen., *OC*, 171.
[5] Beaulieu en Bassigny, in dioec. Lingonen., *OC*, 160.
[6] Bithaine, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 28.
[7] Vetus Mons, Altenberg, in dioec. Colonien., *OC*, 29.

Licet prior [a] Regalis montis [1] a visitatore suo fuerit punitus 71
pro eo quod minus humane et irreverenter [b] suscipi fecit [c] corpus abbatis Aureavallis [2] hoc anno defuncti, additur a Capitulo generali ut idem prior missus ad Aureamvallem per tres dies ibidem faciat levem culpam, uno vero in pane et aqua. Similiter apud Ursicampum [3] ubi sepultus est, per triduum faciat levem culpam, uno eorum in pane et aqua. De modo autem satisfaciendi saecularibus qui ex hoc scandalizati sunt, committitur abbati Frigidimontis [4]. Abbas vero suus qui hoc cum dissimulatione pertransiit, tribus diebus faciat levem culpam, uno eorum sit in pane et aqua.

Herbrandus [a] monachus falsarius, si capi poterit, capiatur, et 72
arctissime et perpetuo carceri mancipetur.

1243

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, acta sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

Cum sanctissimus pater noster Summus Pontifex orationes 1
requirere [5] duxerit ab Ordine speciales [a], statuitur a Capitulo generali ut una missa de Spiritu Sancto celebretur pro ipso a singulis sacerdotibus per Ordinem universum, et nomen eius in canone conscribatur [b], et in missa quotidiana de Sancta Maria [c] dicatur pro ipso collecta *Deus fidelium omnium pastor et rector,* loco competenti, et monachi singulis diebus dicant *Veni Creator Spiritus, Pater noster* et *Ave Maria,* et conversi septies *Pater noster* per Ordinem universum.

---

71 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] priori : L^2P^{10}. [b] reverenter : P^1. [c] fecerit : P^1.

72 : L^1P^1. [a] Herbrandus : *deest* L^1.

1243 : *Titulus apud* P^1 *tantum* ; *apud* P^{10} : Ex anno 1243. Innocentio IV Papa ; S. Bonifacio abb. cist. 25. Anno 1243 haec statuta sunt apud Cistercium in Capitulo generali.

1 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] spirituales : P^1. [b] inscribatur : P^{10}. [c] Trinitate : P^1.

---

[1] Royaumont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 230.

[2] Orval, in Belgio, dioec. Namurcen., *OC*, 23 ; agitur hic de Johanne II de Novo Castro, abbate 12° ; cf. *GC*, XIII, 628.

[3] Ourscamp, in dioec. Bellovacen., *OC*, 17.

[4] Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.

[5] Cf. infra in Appendice huius litterae Innocentii IV textus.

2 Oratio quae fieri consuevit post Primam pro statu Ecclesiae et pro domino Praenestino [a], ab omnibus dicatur privatim.

3 Sententiae anno praeterito latae de abbatibus eligendis, hoc additur quod sint de legitimo matrimonio nati.

4 De comprehensis in manifesto carnis contagio, antiqua sententia teneatur.

5 Abbati Trium Fontium iniungitur auctoritate Capituli generalis ut in communibus expensis Ordinis eat ad Curiam ad impetrandum et contradicendum, et ad procuratores constituendos in Curia et ad alia negotia Ordinis procuranda.

6 Statuta de monialibus anno praeterito lata taliter temperantur ut videlicet cum bonis et honestis personis intus sibi loqui liceat loco competenti [a], cum ceteris vero claustrales loquantur per fenestram et in professione sua moniales una cum nomine abbatis qui agat [b] officium nomen exprimant abbatissae, si tamen fuerit ipsa praesens [c].

7 Si abbatiae monialium ad pinguiorem fortunam devenerint ut ultra numerum taxatum ibi [a] recipiantur quod inde [b] poterunt sine penuria [c] sustentari [d], nihilominus si quae fuerit talis persona quae sine gravi scandalo vel [e] damno nequeat recusari, recipi poterit, de patris tamen abbatis licentia speciali.

8 Abbatissae quas visitatores invenerint contra statuta Capituli generalis proterve et irreverenter se habuisse [a] et in suae temeritatis defensionem contra libertates [b] Ordinis invocasse praelatos vel principes saeculares, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua et quadraginta diebus extra stallum abbatissae ; et quia ipsis ad praesens parcitur, a simili praesumptionis audacia sibi caveant in futurum ; poenitentes vero reconcilient et absolvant.

9 Petitio domini regis Franciae [1] et reginae matris [2] eius de ple-

---

2 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Penestino : *P¹⁰*.
3 : *HL²MP¹P¹⁰*.
4 : *HP¹*.
5 : *P¹*.
6 : *HL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] congruenti : *HL²MP¹⁰*. [b] agit : *HL¹M*. [c] *brevius apud L¹* : Moniales in professione expriment ... etc.
7 : *D¹ (Gall.) HL²MP¹P¹⁰*. [a] ibidem : *H*. [b] modo : *P¹*. [c] pecunia : *L²P¹*. [d] sustentare : *L²MP¹⁰*. [e] et : *P¹⁰*.
8 : *D¹ (Gall.) HL²MP¹P¹⁰*. [a] abuisse : *H*. [b] libertatem : *P¹*.
9 : *HP¹*.

---

[1] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.
[2] Blancha de Castella, † 1252.

nario servitio faciendo per Ordinem universum pro regina Arragonensi [1] sorore sua quae nuper obiit, exauditur.

Petitio domini Iacobi Praenestini episcopi [2] de plenario servi- 10
tio et anniversario pro eo, post eius obitum faciendo per universum Ordinem, exauditur.

Pro rege Franciae et regina matre eius et liberis eius dicatur 11
una missa de Sancta Trinitate a singulis sacerdotibus, per Ordinem universum.

Pro rege Angliae [3] et regina uxore eius et liberis eorum, pro 12
rege Scotiae [4], pro rege Ungariae [5] et regina uxore eius et liberis eorum, et pro comite Richardo, una missa de Sancta Trinitate dicatur a singulis sacerdotibus per Ordinem universum ; huic missae associantur episcopus Laudunensis [6], abbas Sancti Vedasti [7], dux Austriae, infantissa filia regis Legionum, dux Burgundiae et ducissae et liberi eorum, Robertus de Basoches et uxor eius.

Domino Romano [8] cardinali defuncto sicut concessum est ei, 13
plenarium officium persolvatur.

Pro quodam interfecto pro quo dominus episcopus Cabilo- 14
nensis [9] et alii multi supplicant Capitulo generali, dicantur tres missae pro defunctis in singulis domibus Ordinis, ab illis sacerdotibus quibus hoc cantor iusserit faciendum.

Pro domina Constantia [10] moniali sorore dominae reginae Fran- 15
ciae nuper defuncta, plena servitia persolvantur per Ordinem universum, sicut ei concessum fuit a Capitulo generali.

---

10 : *HP*¹.
11 : *P*¹.
12 : *P*¹.
13 : *HP*¹.
14 : *P*¹.
15 : *HP*¹.

---

[1] Eleonora, Jacobi I uxor, *BB*, I, 1293.
[2] Iacobus de Pecoraria, ord. cist. card. episc. 1231-1244, *HC*, I, 37.
[3] Henricus III, 1216-1272, *BB*, I, 2056.
[4] Alexander II, 1214-1249.
[5] Bela IV, 1235-1270, *BB*, I, 497.
[6] Garnerius, 1238-†1249, *SE*, 559 ; *HC*, I, 296.
[7] Martinus II, abbas 1236-1249, *GC*, III, 386.
[8] Romanus Bonaventura, card. diac. s. Angeli, postea episc. Portuen., † 1243, *HC*, I, 4, 36, 49.
[9] Guilelmus de la Tour, episc. Cabilonen. 1231, deinde Bisuntin. 1245, † 1268, *SE*, 533, 515 ; *HC*, I, 152, 137.
[10] Cf. ann. 1242, stat. 22.

16 Petitio nobilis viri domini Mathei de Mailliaco [a], amici Ordinis, de faciendo pro eo plenario servitio post eius obitum per universum Ordinem, exauditur.

17 Inspectio abbatiae monachorum quam vult aedificare venerabilis pater episcopus Prusciae [1], de Landa [2] et de Oliva [3] abbatibus iterato committitur qui ad locum corporaliter accedant etc., et quid inde, etc. Abbas de Paradiso [4] hoc eis denuntiet.

18 Inspectio abbatiae monachorum quam vult aedificare dominus episcopus Verdenensis [5] committitur abbati Morimundi, qui ad locum praesentialiter accedat, vel super hoc duobus abbatibus discretis vices suas committens, pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc.

19 Inspectio abbatiae monachorum quam vir illustris dux Austriae vult aedificare, committitur de Suerre [6] et de Villegat [7] abbatibus qui ad locum accedant praesentialiter pensatis omnibus etc., de domo Sanctae Crucis [8] in Austria mittatur in conventum, et quid inde, etc.

20 Inspectio abbatiae monachorum quam vult aedificare illustris comes Cornubiae, committitur Belliloci [9] et de Bellalanda[10] abbatibus, qui ad locum praesentialiter accedant pensatis omnibus etc., et mittant in conventum de qua domo idem comes voluerit, et quid inde, etc. Abbas de Bellalanda hoc collegae suo denuntiet.

21 Inspectio abbatiae monachorum quam vult aedificare nobilis vir Gerardus miles Parmensis civis, committitur de Cava[11] et de

16 : *HP*¹. [a] Marliaco : *H*.
17 : *P*¹.
18 : *P*¹.
19 : *P*¹.
20 : *P*¹.
21 : *P*¹.

[1] Nicolaus, Rigen. episc. 1231-1253, *SE*, 306, *HC*, I, 420.
[2] Lad, in Polonia, dioec. Gneznen., *OC*, 90.
[3] In Pomerania, dioec. Wladislavien., *OC*, 186.
[4] Paradiz, in Polonia, dioec. Poznanien., *OC*, 240.
[5] Luderus de Borg, Verdensis episc. 1231, † 1251, *SE*, 321 ; *HC*, I, 521 ; cf. ann. 1242, stat. 30.
[6] Zwetll (?), Clara Vallis Austriae, in dioec. S. Hippolyti, *OC*, 54.
[7] Welehrad, in Moravia, dioec. Olomucen., *OC*, 211.
[8] Heiligenkreuz, in dioec. Vindobonen., *OC*, 36.
[9] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210.
[10] Byland, in dioec. Eboracen., *OC*, 104.
[11] S. Maria Magdalena de Cava, in Lombardia, *OC*, 233.

Cornu [1] abbatibus qui ad locum, etc., et ponant in conventu de domo Fontisvivi [2], et quid inde, etc.

Inspectio loci ad quem vult transferre abbatiam [a] de Cypro abbas Bellimontis [3] committitur de Iubino [4] et de Sancto Sergio [5] abbatibus qui ad locum, etc., et quid inde, etc. Prior Sancti Sergii hoc eis denuntiet. 22

Inspectio loci ad quem vult transferre abbatiam monialium Sanctae Crucis [6] abbas de Brunebach [7], committitur de Malebure [8] et de Speciosavalle [9] abbatibus, qui ad locum, etc., et quid inde, etc. 23

Inspectio loci ad quem per commutationem cum Minoribus Fratribus faciendam petunt moniales de Horto Sanctae Mariae[10] in Colonia transferri, committitur de Valle Sancti Petri[11] et de Bergis[12] abbatibus ut ad locum, etc,, et quid inde, etc. 24

Inspectio loci ad quem petit transferri suam abbatiam abbas de Asilo[12], committitur de Herivado[14] et de Esrom[15] abbatibus ut ad locum, etc., et quid inde, etc. 25

Inspectio loci ad quem petit abbas de... [a] transferri domum suam, committitur de Nova valle[16] et de Gunalia[17] abbatibus ut ad locum, etc., et quid inde, etc. 26

22 : *P*[1]. [a] suam : *postea suppr. in ms.*
23 : *P*[1].
24 : *P*[1].
25 : *P*[1].
26 : *P*[1]. [a] *vacuus habetur locus in ms.*

[1] S. Stephanus de Cornu, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 234.
[2] Fontevivo, in dioec. Parmen., *OC*, 68.
[3] Beaumont, in Syria, dioec. Tripolitana, *OC*, 139.
[4] S. Georgius de Iubino, prope Antiochiam Syriae, *OC*, 217.
[5] In Syria, dioec. Byblien., *OC*, 239.
[6] Heiligenkreuz, cf. *SM*, XXXVII, 17.
[7] Bronnbach, in antiq. dioec. Herbipolen., *OC*, 128.
[8] Maulbronn, in dioec. Spiren., *OC*, 56.
[9] Schoenthal, in antiq. dioec. Herbipolen., *OC*, 141.
[10] Cf. *SM*, XXXVII, 22.
[11] Seu Heisterbach, in dioec. Colonien., *OC*, 189.
[12] Vetus Mons, Altenberg, in dioec. Colonien., *OC*, 29.
[13] Asylum, As, in Dania, dioec. Lunden., *OC*, 197.
[14] Herrevad, in Dania, dioec. Lunden., *OC*, 80.
[15] In Dania, dioec. Roskilden., *OC*, 136.
[16] Seu Nydala, in Suecia, dioec. Lincopen., *OC*, 74.
[17] Guthualia, Gudvala Kloster, in insula Gothlandia, dioec. Lincopen., *OC*, 152.

27 De Savigniaco [1], de Vallibus Sernay [a] [2], Caroliloci [3] et de Bellobecco [4] abbatibus [b] iniungit Capitulum generale ut ad dominos episcopos provinciae Remensis [c] personaliter [d] accedant, vel ad aliquem ipsorum ut ipsis benignum et discretum reddant responsum super his [e] quae proponi fecerunt in Capitulo generali, et quid inde, etc.

28 Inspectio abbatiae monachorum quam vult aedificare nobilis vidua Agnes [5] quondam Palatina Reni committitur de Sancto Michaele [6] et de Lucha [7] abbatibus, ut ad locum accedant, etc., et sit filia de Redesonsa [8].

29 Iniungitur de Bellobecco [9] et de Frigidomonte[10] abbatibus, ut infra festum beati Martini praesentialiter accedant apud Fusniacum[11], et diligenter inquirant de querela quae est inter capitulum Laudinense et abbatem Fusniaci super sepultura domini Engerranni et pro posse suo laborent componere inter partes, et si pars adversa praestare voluit cautionem standi iudicio coram ipsis, usque ad diffinitivam procedant, et quid inde, etc.

30 Quoniam onus quod omnes gravat ab omnibus est portandum, de Gaverleia[12], Furnesio[13], Rievallis[14] et Fontanis[15] abbatibus iniungit Capitulum generale ut per communem contributionem abbatum Angliae Vualliae et Scotiae, pensatis facultatibus do-

27 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Carnay : *M* ; Sernaii : *P¹* ; Sarnaj : *P¹⁰*. [b] praecipitur : *M*. [c] Rhemensis : *M*. [d] praesentialiter : *P¹*. [e] iis : *M*.
28 : *P¹*.
29 : *P¹*.
30 : *P¹*.

[1] Savigny, in Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.
[2] Vaux de Cernay, in dioec. Versalien., *OC*, 96.
[3] Châlis, in dioec. Bellovacen., *OC*, 44.
[4] Beaubec, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 96.
[5] Conradi III, machionis Misniae et Landsbergae, filia atque Henrici Longi, ducis Saxoniae et comitis Palatini ad Rhenum, vidua improles ; cf. *OC*, 245.
[6] Lapis S. Michaelis, Michaelstein, in dioec. Halberstaden., *OC*, 89.
[7] Luca, Loccum, in provinc. Hannoverana, *OC*, 151.
[8] Riddagshausen, in dioec. Halberstaden., *OC*, 84.
[9] Cf. supra stat. 27.
[10] Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.
[11] Foigny, in dioec. Lauden., *OC*, 10.
[12] Waverley, in dioec. Wintonien., *OC*, 16.
[13] Furness Abbey, in dioec. Eboracen,, *OC*, 97.
[14] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[15] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.

morum, nuntiis qui pro libertatibus Ordinis in partibus illis defendendis et confirmandis vadunt ad Curiam romanam, faciant in expensis congrue provideri.

Conversi de Superaddo [1] qui temere se ingerendo in electione 31
intraverunt in capitulum Superaddi [a], qui in hoc principales usque ad 10 fuerunt conspiratorum sententiae supponantur; de aliis committitur visitatoribus Claraevallis qui auctoritate Capituli generalis in plenaria potestae corrigant quae fuerint corrigenda, et quid inde, etc.

Abbas de Ursaria [2] qui recepit professionem abbatis de Alcu- 32
batia [3] nondum ab abbatis officio absoluti, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua et viginti diebus extra stallum abbatis. [Abbas] de Mera [4] hoc ei denuntiet.

Prior Regalis montis [a] [5] qui contempsit subire iudicium gene- 33
ralis Capituli deponitur in instanti, et poena anno praeterito [b] sibi iniuncta duplicetur eidem [c], videlicet ut pedes missus ad Aureamvallem [6] per sex dies ibi faciat levem culpam, duo [d] eorum in pane et aqua. Hoc idem faciat apud Ursicampum [7] et quo usque peregerit poenam istam, ultimus sit in ordine et omni sexta feria sit in pane et aqua. Abbas Caroliloci [e] [8] hoc ei denuntiet.

Abbas de Scarpio [9] qui permisit moniales intrare in hortum qui 34
e[s]t infra septa abbatiae sex diebus sit in levi culpa duobus eorum in pane et aqua.

De abbate de Porta[10] de quo multa sinistra dicta sunt Capi- 35

31 : L^1P^1. [a] conspiratorum sententiae subiaceant : *sic desin.* L^1.
32 : P^1.
33 : L^1MP^1. [a] de quo supra : L^1. [b] lata in eum : L^1. [c] *hic desin.* L^1. [d] duobus : *M*. [e] Charoliloci : P^1.
34 : P^1.
35 : P^1.

[1] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 67.
[2] Osera, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 63.
[3] Alcobaça, in Lusitania, dioec. Ulixbonen., *OC*, 110.
[4] Meyra, in Gallecia, dioec. Lucen., *OC*, 73.
[5] Royaumont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 230.
[6] Orval, in Belgio, dioec. Namurcen., *OC*, 23.
[7] Ourscamp, in dioec. Bellovacen., *OC*, 17.
[8] Châlis, in dioec. Bellovacen., *OC*, 44.
[9] Escarpe, in dioec. Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 217.
[10] Pforte, in Thuringia, dioec. Nuemburgen., *OC*, 25.

tulo generali committitur Lingensi [1] et Campensi [a] [2] abbatibus ut ad locum praesentialiter accedant et plenaria potestate rei veritatem diligenter inquirant et corrigenda corrigant auctoritate Capituli generalis, et quid inde, etc.

36 Querela archiepiscopi Armacani [3] contra abbatem Sanctae Mariae [4] iuxta Dubliniam committitur de Fontibus [5], de Stanleia [6] iuxta Dunsas et de Tinterna [7] abbatibus, et si archiepiscopus praestare voluerit cautiones standi iudicio coram ipsis, procedant in negotio et causam diligenter instructam remittant Capituli generali.

37 Petitio domini episcopi Constantiensis [8], de quadam puella recipienda ad preces eius in Rubeomonte [9] abbatia monialium suae dioecesis, exauditur.

38 Abbas de Regali [10] in regno Maioricarum [a] tertio anno ad minus visitetur, et quarto anno abbas veniat ad Capitulum generale.

39 Petitio abbatis de Saletia [11] de faciendo in domo sua anniversario pro quo petit, exauditur.

40 Correctio et reformatio domus de Bono Gardo [12], de Paris [13] et de Sancto Urbano [14] committitur in plenaria potestate, et quid inde, etc.

---

[a] Campansi : *ms.*
36 : *P*¹.
37 : *L²MP¹P¹⁰W*.
38 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Maioricarensi : *P*¹.
39 : *P*¹.
40 : *P*¹.

---

[1] Lehnin, in marchia et dioec. Brandenburgen., *OC*, 182.
[2] Vetus Campus, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
[3] Albertus Suerbeer, ord. Praed. 1240-1247, *SE*, 207; *HC*, I, 108.
[4] St. Mary's Abbey, *OC*, 104.
[5] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.
[6] Stanleia in Arderna, Stoneley, in dioec. Wigornien., *OC*, 137.
[7] Tinterna maior prope Walliam, vel Tinterna minor, in Hibernia, dioec. Fernen., *OC*, 19, 204.
[8] Henricus de Tanne, Constantien. in Germania episc., 1233-1248, *SE*, 272; *HC*, I, 204.
[9] Rottenmünster; cf. *SM*, XXXVII. 36.
[10] N. S. de la Real, in insula Majorica, *OC*, 239.
[11] Saleria, les Sellières, in dioec. Trecen., *OC*, 156.
[12] Baumgarten, Verger, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 112.
[13] Parisium, Pairis, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 56.
[14] S. Urban, in Helvetia, dioec. Basileen., *OC*, 200.

Conversus qui cum archiepiscopo [h] Mediolanensi [1] moratur et ab eo dux exercitus [b] constitutus fuit, in instanti revocetur [c]. Abbas de Colomba [2] hoc ei denuntiet. **41**

Prior et cellerarius de Strafort [3] qui sustinuerunt quod quidam dominus cum familia sua carnes comederit [a] in quadam grangia abbatiae proxima, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Suus [b] abbas hoc ei denuntiet. **42**

Monachi et conversi de Honederia [4] qui priorem, sacristam et succentorem ipsius loci ad quasdam maris insulas violenter transtulerunt, ut ibi perirent inedia, qui et abbatem proprium et visitatores suos publice vestibus et rebus aliis cum manu armata spoliaverunt et etiam duos monachos ab eodem abbate illuc transmissos graviter verberaverunt et aliis multis modis enormiter excesserunt, excommunicati denuntientur, et per omnia sententiae conspiratorum subiaceant. De Exoram [5] et de Varneham [6] abbates hoc negotium exequantur et puniant quos in hac parte culpabiles invenerint in plenaria Ordinis potestate. Abbas de Asilo [7] hoc eis denuntiet et abbas de Varnehem quid inde fecerint renuntiet Capitulo generali. **43**

Querela conventus Cisterciensis contra abbatem de Cupro [8], de Fontanis [9] in Anglia, Rievallis[10] et de Bello loco [a] Regis[11] abbatibus committitur pacificanda vel iudicanda, etc., et quid inde, etc. Abbas Rievallis hoc collegis suis denuntiet. **44**

Querela abbatis Fontisfrigidi[12] contra abbatem Bonifontis[13], **45**

---

41 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] episcopo : *L*¹. [b] fit : *P*¹. [c] *hic desin.* *L*¹.
42 : *L*¹*L*²*P*¹*P*¹⁰. [a] comederent : *P*¹. [b] Suus ... etc. : *deest* *L*¹.
43 : *P*¹.
44 : *P*¹. [a] becco : *ms.*
45 : *P*¹.

---

[1] Leo Valvasorius de Perego, ord. Min. 1241, † 1263, *SE*, 796 ; *HC*, I, 332.
[2] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[3] Stratford Langthorne, in dioec. Londonien., *OC*, 120.
[4] Seu Hovedoa, Hovedo Kloster, in insula Hofudeya, dioec. Osloen., *OC*, 93.
[5] Esrom, in Dania, dioec. Roskilden., *OC*, 136.
[6] Varnhem, in Suecia, dioec. Scaren., *OC*, ~~102~~. 120.
[7] Asylum, As, in Dania, dioec. Lunden., *OC*, 197.
[8] Coupar, in Scotia, dioec. S. Andreae, *OC*, 151.
[9] Foutains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37
[10] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[11] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210.
[12] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[13] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.

de Grandisylva [1] et de Scala Dei [2] committitur abbatibus pacificanda vel iudicanda, etc., et quid inde, etc.

46 Abbas Vallis sanctae [3] qui sine licentia de Capitulo generali recessit et quemdam conversum apostatam in habitu Ordinis licet Ordini nondum esset reconciliatus, ad Capitulum secum adduxit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua et quadraginta diebus extra stallum abbatis. Abbas de Sylvacana [4] hoc ei denuntiet.

47 Querela abbatum Angliae contra abbatem Quinsiaci [5] committitur de Eleemosyna [6] et Vallis Sarnen [7] abbatibus pacificanda vel iudicanda, etc., et quid inde, etc.

48 Querela abbatis de Paradiso [8] contra patrem suum de Lenim [9] committitur Lubensi[10] et de Camina[11] abbatibus pacificanda vel iudicanda, etc., et quid inde, etc. Abbas de Camina hoc collegae suo denuntiet.

49 Querela Claraevallensis de converso de Crista[12] committitur de Pont[iniaco], de Tribus Fontibus[13] et de Clarofonte[14] abbatibus pacificanda vel iudicanda, etc., et quid inde, etc.

50 Querela abbatis Gardae Dei[15] contra abbatem de Bonacumba[16], Grandisylvae[17] et de Bella pertica[18] abbatibus committitur pacificanda vel iudicanda etc., et quid inde, etc.

46 : *P*¹.
47 : *P*¹.
48 : *P*¹.
49 : *P*¹.
50 : *P*¹.

1 Grandselve, in dioec. Tolosan., *OC*, 81.
2 L'Escale-Dieu, in dioec. Tolosan., *OC*, 47.
3 Val sainte, in Provincia gall. dioec. Dinien., *OC*, 189.
4 Sylvacane, in dioec. Aquen., *OC*, 107.
5 Quinciacum, Quincy, in dioec. Senonen., *OC*.
6 L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
7 Vaux de Cernay, in dioec. Versalien., *OC*, 96.
8 Paradiz, in Polonia, dioec. Poznanien., *OC*, 240.
9 Lehnin, in dioec. Brandenburgen., *OC*, 182.
10 Luba, Leubus, in Silesia, dioec. Vratislavien., *OC*, 171.
11 Alias Vanchoscum, in dioec. Cracovien., *OC*, 178.
12 La Creste, in dioec. Lingonen., *OC*, 10.
13 In dioec. Catalaunen., *OC*, 6.
14 In dioec. Bisuntinen., *OC*, 24.
15 In dioec. Montisalban., *OC*, 122.
16 Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
17 Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
18 Belleperche, in Vasconia, dioec. Montisalban., *OC*, 75.

Querela abbatis Lavacensis [1] contra abbatem Fontis Clari [2], Bonifontis [3] et de Scala Dei [4] abbatibus committitur pacificanda vel iudicanda, etc., et quid inde, etc. 51

Querela abbatis de Salteia [5] contra abbatem de Bonarequie [6] committitur de Guazellia [7], de Strafort [8] et de Quoquesala [9] abbatibus pacificanda vel iudicanda, etc., et quid inde, etc. 52

Querela abbatis de Margan [10] contra abbatem Callinensem [11], de Albeconest [12], et de Dore [13] et de Flesle [14] abbatibus committitur pacificanda vel iudicanda, etc., et quid inde, etc. 53

Querela abbatis de Melone [15] contra abbatem Armentariae [16] committitur Morerole [17] et de Monte ramorum [18] abbatibus pacificanda, etc., et quid inde, etc. 54

Querela abbatis Clarifontis [19] contra abbatissam Rectae vallis [20], Bitanne [21] et de Aceyo [22] abbatibus committitur pacificanda, etc., et quid inde, etc. 55

Querela abbatis Vallis Sarnaii [23] contra abbatissam Sancti An- 56

---

51 : *P*[1].
52 : *P*[1].
53 : *P*[1].
54 : *P*[1].
55 : *P*[1].
56 : *P*[1].

---

[1] Seu Labaciae, La Baix, in Catalonia, dioec. Ileriden., *OC*, 227.
[2] Leg. forsan Fontisfridi, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[3] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[4] L'Escale Dieu, in dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[5] Saltrey, in dioec. Lincolnien., *OC*; 95, res tamen dubia apparet.
[6] Bonrepos, in Britannia minori, dioec. Corisopiten., *OC*, 164.
[7] Seu Gaverleia, Waverley, in dioec. Wintonien., *OC*, 16.
[8] Stratford Langthorne, in dioec. Londonien., *OC*, 102.
[9] Coggeshale, in dioec. Londonien., *OC*, 105.
[10] In Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 107.
[11] Caldrensis (?) abbatia, Calder Abbey, in dioec. Cestren., *OC*, 100.
[12] Aberconwey, in Norwallia, dioec. Bangoren,, *OC*, 186.
[13] Dore, in dioec. Hereforden., *OC*, 92.
[14] Flexley, in dioec. Hereforden., *OC*, 129.
[15] In Gallecia, dioec. Tuden., *OC*, 69.
[16] Armentera, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 146.
[17] Moreruela, in dioec. Zamoren., *OC*, 23.
[18] S. M. de Monte de Ramo, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 134.
[19] Clairefontaine, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 24.
[20] Droitevaux, ord. cist. in dioec. Tullen., *GC*, XIII, 1069.
[21] Bithaine, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 28.
[22] Acey, in dioec. S. Claudii, *OC*, 40.
[23] Vaux de Cernay, in dioec. Versalien., *OC*, 96.

thonii [1], de Bellobecco [2] et de Sancto portu [3] abbatibus committitur, etc., et quid inde, etc.

57 Querela abbatis Vallis Sancti Lamberti [4] contra abbatissam Bonae Fagiae [5], de Aureavalle [6] et de Eslantio [7] abbatibus committitur, et quid inde, etc.

58 Querela abbatis de Canis [8] contra abbatissam de Casnis [9] committitur de Scala Dei [10] et de Bonofonte [11] abbatibus, et quid inde, etc. Eisdem committitur querela abbatis de Periniat [12] contra abbatissam praedictam pacificanda etc., et quid inde, etc.

59 Querela abbatis de Villari [13] contra abbatissam Sancti Georgii [14], de Dunis [15] et de Camberone [16] abbatibus committitur, et quid inde, etc.

60 Querela abbatissae Vallis Sancti Trudonis [17] contra abbatissam Hortensem [18], de Valle Sancti Lamberti [19] et de Grandiprato [20] abbatibus committitur pacificanda, etc., et quid inde, etc.

61 Correctio et reformatio abbatiae monialium Rectae vallis [21]

57 : *P*1.
58 : *P*1.
59 : *P*1.
60 : *P*1.
61 : *P*1.

[1] S. Antonius Parisiensis, ord. cist., *GC*, VII, 899.
[2] Beaubec, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 96.
[3] Alias Barbellum, Barbeaux, in dioec. Melden., *OC*, 111.
[4] In Belgio, dioec. Leodiensi, *OC*, 207.
[5] Beaufays, in Belgio, dioec. Leodien., *GC*, III, 1040 ; cf. Canivez, *L'Ordre de Cîteaux en Belgique*, p. 265.
[6] Orval, in dioec. Namurcen., *OC*, 23.
[7] Elant, in dioec. Remen., *OC*, 113.
[8] Leg. forsan Elnis, in dioec. Tolosan., *OC*, 122.
[9] Goionis (?), in dioec. Tolosan.; *GC*, XIII, 88.
[10] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[11] Bonnefont, in dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[12] Payriniacum, Peyrignac, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 130.
[13] Villers-en-Brabant, in Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[14] Alias Salzinia, prope Namurcum, in Belgio, *GC*, III, 601.
[15] Les Dunes, in Belgio, dioec. Brugen., *OC*, 51.
[16] Cambron, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 113.
[17] Alias Becana, seu Ter Beeck, in dioec. Leodien., *GC*, III, 1031.
[18] Abbatia de Hocht, in dioec. Leodien.; cf. Canivez, *L'Ordre de Cîteaux en Belgique*, p. 257.
[19] Cf. supra stat. 57.
[20] In dioec. Namurcen., *OC*, 234.
[21] Cf. supra stat. 55.

committitur de Aceyo et de Bethania abbatibus ut ad locum, etc., et quid inde, etc.

Correctio et reformatio monialium de Tacenta [1], de Bosleia [2] 62
de Ponte Roberti [3] abbatibus committitur qui ad locum, etc. ; poenitentes vero reconcilient et absolvant.

Correctio excessuum monialium de Insula [4] Antissiodorensis 63
dioecesis quae contra obedientiam et formam Ordinis appellaverunt, committitur de Fonte Morini [5] et de Moris [6] abbatibus qui ad locum praesentialiter accedant, corrigant quae corrigenda invenerint in plenaria potestate ; poenitentes vero reconcilient et absolvant, et quid inde, etc.

Priorissa de Monceio [a] [7] quae multipliciter [b] monita per ab- 64
bates et monachos ut [c] Ordini obediret [d], cum esset inclusa a principio Ordinis, nec gereret [e] baculum pastoralem, et [f] manu armata visitatores exclusit, rebellis extitit Ordini usque modo, deponitur in instanti [g]. Suppriorissa et portaria quae in [h] rebellione sunt sibi [i] favorabiles deponuntur [j] auctoritate Capituli generalis. Abbates de Campania [8] et de Claromonte [9] hoc negotium exequantur ; et si eas invenerint contumaces, puniant eas prout viderint expedire, et si necesse fuerit excommunicatas denuntient auctoritate Capituli generalis, et priorissa ad domum aliam emittatur, non reversura nisi per Capitulum generale ; illas vero quas invenerint poenitentes reconcilient et absolvant.

Abbatissa de Marquetta [a] [10] quae novitias suas contra formam 65

---

62 : P^1.
63 : P^1.
64 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Montreio : L^1 ; Montceio : P^1P^{10}. [b] multoties : L^1. [c] ut : *deest* L^1. [d] obedire : L^1. [e] quaereret : L^1. [f] et : *deest* M ; quae et armatis : L^1. [g] cum suppriorissa : L^1. [h] eadem : L^1. [i] ibi : L^2P^{10} ; in : P^1. [j] et committuntur de Campania et de Claromonte abbatibus puniendae etiam per excommunicationis sententiam, etc. Priorissa emittatur ad aliam domum : L^1 *qui sic desinit.*
65 : $L^2MP^1P^{10}W$. [a] Marqueta : $MP^1P^{10}W$.

---

[1] Tarenteensis abbatia, in agro Dorsetensi, *Monast. Anglic.* V, 619.
[2] Boxley, in dioec. Cantuarien., *OC*, 91.
[3] Roberts Bridge, in dioec. Cicestren., *OC*, 173.
[4] Les Iles, *GC*, XII, 480.
[5] Fontmorigny, in dioec. Bituricen., *OC*, 115.
[6] Mores, in dioec. Trecen., *OC*, 135.
[7] Mons coelestis, sive Monceium, in dioec. Turonen., *GC*, XIV, 335.
[8] Champagne, in dioec. Cenomanen., *OC*, 188.
[9] Clairmont, in dioec. Valleguidonen., *OC*, 131.
[10] Marquette, in Gallia, dioec. Insulen., *GC*, III, 313.

et obedientiam Ordinis ab archidiacono Tornacensi fecit benedici; quae [b] etiam contra Ordinis instituta visitatoribus Ordinis contumax et inobediens fuit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua et quadraginta diebus extra stallum abbatissae. Visitatores Claraevallenses [c] hoc negotium exequantur, et quas in hac parte culpabiles invenerint puniant prout meruerint in plenaria potestate; poenitentes vero, etc.

66 Abbatissa [a] Sanctae Crucis [1] Missenensis dioecesis, quae visitatorem suum recipere noluit et ab eodem excommunicata [b] divinis interfuit [c], deponitur in instanti, et ad domum aliam emittatur et sit ineligibilis. Abbas de Boch [2] hoc negotium exequatur, et moniales quas in hac parte culpabiles invenerint puniat prout meruerint in plenaria potestate. Abbas de Vancoce [3] hoc ei denuntiet. Poenitentes vero reconciliet et absolvat.

67 De abbatissa et monialibus de Parco [4] quae cum audissent a visitatoribus suis statutum Capituli generalis anno praeterito editum, surrexerunt omnes et dixerunt [a] quod numquam in hoc ipsis vel Ordini obedirent, quod [b] etiam palmis collisis ad invicem de capitulo suo egredientes, et ipsis visitatoribus comminantes et convitiantes [c], cum iidem usque ad horam nonam ipsas ut ad obedientiam Ordini reverterentur in capitulum expectassent [d], ipsis egredientibus ostium clauserunt post ipsos. Item [e] cum domus eadem pro huiusmodi contumacia a dictis visitatoribus supposita fuisset interdicto [f], et lata [g] excommunicationis sententia in rebelles, cantaverunt Sextam solemniter alta voce, mandantes visitatoribus quod se pro excommunicatis non habebant [h], nec propter huiusmodi sententiam abstinerent a divinis, et ne ipsi amplius accederent ad eas gratia visitandi, sic diffinit Capitulum generale: abbatissa in instanti deponitur [f], et [i] ipsa

[b] quod: *P*10. [c] Claraevallis: *MP*1.

66: *L*1*P*1. [a] Deponatur abbatissa Missiroensis...: *L*1. [b] nihilominus: *L*1. [c] et emittatur et sit de cetero ineligibilis: *L*1 *qui sic desinit.*

67: *L*1*L*2*MP*1*P*10*W*. [a] dicentes: *L*1; respondentes: *P*1. [b] quae: *L*1*P*1. [c] et convitiantes: *deest L*1. [d] exportassent: *P*1. [e] et: *P*1. [f] interdictis: *P*1. [g] latae: *P*10. [h] habeant: *P*10. [i] deponatur: *L*1. [j] ut: *P*10.

[1] Sic citata in *ms.* 925 *Arsenal*; cf. *SM*, XXXVII, 17, « Heiligenkreuz ».

[2] Alias Vallis S. Aegidii, in Saxonia, dioec. Misnen., *OC*, 195.

[3] Vanchoscum, Wachock Klasztor, in dioec. Cracovien., *OC*, 178.

[4] Parcus Dominarum, Parc-aux-Dames, Claraevalli immediate subiecta, in dioec. Silvanecten., *GC*, X, 1515.

et celleraria ipsius loci ad domos alias emittantur [k]. Visitatores Claraevallis hoc exequantur, qui corrigant quod ibidem corrigendum invenerint in plenaria potestate ; poenitentes vero, etc.

Abbatissa de Loco Beatae Mariae [1] prope Remorenrinum quae **68**
abbati de Eleemosyna [2] suo visitatori ad ostium ter vel quater pulsanti non aperuit, licet ipsum sciret esse praesentem, quae et ad ostium claustri poni sustinuit custodiam saecularem ad ipsum visitatorem repellendum, et multis aliis modis dicitur deliquisse contra Ordinis instituta, deponitur in instanti. De Varenis [3] et de Albis petris [4] abbates hoc negotium exequantur, et si ipsam invenerint contumacem denuntient excommunicatam auctoritate Capituli generalis et ad domum aliam emittatur et puniant omnes alias moniales prout ipsas culpabiles invenerint ; poenitentes vero reconcilient et absolvant.

Abbas de Candelio [5] qui alias fuit amotus pro furto, pro **69**
carnali contagio, pro macula proprietatis, et pro fraude et dolo quem fecerat cum quibusdam personis, et de quo multa alia sinistra dicta sunt et probata, deponatur in instanti, et sit ineligibilis.

Abbas de Pomoc [6] qui non fuit regulariter electus, sed vio- **70**
lenter intrusus, nam tres monachi cum magna multitudine conversorum furibunde discurrentes cum armis, tam praedecessori suo quam visitatoribus metum mortis incurrerunt [a], propter quod et ipse praedecessor cessit, et visitatores ipsius cessionem recipere consenserunt, nullam viam aliam invenientes mortis periculum evadendi, qui et [b] ab illis conspiratoribus et [c] excommunicatis specialiter est electus, et ab eisdem visitatoribus metu tali confirmatus et promotus, deponitur in instanti et abbas ipsius praedecessor restituitur auctoritate Capituli generalis [d]. Abbas de Plac [7] totum negotium exequatur in plenaria potes-

[k] *hic desin.* L^1.
68 : P^1.
69 : L^1P^1.
70 : L^1P^1. [a] incusserant : L^1. [b] etiam : L^1. [c] et : *deest* L^1.
[d] *hic desin.* L^1.

[1] Lieu Notre-Dame, *GC*, IV, 311.
[2] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[3] Varennes, in dioec. Bituricen., *OC*, 111.
[4] Aubepierre, in dioec. Lemovicen., *OC*, 115.
[5] Candeil, in Languedocio, dioec. Albien., *OC*, 132.
[6] Seu Nepomuk, in Bohemia, dioec. Pragen., *OC*, 83.
[7] Plassium, Plass, in Bohemia, dioec. Pragen., *OC*, 82.

tate Capituli generalis, et tam de abbate priore, de quo multa sinistra relata sunt, quam de monachis et conversis conspiratoribus, committitur visitatoribus Morimundi in plenitudine potestatis auctoritate Capituli generalis.

1244

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto acta sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

1 Ut cuncta nostra operatio [a] et a Deo incipiat et per eum [b] finiatur, statuitur ut abbates in generali Capitulo congregati in primis hymnum *Veni Creator Spiritus* cantent solemniter et devote, postea dicatur a praesidente versus *Emitte Spiritum tuum*, et subiungatur collecta : *Actiones nostras quaesumus, Domine*, etc.

2 Pro domino Papa [1] dicatur [a] una missa de Spiritu Sancto a singulis sacerdotibus [b] Ordinis universi, oratione anno praeterito instituta in suo statu permanente.

3 Pro pace inter Ecclesiam et [a] imperium reformanda dicatur a singulis sacerdotibus una missa de Spiritu Sancto per Ordinem universum.

4 Scribatur per abbatias Ordinis nostri in regno Franciae in margine iuxta primum *Memento* propria nomina regis et reginae Franciae Ludovici [2] et Blanchae [3], ut de ipsis habeatur memoria specialis.

5 Pro domino[Ioanne [a]] [4] cardinali Sancti Laurentii in Lucina [b] amicissimo Ordinis dicatur una missa de Beata Virgine a singulis sacerdotibus per Ordinem universum ; monachi vero et conversi

---

1244. [a] *Titulus apud* P^1 *tantum.*

1 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] opera ... incipiant ... finiantur : P^1. [b] ipsum : L^2.

2 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] primo : P^1. [b] per Ordinem universum[1] : P^1.

3 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] romanum : P^1.

[c] $L^2MP^1P^{10}$.

5 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Ioanne : *apud* P^1 *tantum.* [b] licina : P^1.

---

[1] Innocentius IV, 1243-1254.

[2] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.

[3] Regina mater, † 1252.

[4] Ioannes de Toleto, ord. cist. card. presb. 1244, episc. Portuen. 1262, † 1275, *HC*, I, 36, 43.

tantum [c] dicant pro eodem quantum [d] pertinet [e] ad unam missam secundum morem Ordinis consuetum.

Negotium Ordinis ad dominum Papam domino Cistercii [a] et quatuor primis filiis abbatibus committit [b] capitulum generale modis [c] illis expediendum quibus melius Ordini videbunt expedire, et si contingat illos ire ad Curiam, vel mittere, totum fiet [b] in communibus expensis Ordinis quidquid pro communui bono Ordinis factum erit. 6

Statuit et ordinat Capitulum generale ut illi [a], quibus committitur inspectio alicuius domus monialium de novo fundatae [b] sive Ordini incorporandae, ibidem [c] conventum mittere vel aliqua Ordini incorporare non praesumant, donec chartam [d] dioecesani habeant, qua [e] ipsas concedit [f] Ordini absolutas ab omni iure episcopali secundum Ordinis instituta. 7

Diffinitiones de statu monialium anno praeterito latae confirmantur, excepto quod ubi [a] nominabatur nomen abbatis cum nomine abbatissae, solum nomen illius abbatissae exprimatur cuius monialis benedicetur, et tenetur abbatissa tempore benedictionis esse praesens. 8

Pro magna gratia, reverentia et labore et devotione, quae [a] sustinuerunt dominus [b] rex et regina Franciae veniendo ad Capitulum generale, conceditur eis ad praesens et suis uti carnibus in domo ducis et in domo ducissae extra terminos, ita tamen quod de cetero in domo Cistercii [c] vel alias in consequentiam non trahatur ; quod si aliquibus mulieribus a domino Papa concessus fuerit ingressus in aliquas abbatias nostri Ordinis, ibidem non permittantur nullatenus pernoctare. 9

Illustri regi Franciae et dominae Blanchae reginae matri eius, 10
pro devotione nimia quam praetendunt [a] veniendo ad Capitulum generale, et affectione pia quam habent ad nostrum Ordinem universum, conceditur a Capitulo generali ut tres

---

[c] collectam : *L²M*. [d] quae : *L²M*. [e] pro eo : *P¹*.

6 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Cysterciensi : *P¹*. [b] committitur a Capitulo generali : *MP¹*. [c] modos : *P¹⁰*. [d] fiat communibus : *P¹⁰*.

7 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] illis : *P¹*. [b] faciendae : *P¹*. [c] ibidem ... incorporare : *deest* *P¹*. [d] cartam : *L²MP¹⁰*. [e] quod : *P¹⁰*. [f] concedat : *P¹*.

8 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] ibi : *P¹⁰*.

9 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] quam : *P¹⁰*. [b] *hic incipit M*. [c] Cisterciensi : *P¹*.

10 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] praetenderunt : *M*.

missae de Spiritu Sancto et tres missae de Beata Virgine celebrentur pro ipsis per totum Ordinem a singulis sacerdotibus. Item ut audito eorum obitu, suo plenaria servitia primo anno, similiter et secundo duo alia persolvantur utrique [b] per Ordinem universum; nihilominus anniversaria eorum in singulis domibus Ordinis perpetuo celebrabuntur solemniter in conventu et die illa pro ipsis celebrent [c] universi.

11 Illustribus comitibus Attrebatensi et Pictaviensi fratribus domini regis Franciae, et Boloniensi et uxoribus eorum, et dominae Isabellae sororis domini regis Franciae, conceditur plenarium servitium et anniversarium post mortem ipsorum, nihilominus pro quolibet ipsorum dicatur una missa de Spiritu Sancto anno praesenti a singulis sacerdotibus per Ordinem universum.

12 Ad nimiam supplicationem dominae Blanchae reginae Franciae conceditur ut anniversarium patris sui Alphonsi [a] [1] regis Castellae, et reginae Alienor matris suae, quod privatim fieri consuevit fiat solemniter in conventu die consueto.

13 Item omnia alia beneficia spiritualia concessa comitibus, baronibus, militibus et aliis, qui sunt de consilio et familia domini regis, qui propter prolixitatem non scribuntur, confirmantur auctoritate Capituli generalis, ita quod cum litterae eorum praesentabantur Capitulo generali, fiat pro eis prout videbitur contineri in litteris sigillatis sigillo Capituli generalis.

14 Domino Praenestino [2], cui concessum fuit plenarium servitium, persolvatur per Ordinem universum, nihilominus anniversarium eius fiat in crastino beatorum Iohannis et Pauli sicut concessum fuit a Capitulo generali.

15 Pro venerabilibus patribus archiepiscopis Coloniensi [3], Magotinensi [4], Terraconensi [5], pro domino Richardo comite Cornubiae

---

[b] utique: *P*[1]. [c] celebrabunt: *P*[1].

11: *P*[1].

12: *L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Alphunsi: *P*[1]*P*[10].

13: *P*[1].

14: *P*[1].

15: *P*[1].

---

[1] Alphonsus IX, Castellae rex, † 1230, *BB*, I, 165.

[2] Iacobus de Pecoraria, ord. cist. card. episc. Praenestin., † 25 jun. 1244, *HC*, I, 37.

[3] Conradus de Hochstaden, 1238-1261, *SE*, 270; *HC*, I, 198.

[4] Sigfridus, Maguntinen. archiep., 1230-1249, *SE*, 289; *HC*, I, 321.

[5] Petrus de Albalate, ord. cist. Terraconen. archiep., 1238-1251, *SE*, 76, *HC*, I, 478.

et pro domina comitissa Niversensi, et pro domina Arcauda, et pro uxore domini Montis Laurentii, pro comite Iohanne domino de Salnis, pro comite Sancti Pauli, pro Galchero domino Sancti Aniani, pro comite Sacri Caesaris qui petunt orationes fieri pro se speciales, conceditur a Capitulo generali una missa de Spiritu Sancto a sacerdotibus singulis per Ordinem universum.

Domino Petro capellano regis Franciae conceditur, post eius obitum, una missa pro defunctis a singulis sacerdotibus per Ordinem universum. **16**

Petitio dominae comitissae Flandriae [1] de una missa pro defunctis per universum Ordinem a singulis sacerdotibus dicenda, pro fratre Iacobo [2] de Praedicatorum [ordine], confessore suo iam defuncto, exauditur. **17**

Petitio nobilis viri domini Iohannis de Toleta ballini Campaniae, amici Ordinis, de faciendo pro eo plenario servitio post eius obitum exauditur, per Ordinem universum. **18**

Pro dominis Arneto et Guidone comitibus Nivernensibus et pro comitissa Sacri Caesaris, pro domino Gacio de Poissi, pro Guidone de Folloes, pro fratris Sanctae Margaretae et pro omnibus aliis defunctis pro quibus petitae sunt orationes, dicatur una missa pro defunctis a singulis sacerdotibus per Ordinem universum. **19**

Petitio abbatis [3] Sancti Vedasti Attrebatensis de una missa pro defunctis a singulis sacerdotibus pro ipso dicenda, post eius obitum, per universum Ordinem, exauditur. **20**

Petitio abbatis Casaenovae [4] de facienda in domo sua commemoratione sanctorum Torpetis et Sulpitii annuatim in festo ipsorum, quorum ibidem corpora requiescere dicuntur, exauditur. **21**

---

16 : *P*¹.
17 : *P*¹.
18 : *P*¹.
19 : *P*¹.
20 : *P*¹.
21 : *P*¹.

---

[1] Joanna, de Constantinopoli dicta, † 1244.

[2] Jacobus de Vitriaco, Acconen. episc. 1216-1228, card. episc. Tusculan. 1228, † 30 apr. 1244, *SE*, 434 ; *HC*, I, 68, 38.

[3] Martinus II, abbas 1226-1249, *GC*, III, 386.

[4] Sive in Pedemontio, sive in Aprutio, *OC*, 121, 199.

22 De Iocelino [1] episcopo in Hybernia, quondam monacho Sanctae Mariae iuxta Dublinium [2], qui vita sua inordinata et minus honesta denigrat formam Ordinis... [a] et alias auctoritate Capituli generalis per abbates ad hoc specialiter deputatos ammonitus se minime emendavit, sed prioribus, ut dicitur, priora cumulavit, committitur abbati de Bildenaus [3] qui[f] assumpto secum abbate uno de Hybernia, iterato ipsum ammoneat auctoritate Capituli generalis, ut de cetero moderate se habeat et honeste, alioquin a societate Ordinis ipsum praecissum denuntiet et penitus sequestratum, et quid inde, etc.

23 De fratre Alexandro, monacho de Warduna [4], qui electus fuit de novo in abbatem, licet nondum fuisset professus per annum, committitur conscientiae abbatis Claraevallis qui, pensatis moribus et qualitate personae [a] per auctoritatem [b] Capituli generalis ipsum pronuntiet ad abbatizandum cogi non posse infra triennium, si secundum Deum ita viderit expedire.

24 De prioratibus Cadunii [5] committitur abbati Pontiniacensi et de aliis prioritatibus [*sic*] generationis suae in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

25 Conceditur episcopo Claromontensi [6] ex multa gratia ut possit secum habere monachum unum de Montepetroso [7].

26 Domino Terraconensi [8] archiepiscopo conceditur ut, de provincia sua, unum vel duos monachos sibi possit assumere de monasterio Fontisclari [9].

27 De abbate Sancti Thomae [10] qui promotus est in abbatem

---

22 : *P*¹. [a] *locus vacuus.*
23 : *L*¹*P*¹. [a] personae : *deest* *P*¹. [b] auctoritate : *L*¹.
24 : *P*¹.
25 : *P*¹.
26 : *P*¹.
27 : *P*¹.

---

[1] Jocelinus O'Tormaig, Ardachaden. episc. 1233, resign. 1237, *SE*, 205 ; *HC*, I, 102.
[2] St. Mary's Abbey, *OC*, 104.
[3] Bildewas, in Anglia, dioec. Cestren., *OC*, 102.
[4] Wardon, in dioec. Lincolnien., *OC*, 43.
[5] Cadouin, in dioec. Petracoricen., *OC*, 7.
[6] Hugo de la Tour, 1227-1249, *SE*, 538 ; *HC*, I, 192.
[7] Mont Peiroux, in dioec. Claromontan., *OC*, 13.
[8] Cf. supra stat. 15.
Antiquum nomen abbatiae de Santa Fé, in Aragonia, *OC*, 226.
In ditione Venetorum, dioec. Torcellan., *OC*, 213.

contra voluntatem abbatis proprii et abbatiam accepit non licentiatus ab ipso, imo contra inhibitionem ipsius, committitur abbati de Brondolio [1] in plenitudine potestatis ut inquisita rei veritate faciat super hoc quod viderit expedire auctoritate Capituli generalis, et quid inde, etc. Abbas de Claravalle [2] hoc ei denuntiet.

De monachis Pontisalti [3] qui noluerunt recipere visitatores suos, committitur de Scala Dei [4] et de Pertiniaco [5] abbatibus, qui ad locum corporaliter accedant in plenitudine potestatis, corrigant et reforment in dicta domo quae fuerint corrigenda auctoritate Capituli generalis, tam in capite quam in membris ; monachi autem qui super hoc rei inventi fuerint, conspiratorum sententiae supponantur, et quid inde, etc. **28**

De abbate Sanctarum Crucium [6] qui dicitur sine mandato Capituli generalis abbatiam monialium Vallis laurae [7], pro qua dominus Papa scripsit, incorporasse Ordini, committitur de Montefrigido [8] et de Scarpio [9] abbatibus, et inspectio illius loci eisdem committitur in plenitudine potestatis et possint ibidem conventum mittere vel retinere, prout viderint expedire, et quid inde, etc. **29**

Abbas de Belloprato[10] qui in filia sua de Bonogardo[11] passus est dissolutiones fieri longo tempore, tam in esu carnium in quo ipse multoties auctoritatem praestitit in edendo tempore suae visitationis, quam [a] alia permittendo contra formam Ordinis, quadraginta diebus sit extra stallum abbatis et per sex dies faciat levem culpam, duobus eorum in pane et aqua. Correctio **30**

28 : *P*1.
29 : *P*1.
30 : *L*1*P*1. [a] qui : *P*1.

[1] Brondolo, in paludibus Venetiarum, *OC*, 232.
[2] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[3] Pontaut, in Vasconia, dioec. Aduren., *OC*, 127.
[4] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[5] Payriniacum, Peyrignac, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 130.
[6] Santas Creus, in Catalonia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.
[7] In dioec. Vergellensi, *ms.* 32 *Dusseldorf.*
[8] Legend. Fontefrigido, Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[9] Escarpe, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 217.
[10] Beaupré, in dioec. Tullen., *OC*,33 ; unicam habuit abbatiam filiam, Pomarium.
[11] Baumgarten, Pomarium, Verger, in dioec. Argentinen., *OC*, 112.

autem et reformatio dictae domus committitur abbati Morimundi in plenaria potestate, et quid inde, etc.

31 Abbas Bonaecumbae [1] qui permisit scienter quemdam monachum suum habere proprium et passim loqui in mensa, in [a] oratorio, in refectorio et in claustro, quadraginta diebus sit extra stallum abbatis, et sex diebus in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. Monachus supponatur sententiae proprietarii in Usibus definitae.

32 Iniungitur auctoritate Capituli generalis abbati de Meleceio [2] ut ipse repetat et recipiat a vicecomite Racerii centum solidos annui redditus ad opera Capituli generalis quos solebat recipere et repetere abbas Triagii [3], et alium redditum similiter centum solidorum situm apud Rupellam, quem solebat recipere abbas Sancti Leonardi [4], recipiat abbas Morelae [5] et repetat per iudices seu ordinarios delegatos seu per senescallos domini comitis Pictaviae, praedictorum reddituum detentores ad solvendum compellant auctoritate Capituli generalis et quid inde, etc. Abbas Gratiae Dei [6] hoc ei denuntiet.

33 De abbate de Herduse [7], qui dicitur misisse conventum ad quamdam domum monachorum quam aedificavit dominus episcopus Vuerdenensis [8], sine licentia Capituli generalis, committitur de Radursii [9] et Vallis Rendansi [10] abbatibus, et etiam inspectio eiusdem loci ita quod ad eum corporaliter accedant, pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc.

34 Correctio et reformatio abbatiae de Clariana [11], de qua multa

31 : *L¹MP¹*. [a] in : *deest P¹*.
32 : *P¹*.
33 : *P¹*.
34 : *P¹*.

[1] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
[2] Mellereium, Melleray, in dioec. Nanneten., *OC*, 85.
[3] Trisagium, Trisay, in dioec. Lucionen., *OC*, 85.
[4] St-Léonard des Chaumes, in dioec. Rupellen., *OC*, 156.
[5] Moroliae, Moureilles, in dioec. Rupellen., *OC*, 132.
[6] In dioec. Santonensi, hodie Rupellen., *OC*, 34.
[7] Hardehausen, in Westphalia, dioec. Paderbornen., *OC*, 60.
[8] Luderus de Borg, Verdensis episc. 1231-1251, *SE*, 321 ; *HC*, I, 521 ; cf. supra ann. 1242, stat. 30.
[9] Formula adulterata pro Riddagshausen, in dioec. Halberstaden., *OC*, 84.
[10] Prope Riddagshausen extabat Vallis S. Mariae, *OC*, 76 ; an de ea hic agitur ?
[11] Clariana du Jau, in dioec. Perpiniacen., *OC*, 147.

sinistra dicta sunt Capitulo generali, committitur de Loco Dei [1] et de Bellobecco [2] abbatibus in plenaria potestate, ut ad locum praesentialiter accedentes, quae in dicta domo corrigenda invenerint, corrigant et reforment auctoritate Capituli generalis, et quid inde, etc., et si spes sit quod possit esse abbatia...[a]

Abbas Loci Dei hoc collegae suo denuntiet.

Sententiae latae in abbatissas et moniales et alias personas 35
rebelles domorum de Sancta Colomba [3], de Vastina [4], de Sancta Cruce [5] in Misinensi dioecesi, auctoritate Capituli generalis eaedem confirmantur usque ad satisfactionem condignam. Abbas de Longovillari [6] abbatissis et conventibus de Sancta Colomba de Vastina; abbas de Valcrede [7] abbatissae de Sancta Cruce hoc denuntiet, et quid inde, etc.

Sententia excommunicationis quam de Claromonte [8] et de 36
Campania [9] abbates tulerunt in priorissam et moniales de Monceio[10] rebelles Ordini, auctoritate Capituli generalis confirmatur. Abbas de Pietate[11] hoc ei denuntiet.

De [a] abbatiis monialium de Vicinis[12] et Remorentino[13], statuit 37
et ordinat Capitulum generale ut a sociate Ordinis sint separatae penitus, donec omnino obediant Ordini secundum Ordinis instituta, et a venerabili patre episcopo Aurelianensi[14] demittantur in pace. Abbas de Eleemosyna[15] hoc episcopo et monialibus denuntiet.

---

[a] locus vacuus.

35 : *P*¹.

36 : *P*¹.

37 : *L*¹*P*¹*T*⁵. [a] *Brevius apud L*¹*T*⁵ : Abbatiae monialium de Vuinis et de Morentino ab Ordinis societate separantur donec obediant, et episcopo Auvelianensi dimittuntur in pace.

---

[1] Loc-Dieu, in dioec. Ruthenen., *OC*, 149.
[2] Belloc-en-Rouergue, in dioec. Ruthenen., *OC*, 79.
[3] Seu Blandecques, *GC*, III, 533.
[4] Woestine, in dioec. Audomaren., *GC*, III, 537.
[5] Cf. *SM*, XXXVII, 17.
[6] Longvilliers, in dioec. Atrebaten., *OC*, 102.
[7] Walkenried, in ducatu Brunsvicensi et antiq. dioec. Maguntin., *OC*, 15.
[8] Clairmont, in dioec. Valleguidonen., *OC*, 131.
[9] Champagne, in dioec. Cenomanen., *OC*, 188.
[10] Mons coelestis, sive Monceium, in dioec. Turonen., *GC*, XIV, 335.
[11] Alias Spallum, l'Epau, in dioec. Cenomanen., *OC*, 232.
[12] Voisins, in dioec. Aurelianen., *GC*, VIII, 1588.
[13] Locus Nostrae Dominae, prope Remorentinum, *GC*, IV, 311.
[14] Guilelmus de Bussi, 1238-1258, *SE*, 593, *HC*, I, 118.
[15] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.

38 Inspectio loci ad quem petit transferri domum suam abbas de Porta Coeli [1], de Cedeliz [2] et de Lignem [3] abbatibus committitur ut ad locum presentialiter accedentes pensatis omnibus etc., et quid inde, etc.

39 Inspectio loci ad quem petit abbas Sancti Prudentii [4] domum suam transferri, de Vallebona [5] et de Fiterio [6] abbatibus committitur qui ad locum praesentialiter accedant, pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc. Abbas de Vallebona hoc collegae suo denuntiet.

40 Inspectio abbatiae monialium de Archa Sanctae Mariae [7] quam petit Ordini incorporare electus Traiectensis [8], de Bergen [9] et de Campo Sanctae Mariae[10] abbatibus committitur, qui ad locum etc., et quid inde, etc. et sit filia de Campo.

41 Inspectio abbatiae monachorum quam vult aedificare vidua nobilis Agnes[11] quondam palatina Reni, de Lapide Sancti Michaelis [12] et de Luca [13] abbatibus anno praeterito commissa, iterato committitur iisdem ud ad locum etc., et sit filia de Redehonsa [14], et quid inde, etc. Abbas Vualrenrende [15] hoc eis denuntiet.

---

38 : *P*¹.
39 : *P*¹.
40 : *P*¹.
41 : *P*¹.

---

[1] Seu potius Pforte, in Thuringia, *OC*, 25.
[2] Sedlecium, Sedlec, in Bohemia, dioec. Pragen., *OC*, 78,
[3] Langheim, in dioec. Bambergen., *OC*, 28; cf. infra ann. 1245, stat. 42.
[4] S. Prudencio, in Veteri Castella, dioec. Calaguritan., *OC*, 145.
[5] Valbuena, in Veteri Castella, dioec. Palentin., *OC*, 71.
[6] Fitero, in dioec. Tirasonen., *OC*, 65.
[7] Mariendaal (?) te Zuilen, in dioec. Traiect.
[8] Otto de Hollandia, Traiecten. episc. 1235, consecr. 1244, † 1249, *SE*, 255; *HC*, I, 490.
[9] Vetus Mons, Altenberg, in dioec. Colonien., *OC*, 29.
[10] Seu Marienfeld, in dioec. Monasterien., *OC*, 185.
[11] Conradi III, marchionis Misniae et Landsbergae filia, atque Henrici Longi, ducis Saxoniae et comitis Palatini ad Rhenum, vidua improles, fundatrix Novalis S. Mariae, Marienrode, *OC*, 245.
[12] Michaelstein, in dioec. Halberstaden., *OC*, 89.
[13] Seu Loccum, in provincia Hannoverana, *OC*, 151.
[14] Riddagshausen, in dioec. Halberstadensi, *OC*, 84.
[15] Walkenried, in dioec. Moguntina, *OC*, 15.

Inspectio abbatiae monialium de Beneghusen [1], quam petit incorporari Ordini dominus Coloniensis archiepiscopus [2], de Lurra [3], et de Bredelaire [4] abbatibus committitur qui ad locum etc., et quid inde, etc., et sit filia de Campo [5]. 42

Inspectio abbatiae monialium de Winhusen [6], quam petit incorporari Ordini illustris dux de Bruneswir, de Lurra [7] et de Lapide Sancti Michaelis [8] abbatibus committitur qui ad locum, etc., et quid inde, etc., et sit filia de Riddagase [9]. 43

Inspectio loci ad quem petunt transferri suam abbatiam moniales de Horto Sanctae Mariae in Colonia[10], de Valle Sancti Petri[11] et de Bergen[12] abbatibus anno praeterito commissa iterato committitur auctoritate Capituli generalis, qui ad locum, etc., et quid inde, etc. 44

Inspectio domus monialium Montis Sanctae Mariae[13], quam petunt incorporari dux et ducissa Brabantiae[14], de Fusniaco[15] et de Camberone [16] abbatibus committitur qui ad locum, etc., et quid inde, etc. 45

Inspectio abbatiae monialium de Nunenmustere[17] Warmaciensis dioecesis, pro qua Ordini incorporanda scripsit dominus Papa Capitulo generali, de Scanangia[18] et de Mitrebor[19] abbatibus 46

42 : P^1.
43 : P^1.
44 : P^1.
45 : P^1.
46 : P^1.

[1] Bennighausen, in dioec. Colonien., *SM*, XXXVII, 4.
[2] Conradus de Hochstaden, 1238-1261, *SE*, 270 ; *HC*, I, 198.
[3] Haina (?) in dioec. Maguntin., *OC*, 188.
[4] Bredelaria, in dioec. Paderburnen., *OC*, 203.
[5] Vetus Campus, Camp, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
[6] Wienhausen, in dioec. Hildeshemen., *SM*, XXXVII, 43.
[7] Cf. supra stat. 42.
[8] Cf. supra stat. 41.
[9] Riddagshausen, cf. supra stat. 41.
[10] Mariengarten, *SM*, XXXVII, 22.
[11] Alias Heisterbach, in dioec. Colonien., *OC*, 189.
[12] Vetus Mons, cf. supra stat. 40.
[13] Fors. Mons aureus. prope Wevelghemium, *GC*, III, 309.
[14] Henri II, 1235-1248, *BB*, I, 2064.
[15] Foigny, in Gallia, dioec. Laudunen., *OC*, 10.
[16] Cambon, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 113.
[17] Neunmünster, cf. *Cistercienser-Chronik*, XIII (1901) p. 259.
[18] Schonaugia, Schönau, in Palatinatu, dioec. Wormatien., *OC*, 81.
[19] Otterburgum, Otterberg, in Palatinatu, dioec. Maguntin., *OC*, 82.

committitur, qui ad locum etc., et quid inde, etc. et sit filia de Everbac [1].

47 Inspectio abbatiae monialium Bonifontis [2], quam petunt incorporari Ordini domina regina Castellae et comitissa de Molina, de Periniaco [3] et de Monte salutis [4] abbatibus committitur, qui ad locum praesentialiter accedant, pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc., et sit filia de Orta [5].

48 Inspectio abbatiae monialium de Vuelfra [6] Coloniensis dioecesis, quam petit incorporari Ordini dominus archiepiscopus Coloniensis [7], de Bredellar [8] et de Campo Sanctae Mariae [9] abbatibus committitur, ita quod ad locum praesentialiter accedant, pensatis, etc., et quid inde, etc. et sit filia de Campo [10].

49 Inspectio cuiusdam novae abbatiae in Lumbardia[11], de Cana[12] et de Cornu[13] abbatibus, quibus anno praeterito commissa fuit, iterato eisdem committitur auctoritate Capituli generalis. Abbas Claraevallis[14] hoc eis denuntiet, et quid inde, etc.

50 Inspectio abbatiae de Cypro[15], de Iubino[16] et de Sancto Sergio[17] abbatibus anno praeterito commissa, iterato eisdem committitur auctoritate Capituli generalis. Abbas de Firmitate per priorem Sancti Sergii vel alium hoc eis denuntiet, et quid inde, etc.

47 : *P*¹.
48 : *P*¹.
49 : *P*¹.
50 : *P*¹.

[1] Eberbach, in Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.
[2] Istam abbatiam admissam fuisse non constat.
[3] Payriniacum, Peyrignac, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 130.
[4] Monsalud, in Castella nova, dioec. Conchen., *OC*, 65.
[5] Horta, Huerta, in veteri Castella, dioec. Seguntin., *OC*, 79.
[6] Welffern, *SM*, XXXVII, 43.
[7] Conradus de Hochstaden, 1238-1261, *SE*, 270 ; *HC*, I, 198.
[8] Bredelaria, in dioec. Paderburnen., *OC*, 203.
[9] Marienfeld, in dioec. Monasterien., *OC*, 185.
[10] Vetus Campus, Camp, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
[11] Non constat de qua agitur abbatia.
[12] Cava, S. Maria Magdalena de Cava, in Lombardia, *OC*, 233.
[13] S. Stephanus de Cornu, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 234.
[14] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[15] Bellus Locus, in suburbiis Nicosiae,*OC*, 238 ; agitur hic de translatione, cf. ann. 1243, stat. 22.
[16] S. Georgius in Iubino, prope Antiochiam Syriae, *OC*, 217.
[17] In Syria, dioec. Byblen., *OC*, 239.

Inspectio abbatiae de Wigaradop [1] Ordinis Sancti Augustini, quam petit Monasteriensis episcopus [2] Ordini incorporari, committitur Sancto Bernardo [3] et de Scola Dei [4] abbatibus, qui ad locum, etc., et quid inde, etc. **51**

Inspectio abbatiae monialium de Gometroniam [5], quam episcopus Habulensis [6] petit Ordini incorporari, committitur de Mozeloia [7] et de [S. Maria] aquilari [8] abbatibus ut ad locum, etc., et quid inde, etc. Abbas de Valle Paradisi [9] hoc eis denuntiet. **52**

Inspectio abbatiae monialium de... [a], quam marchio Misinensis petit Ordini incorporari, committitur de Drobelo [10] et de Boc [11] abbatibus qui ad locum etc., et quid inde, etc. et sit filia abbatiae de Porta [12]. **53**

Inspectio abbatiae monialium Vallis Sanctae Mariae [13] Constantiensis dioecesis, quam mandat dominus Papa incorporari Ordini, committitur de Luceia [14] et de Capella [15] abbatibus qui ad locum, et quid inde, etc. **54**

Inspectio abbatiae monialium de Codreio [16] quam comitissa de Fliz et de Bellomonte volunt aedificare, committitur de Claromonte [17] et Bellabranca [18] abbatibus ut ad locum, etc., et quid inde, etc., et sit filia Cistercii. **55**

---

51 : *P*¹.
52 : *P*¹.
53 : *P*¹. [a] *locus vacuus.*
54 : *P*¹.
55 : *P*¹.

---

[1] Gerricum, Gerka, in dioec. Leovardiensi Frisiae, in loco Wigeratorp dicto, *OC*, 243.
[2] Ludolfus de Holte, 1227-1248, *SE*, 295 ; *HC*, I, 346.
[3] S. Bernardus in Adwert, in Frisia, dioec. Monasterien., *OC*, 194.
[4] Scholas Dei, Ihlo, in Frisia, dioec. Bremen., *OC*, 231.
[5] Non constat Ordini cist. fuisse incorporatam.
[6] Stephanus, 1241-1250, *SE*, 9 ; *HC*, I, 67.
[7] Morerola, Moreruela, in Legione, dioec. Zamorensi, *OC*, 23.
[8] S. Maria de Aguiar, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 153.
[9] Valparayso, in Legione, dioec. Zamoren., *OC*, 131.
[10] Dobraluca, in dioec. Misnen., *OC*, 153.
[11] Buch, alias Vallis S. Aegidii, in Saxonia, dioec. Misnen., *OC*, 195.
[12] Pforte, in Thuringia, dioec. Nuemburgen., *OC*, 25.
[13] Seu Vallis Dominarum, Frauental, *SM*, XXXVII, 13.
[14] Lucella, in dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[15] Cappel, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 184.
[16] Agitur de Perreio, Perray-aux-Nonnains, prope Andegavum ; cf. *GC*, XIV, 733.
[17] Clairmont, in dioec. Valleguidonen., *OC*, 131.
[18] Bellebranche, in dioec. Cenomanen., *OC*, 132.

56 Inspectio abbatiae monialium de Campo Virginum [1], quam Bulgranius Nurumero petit Ordini incorporari, committitur de Alsbonia [2] et de...[a] abbatibus qui ad locum, etc., et quid inde,etc.

57 Querela abbatis Cistercii contra abbatem Vallis Sarnai [3] committitur de Charoliloci [a] [4] et de Strata [5] abbatibus, pace, etc., et quod inde, etc. Abbas de Regali monte [6] hoc eis denuntiet.

58 Querela abbatis de Capella [7] contra abbatem Maris Stellae [8] committitur de Luceia [9], de Paris [10] et de Porta Coeli [11] abbatibus pacificanda, etc., et quid inde, etc.

59 Querela [abbatis]Vallis Paradisi [12] contra abbatem Popleti [13], de Alcubatia [14] et de Sancto Iohanne de Tauroca [15] abbatibus committitur pacificanda, etc. et quid inde, etc.

60 Querela archiepiscopi Armacani [16] contra abbatem Sanctae Mariae [17] committitur de Dublinia [18], de Mellifonte [19], de Sancto Salvatore [20] et de Wedeni [21] abbatibus pacificanda etc., et quid inde, etc.

---

56 : *P*1. [a] locus vacuus.
57 : *P*1*P*10. [a] Karoliloci : *P*10.
58 : *P*1.
59 : *P*1.
60 : *P*1.

---

[1] Niederschönenfeld (?), Oberschönenfeld (?), *SM*, XXXVII, 31, 32.
[2] Heilsbronn, in Bavaria, dioec. Eystetten., *OC*, 27.
[3] Vaux-de-Cernay, in dioec. Versalien., *OC*, 96.
[4] Châlis, in dioec. Bellovacen., *OC*, 44.
[5] N.-D. de l'Estrée, in Normannia, dioec. Ebroicen., *OC*, 81.
[6] Royaumont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 230.
[7] Cappel, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 184.
[8] Seu Wettingen, in dioec. Constantien., *OC*, 230.
[9] Lucella, in dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[10] Parisium, Pairis, in dioec. Argentinen., *OC*, 56.
[11] Thennenbach, in Brisgoa, dioec. Constantien., *OC*, 142.
[12] Valparayso, in Legione, dioec. Zamoren., *OC*, 131.
[13] Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.
[14] Alcobaça, in Lusitania, dioec. Ulixbonen., *OC*, 110.
[15] St-Jean de Tarouca, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 61.
[16] Albertus Suerbeer, ord. Praed. 1240-1247, *SE*, 207 ; *HC*, I, 108.
[17] Portus S. Mariae, alias Dunbrody, in Hibernia, dioec. Fernen., *OC*, 181 ; sed textus authenticus, ut valde suspicor, erat : « ... abbatem S. Mariae de Dublinia committitur de Mellifonte, etc.
[18] St-Mary's Abbey, prope Dublinum, *OC*, 104.
[19] In Hibernia, dioec. Armacan., *OC*, 70.
[20] Vallis S. Salvatoris, alias Graignemanagh, in Hibernia, *OC*, 210.
[21] Wecheny, aliquando pro Woneyum, Abbington, in Hibernia, *OC*, 211.

Querela abbatis de Margan [1] contra abbatem de Vallium [2] committitur de Albeconost [3] et de Dora [4] et de Tinterna [5] abbatibus pacificanda, etc. 61

Querela abbatis de Capella [in] [a] Flandria [6] contra abbatem de Bodelio [7] committitur de Claromaresco [8] et de Grandiprato [9] abbatibus pacificanda, etc., et quid inde, etc. 62

Querela abbatis de Buxeto [10] contra abbatissam Regalis monasterii [11] apud Burg. committitur de Caraceto [12], de Sacramenia [13] et de Fiterio [14] abbatibus pacificanda, etc., et quid inde, etc. 63

Querela abbatis Ursariae [15] contra abbatem Iuncariae [16] et de Melone [17] et de Superaddo [18], de Mera [19] et de Faenalibus [20] abbatibus committitur pacificanda etc., et quid inde, etc. 64

Querela abbatis de Andreo [21] contra abbatem de Copervenice [22], de Lubens [23] et de Camina [24] abbatibus committitur pacificanda, etc., et quid inde, etc. 65

61 : *P*1.
62 : *P*1. [a] et : *ms.*
63 : *P*1.
64 : *P*1.
65 : *P*1.

[1] In Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 107.
[2] Seu Llantarnam, in Wallia, *OC*, LXXIX.
[3] Aberconwey, in Norwallia, dioec. Bangoren., *OC*, 186.
[4] Dore, in dioec. Herefordien., *OC*, 92.
[5] Tinterna maior, prope Walliam, dioec. Hereforden., *OC*, 19.
[6] Alias Thosan, Ter Doest, in Belgio, dioec. Brugen, *OC*, 173.
[7] Baudeloo, in dioec. et urbe Gandaven., in Belgio, *OC*, 227.
[8] Clairmarais, in Artesia, dioec. Atrebaten., *OC*, 59.
[9] Grandpré, in dioec. Namurcen, *OC*, 234.
[10] Buxetum, Bugedo, in veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 167.
[11] Las Huelgas, *TB*, I, 1471.
[12] Carracetum, Carracedo, in Legione, dioec. Astoricen., *OC*, 209.
[13] Sagramenia, in veteri Castella, dioec. Segovien., *OC*, 67.
[14] Fiterium, Fitero, in dioec. Tirasonen., *OC*, 65.
[15] Osera, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 63.
[16] Iuncaria, Iunquera, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 159.
[17] Melon, in Gallecia, dioec. Tuden., *OC*, 69.
[18] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 67.
[19] Meyra, in Gallecia, dioec. Lucen., *OC*, 73.
[20] Fiaês, in Lusitania, dioec. Bracaren., *OC*, 130.
[21] Andrejovia, Jedrzejow, in Polonia, antiq. dioec. Cracovien., *OC*, 117.
[22] Clara Provincia, Koprzywinica, in Polonia, dioec. Cracovien., *OC*, 184.
[23] Luba, Leubus, in Silesia, dioec. Vratislavien., *OC*, 171.
[24] Alias Vanchoscum, in dioec. Cracovien., *OC*, 178.

66 Querela abbtis de Hulcumme [1] contra abbatem de Dexlecresse [2], de Bildenaus [3] et de Croquedane [4] abbatibus committitur pacificanda, etc., et quid inde, etc.

67 Querela abbatissae de Valle Beatae Mariae [5] contra abbatissam de Rameria [6], de Alna [7] et de Camberone [8] et de Grandiprato [9] abbatibus committitur pacificanda, etc., et quid inde, etc.

68 Querela abbatissae de Salzinnes[10] contra dictam abbatissam de Rameria[11] eisdem iudicibus committitur pacificanda, etc., et quid inde, etc.

1245

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto statuta sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

1 Octava Nativitatis Virginis gloriosae fiat solemniter per universum Ordinem sicut octava Assumptionis ipsius [a] in hunc modum, quod [b] antiphonae, lectiones et responsoria, officium missae, capitula [c], collectae ubi [d] de Assumptione dicebantur dicentur de Nativitate; privatis vero diebus pro responsorio *Exaltata est Sancta Dei Genitrix*, dicitur *Nativitas tua Dei Genitrix Virgo*; versus *Gaudium annuntiavit universo mundo*, cetera omnia tam sabbato quam dominica infra octavam et in octava fiant sicut per octavam et in octava Assumptionis, servatis, ut dictum est, proprietatibus Nativitatis.

---

66 : P^1.
67 : P^1.
68 : P^1.
1245. [a] *Titulus apud* P^1 *tantum*.
1 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] ipsius : *deest* P^1. [b] quia : P^1. [c] capitulum : P^1P^{10}. [d] ut : P^1.

---

[1] Holm Cultram, in Cumbria, dioec. Karleolen., *OC*, 130.
[2] Dieulacres, in dioec. Conventren., *OC*, 142.
[3] Bildwas, in dioec. Cestren., *OC*, 102.
[4] Vallis S. Mariae de Crokesden, in dioec. Lincolnien., *OC*, 176.
[5] Val Notre-Dame, in Belgio, dioec. Leodien., *GC*, III, 1035.
[6] La Ramée, Rameige, in Belgio, dioec. Mechlinien., *GC*, III, 604.
[7] Aulne, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[8] Cambron, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 113.
[9] Grandpré, in dioec. Namurcen., *OC*, 234.
[10] Alias Vallis S. Georgii, prope Namurcum, in Belgio, *GC*, III, 601.
[11] Cf. stat. praeced.

Pro domino Papa [1], pro rege Franciae [2] qui signum [a] sanctae 2
crucis assumpsit, et pro terra sancta maxime ad petitionem venerabilis patris Thusculani [b] episcopi [3] legati Franciae, statuitur [c] ut quotidie ad missam conventus finita oratione dominica omnes humiliter se prosternant super formas, et dicant alternatim chori submissa voce, pulsata minori campana, prout antiquitus fieri consuevit psalmus *Deus venerunt gentes*, subiungentes *Kyrie eleison*, et *Pater noster*, et dicatur a celebrante : *Et ne nos*, etc. versus *Exsurgat Deus; salvum fac populum tuum Domine et benedic*, etc. Oremus pro afflictis et captivis [d] et peregrinis christianis : *Mitte eis Domine auxilium de sancto, Domine exaudi, Dominus vobiscum, Oremus : Deus omnium fidelium pastor*, etc. *Deus qui admirabili providentia cuncta disponis, te suppliciter* [e] *exoramus, ut terram quam Unigenitus Filius tuus proprio sanguine consecravit, de manibus inimicorum crucis* [f] *eripiens, restituas cultui christiano, vota fidelium ad eius liberationem instantium misericorditer dirigendo in viam salutis aeternae. Per eumdem Christum Dominum nostrum.* In regno vero Franciae dicatur versus : *Domine salvum fac regem*, et secundo loco collecta *Famulum tuum regem nostrum, quaesumus, Domine, tua semper protectione custodi, ut libera tibi mente deserviat, et te protegente a malis omnibus sit securus.* Orationes vero consuetae *Aspice Domine*, et *Pater noster* et *Veni Creator* omittentur.

Ad honorem Dei et Ordinis [a] decus et decorem sanctae univer- 3
salis Ecclesiae, et ut corda nostra luce divinae sapientiae plenius illustrentur, praesertim [b] cum domini Papae mandatum et plurium cardinalium petitionem et admonitionem susceperimus [c], et praecipue domini Ioannis [4] tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, sic statuit Capitulum generale ut in singulis

---

2 $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] lignum : P^1. [b] Tusculani : *M*. [c] statuit capitulum generale : L^1. [d] captivis et peregrinis christianis : *deest* P^1 *et vacuus remanet locus.* [e] supplices : P^1P^{10}. [f] crucis : *deest* *M*.
3 : $L^1L^2MP^1P^{10}T^5$. [a] Ordinis : *deest* T^5. [b] maxime : T^5. [c] suscepimus : T^5.

---

[1] Innocentius IV, 1243-1254.
[2] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.
[3] Odo de Castro Radulphi, ord. cist. card. episc. 1244-1273, *SE*, XIX ; *HC*, I, 38.
[4] Joannes de Toleto, ord. cist. card. diac. 1244, Portuen. episc. 1262, † 1275, *HC*, I, 43, 36.

abbatiis Ordinis nostri, in quibus abbates habere potuerint vel voluerint, habeatur studium, ita quod ad minus in singulis provinciis provideatur abbatia una in qua habeatur studium theologiae, ita quod monachi ad studium [d] deputati a kalendis [e] octobris usque ad Pascha, statim postquam missam audierint extra terminos exeant ad studium [f], et studio vacent usque ad collationem. A Pascha autem usque ad dictas kalendas [g] octobris exeant post laudes et usque ad prandium studeant, hoc [h] salvo quod missas audiant vel celebrent. Iterum [i] post nonam usque ad coenam revertantur in id [j] ipsum. Ad dictas abbatias mittere poterunt de monachis suis quos ad hoc magis idoneos viderint, ita tamen quod ad id [k] compelli non poterunt quibus facultas deerit vel voluntas, et abbati loci illius ad quem mittuntur, respondere teneantur [l] qui mittunt de expensis transmissorum, nec clerici saeculares, nec alterius Ordinis in ipsis scholis admittantur.

4 Pro reventia vero domini Papae et aliorum cardinalium, qui pro dicto scripserunt negotio [a], et praecipue domini Ioannis tituli Sancti Laurentii, etc. concedit Capitulum generale ut studium per sollicitudinem abbatis Claraevallis Parisius [b] iam inceptum inviolabiliter perseveret, et illuc nullus mittere compellatur, nisi spontanea voluntate ; qui autem sic miserint, missis provideant in [c] expensis.

5 Ordinat et statuit Capitulum generale ut dominus Cistercii et quatuor primi abbates filii sui [a] mittant cellerarios suos vel alias idoneas personas cum pleno et sufficienti mandato ad instantes nundinas Sancti Aygulfi Pruviniensis [1] qui solvant mercatoribus, quibus Ordo tenetur et nuntiis domini Papae quod solvere poterunt de pecunia collecta, et recipiant litteras et instrumenta inde confecta. Illud autem quod defuerit ad dictam solutionem quilibet supradictorum recipiat pro sua derivatione, sicut melius poterunt ad usuras vel alio modo, si melius poterunt [b] ; quas

[d] studendum : T^5. [e] chalendis : P^1. [f] studendum : T^5. [g] chalendas : P^1. [h] eo : T^5. [i] Item : T^5. [j] id : *deest* L^1. [k] hoc : P^1. [l] tenebuntur : $L^1L^2P^1$.

4 : $L^1L^2MP^1P^{10}T^5$. [a] praefuerunt, concedit Cap. : T^5. [b] Parisiis : L^1. [c] de : T^5.

5 $L^2MP^1P^{10}$. [a] filiis : *M*. [b] poterint : P^1.

[1] Saint-Ayoul, Provins, in Gallia, reg. Seine-et-Marne.

usuras et sortem solvere tenebuntur illae abbatiae pro quibus contractum fuerit mutuum supradictum. Quilibet autem supradictorum, scilicet, tam Cisterciensis quam [c] quatuor primi filii plenam habeant potestatem compellendi abbates, priores, cellerarios et alios officiales, si termino et loco praefixo portionem quae eos contigerit non persolverint, per interdictum et excommunicationem quilibet [d] in sua derivatione.

Quoniam cavillationes et materiae iurgiorum continuo [a] cres- **6**
cere non desistunt, constitutioni de abbatiis monialium fundandis aut de novo Ordini incorporandis anno praeterito editae additur ut cum sigillo dioecesani habeatur consensus et sigillum ecclesiae cathedralis.

Ad petitionem specialissimi patris nostri Ioannis [a] [1] tituli Sancti **7**
Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, conceditur sanctissimo domino Papae Innocentio ut post eius obitum plenarium servitium fiat per Ordinem universum, et etiam anniversarium eius fiat in perpetuum solemniter in conventu et [b] ipso die pro ipso celebrent universi.

Item ad petitionem eiusdem domini Ioannis [a], ipsi et venera- **8**
bilibus patribus dominis cardinalibus universis, qui nunc sunt, ut post eorum [b] obitum tantum [c] dicatur pro unoquoque ipsorum [d] per Ordinem universum quantum [e] pro uno de monachis nostris dici solet, videlicet tres missae a singulis sacerdotibus, et a singulis aliis monachis et a monialibus unum psalterium, et a singulis conversis centum quinquaginta *Miserere mei Deus*, vel totidem *Pater noster*.

Quoniam dubium quibusdam videbatur a quo deponi deberet **9**
abbas qui nollet ad matrem suam ascendere, sic definit et determinat Capitulum generale ut de cetero non nisi auctoritate proprii abbatis deponatur, vel Capituli generalis.

Petitio venerabilis Odonis Thusculani [2] episcopi legati Franciae **10**

---

[c] Cistercii : L^2M. [d] quilibet : *deest* P^1 *et vacuus manet locus*.
6 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] continue : L^2MP^1.
7 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Iacobi : L^2M. [b] et in : P^{10}.
8 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Iacobi : L^2M. [b] eius : L^2P^{10}. [c] tam : P^{10}.
[d] eorum : P^1. [e] quam : P^{10} ; sicut : M.
9 : $L^1L^2MP^1P^{10}$.
10 : P^1.

---

[1] Cf. supra stat. 3.
[2] Cf. supra stat. 2.

de faciendo pro eo plenario officio per universum Ordinem post eius obitum, exauditur.

11 Petitio magistri Iohannis de Capua protonotarii domini Papae amicissimi Ordinis de faciendo pro eo plenario servitio per universum Ordinem post eius obitum, exauditur.

12 Fratri Petro domini Papae bullatori plenarium servitium post eius obitum conceditur per universum Ordinem.

13 Fratri Gerardo et fratri Iohanni sociis suis bullatoribus, et fratri Bono vicino cubiculario domini Papae, et fratri Petro et fratri Bernardo hostiariis eius, viris providis et honestis, amicissimis Ordinis, conceditur ut post eorum obitum dicatur una missa pro defunctis a singulis sacerdotibus pro uno quoque ipsorum per Ordinem universum.

14 Petitio domini regis Franciae [1] de suffragiis Ordinis domino Carolo [2] fratri suo concedendis, sicut domino Roberto [3] Attrebatensi fratri suo concessa sunt, exauditur.

15 Petitio illustrissimae reginae Franciae [4] uxoris domini regis Franciae, et venerabilis patris electi Lugdunensis [5] de plenario servitio pro comite Provinciae [6] iam defuncto patre quondam eiusdem dominae reginae per universum Ordinem, exauditur.

16 Petitio Isabellae [7] sororis domini regis Franciae de una missa de Sancta Trinitate, pro ipsa dicenda a singulis sacerdotibus per universum Ordinem, exauditur.

17 Pro illustri rege Castellae [8] et matre eius et uxore et liberis eorumdem, et cancellario dicatur una missa de Spiritu Sancto a singulis sacerdotibus per Ordinem universum.

---

11 : *P*¹.
12 : *P*¹.
13 : *P*¹.
14 : *L²MP¹P¹⁰*.
15 : *P*¹.
16 : *P*¹.
17 : *P*¹.

---

[1] Cf. supra stat. 2.
[2] Carolus I, 1226, † 1285, *BB*, I, 885.
[3] Robertus I. 1216, † 1250, *BB*, II, 3984.
[4] Margarita de Provincia, † 1295, *BB*, II, 3036.
[5] Philippus de Sabaudia, *SE*, 571 ; *HC*, I, 316.
[6] Raymundus Berengarius V, 1209, † 1245, *BB*, II, 3888.
[7] Isabella (beata), 1225, †1270, *BB*, I, 2274.
[8] Ferdinandus III (sanctus), 1217, † 1252, *BB*, I, 1483.

Petitio dominae ducissae matris ducis Burgundiae de renovandis litteris quas habebat de una missa pro defunctis dicenda pro ipsa a singulis sacerdotibus Ordinis post eius obitum, exauditur. 18

Pro domina ducissa Burgundiae quae pro se et pro viro suo et liberis suis a Capitulo generali orationes fieri petiit speciales dicatur una missa de Beata Virgine in singulis domibus Ordinis; huic missae associetur dominus episcopus Pictaviensis [1], dominus Robertus de Besoiches et... [a], uxor eius et tota familia venerabilis patris domini [Ioannis] [b] [2] tituli Sancti Laurentii presbyteri cardinalis in Lucina. 19

Venerabili patri domino electo Lugdunensi [3] qui petiit pro se orari, conceditur una missa de Sancta Maria a singulis sacerdotibus per Ordinem universum, cui associantur dominus episcopus Massiliensis [4], episcopus Vivariensis [5], archiepiscopus Narbonensis [6] [et archiepiscopus] Tholosanus [7]. 20

Pro nobilissima domina [Margarita] [8] comitissa Flandriae una missa de Beata Virgine a singulis sacerdotibus persolvatur per Ordinem universum. 21

Ad petitionem nobilis dominae [Margaritae] comitissae Flandriae conceditur dominae Iohannae [9] quondam Flandrensi comitissae, sorori ipsius iam defunctae, plenarium servitium in abbatiis terrae suae et anniversarium, sicut concessum fuit, et una missa pro defunctis a singulis sacerdotibus per Ordinem universum. 22

Pro comite Galtero de Breime, et aliis qui in captivitate paga- 23

---

18 : *P*¹.
19 : *P*¹. [a] *locus vacuus.* [b] Iacobi : *ms.*
20 : *P*¹.
21 : *P*¹.
22 : *P*¹.
23 : *P*¹.

---

1 Ioannes de Melun, c. 1235, † 1257, *SE*, 602, *HC*, I, 399.
2 Cf. supra stat. 3.
3 Cf. supra stat. 15.
4 Benedictus d'Alignano, O. S. B., Massilien. episc. 1229, resign. 1267, *SE*, 574; *HC.*, I, 329.
5 Arnaldus de Vogue, episc. c. 1244, 1252, *SE*, 656; *HC*, I, 533.
6 Guilelmus de Broue, 1245-1257, *SE*, 583, *HC*, I, 356.
7 Raimundus de Felgar, ord. Praedic. 1232-1270, *SE*, 638; *HC*, I, 488.
8 Cf. infra stat. 30.
9 Decessit in abbatia cist. de Marquetta, 5 decemb. 1244, *BB*, II, 2549.

norum detinentur, dicatur a singulis monachis Ordinis psalmus *Deus in adiutorium meum* et *Pater noster* et septies *Ave Maria* una vice.

24 Domino Petro [1] archiepiscopo Narbonensi iam defuncto conceditur una missa pro defunctis per Ordinem universum; huic missae associetur dominus Robertus [2] quondam cardinalis tituli Sancti Eustachii, dominus Nicolaus [3] quondam episcopus Noviomensis et omnibus aliis suffragiis Ordinis.

25 Ad petitionem venerabilis patris [Roberti] [4] episcopi Leodiensis, persolvatur pro fratre suo, domino episcopo Virdunensi [5] iam defuncto, una missa pro defunctis a singulis sacerdotibus per Ordinem universum.

26 Petitio domini Willelmi [a] [6] quondam abbatis Cistercii [b] qui pro negotio Ecclesiae passus est vincula et carceres, de faciendo pro ipso plenario servitio per universum Ordinem, exauditur.

27 Pro nepote domini archiepiscopi Bisuntinensis [7] iam defuncto, pro quo ipse praesentialiter supplicavit Capitulo generali, conceditur una missa pro defunctis in singulis domibus Ordinis dicenda ab ipso cui cantor iniunxerit.

28 Pro Praedicatoribus et Fratribus Minoribus quos misit dominus Papa ad partes remotissimas pro negotio fidei, scribens pro ipsis Capitulo generali, dicantur semel VII psalmi a singulis monachis, et septies *Pater noster* a singulis conversis per Ordinem universum.

29 Petitio abbatis de Bullencuria [a] [8] de faciendo festo undecim

---

24 : *P*¹.
25 : *P*¹.
26 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Guillelmi : *L*¹; Vuillermi : *P*¹. [b] Cisterciensis : *P*¹.
27 : *P*¹.
28 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰*W*.
29 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*W*. [a] Balencuria : *MW*.

---

[1] Petrus Amelii, 1226, † 1245, 20 maii, *SE*, 583; *HC*, I, 356.
[2] Robertus de Somercote, card. 1239, *HC*, I, 49, ubi notatur obitus 26 sept. 1251.
[3] Nicolaus de Roie, 1228-1240, SE, 590; *HC*, I, 372.
[4] Robertus de Thorote, 1240-1246, *SE*, 249; *HC*, I, 301.
[5] Radulphus, 1224-1245, *SE*, 652; *HC*, I, 530.
[6] Guillelmus de Monte acuto, Cistercii abbas 1239-1244, *GC*, IV, 995.
[7] Guillelmus de la Tour, antea Cabilonen. episc. dein Bisuntinen. archiep. 1245-1268, *SE*, 515; *HC*, I, 137.
[8] Boulancourt, in dioec. Trecen., *OC*, 118.

millium virginum in domo propria tantum cum duodecim lectionibus et una missa, cum dicat se habere quatuordecim capita illarum, exauditur [b].

Petitio comitissae Flandrensis [1] ne filia [2] eius ante annum tri- **30**
gesimum abbatisare compellatur, exauditur.

Ad petitionem domini Portuensis episcopi [3] conceditur abbati **31**
de Melros [a] [4], ut quamdiu abbatisaverit, non teneatur venire ad Capitulum generale. Abbas Novi monasterii [5] hoc ei denuntiet.

Inspectio loci quem confert Ordini dominus rex Arragonensis [6] **32**
ad fundandam abbatiam [7] monachorum in regno Valentiae, de Periniaco [8] et de Berola [9] abbatibus committitur qui ad locum etc., et quid inde, etc., et sit filia Scalae Dei[10].

Inspectio abbatiae[11] monachorum quam vult aedificare domi- **33**
nus Reginaldus de Mocum, de Clivo[12] et de Loco Sancti Egdoardi[13] abbatibus committitur qui pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc., et sit filia Belliloci[14] in Anglia.

Negotium abbatis de Selleia[15] qui de licentia Capituli generalis, **34**
de consensu et de voluntate abbatum Angliae, Scotiae, Walliae et Hiberniae pro communibus ipsorum et Ordinis negotiis accessit

---

[b] *apud* L^1 : In abbatia de Bulencuria sunt 14 capita undecim millium virginum, et ideo earum festum conceditur cum 12 lectionibus et una missa.

30 : $L^2MP^1P^{10}W$.

31 : MP^1. [a] Melvos : *M*.

32 : P^1.

33 : P^1.

34 : P^1.

---

[1] Margarita, de Constantinopoli dicta, † 1280, *BB*, II, 3030.

[2] Maria de Dampetra, monialis cist. in Flinensi abbatia, † 1302 ; cf. Hautcœur, *Histoire de l'abbaye de Flines*, Lille, 1909, p. 53.

[3] Otto de Monteferrato, card. episc. † 1251, *HC*, I, 36.

[4] Melrosa, in Scotia, dioec. Glasguen., *OC*, 39.

[5] Newminster, in dioec. Dunelmen., *OC*, 55.

[6] Jacobus I, dein cisterc. monachus, † 1276, *BB*, II, 2307.

[7] Non constat abbatiam fuisse fundatam in regno Valentiae, saltem in hisce annis.

[8] Payriniacum, Peyrignac, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 130.

[9] Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.

[10] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.

[11] Agitur abbatia de Hayles, in dioec. Wigornien., *OC*, 246.

[12] Clive, seu Vallis Florida, in dioec. Bathonien., *OC*, 202.

[13] Locus S. Eduardi, seu Netley, in dioec. Wintonien., *OC*, 242.

[14] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210.

[15] Salleya, Sawley Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 109.

ad Curiam, qui partem expensarum factarum ab ipso solverunt, residuum solvere recusantes, committit Capitulum generale de Gavelleia [1], de Furnesio [2], de Rievalle [3] et de Fontanis [4] abbatibus in plenaria Ordinis potestate ita quod per censuras Ordinis cogant ipsos abbates dictarum provinciarum ad solutionem residui et etiam usurarum si quae propter hoc sint contractae. Abbas Novi monasterii [5] hoc eis denuntiet.

35 De domo Pontis alti [6] in qua censura silentii [a] et aliae Ordinis observantiae dicuntur pene penitus deperisse, committitur abbati Pontiniacensi [b] in plenaria [c] Ordinis potestate [d], et quid inde, etc.

36 De monacho [a] de Dunemunde [7] qui se passus est a monachis in abbatem eligi et a dioecesano loci benedici, et de eisdem monachis, committitur abbati Morimundi in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

37 De Henrico monacho qui fuit frater episcopi Prusciae [8] qui male se habet in Curia et causas saecularium defendit et promovet contra Ordinis honestatem, ut dicitur, committitur de Alta Cumba [9] et de Sancto Sulpitio [10] abbatibus qui ad ipsum accedentes moneant ipsum et modis quibus poterunt inducant ut recedat sine mora, alioquin cum consilio venerabilis patris domini Ioannis [11] tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis ipsum per censuram Ordinis ad id compellant, prout viderint expedire.

38 Negotium pro quo petunt duces Poloniae de mittendo ad partes

---

35 : *L*¹*P*¹. [a] censura cisterçii : *L*¹. [b] Pontiniaci : *L*¹. [c] plena: *L*¹. [d] hic desin. *L*¹.

36 : *L*¹*P*¹. [a] De monacho qui electus est in abbatem... : *L*¹ *qui tacet de abbatiae nomine.*

37 : *P*¹.

38 : *P*¹.

---

1 Seu Waverleia, in dioec. Wintonien., *OC*, 16.

2 Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.

3 Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.

4 Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.

5 Newminster, in dioec. Dunelmen., *OC*, 55.

6 Pontaut, in Vasconia, dioec. Aturen., *OC*, 127.

7 Mons S. Nicolai, seu Dünamünde, in Livonia, dioec. Rigen., *OC*, 214.

8 Nicolaus, episc. Rigensis (seu Prusciae), 1231-1253, *SE*, 306 ; *HC*, I, 420.

9 Hautecombe, ad lacum Burgeti, in dioec. Camberien., *OC*, 34.

10 In Sabaudia, dioec. Bellicen., *OC*, 27.

11 Cf. supra stat. 3.

suas conventum de Calatravia [1], committitur abbati Morimundi in plenaria potestate ut inde faciat quod viderit faciendum, non expectata ulterius licentia Capituli generalis, et quid inde, etc.

Abbas de Bildebac [2] qui debebat renunciare Capitulo generali 39 de facto Iocelini monachi, et non renuntiavit, agat poenitentiam in Usibus constitutam. Abbas Novi monasterii [3] hoc ei denuntiet.

Negotium centum solidorum quos debet annuatim Capitulo 40 generali vice comes Lonardi, committitur abbati de Castellariis [4] et faciat inde quod viderit faciendum, et quid inde, etc.

Negotium centum solidorum quos debet habere Capitulum 41 generale apud Rupellam committitur abbati de Ré [5]. Abbas de Bonoradio [6] hoc ei denuntiet.

Abbates de Cendelynz [7] et de Linqueyne [8] qui debuerunt re- 42 nuntiare Capitulo generali de translatione abbatiae de Porta Coeli [9] et non renuntiaverunt, poenitentiam peragant in Usibus constitutam. Abbas de Porta Coeli hoc eis denuntiet.

Abbas Aquae bellae[10] qui monachos et conversos aliquos contra 43 praeceptum patris abbatis revocavit et retinuit, utrosque emittat, ipse vero tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

In querela abbatis Fontisfrigidi[11] contra abbtem Bonifontis[12] 44 addicitur tertius iudex, videlicet abbas de Obezina[13].

---

39 : *P*¹.
40 : *P*¹.
41 : *P*¹.
42 : *P*¹.
43 : *P*¹.
44 : *P*¹.

---

[1] Militia ex. ord. cist. orta, *TB*, I, 547.
[2] Bildewas, in dioec. Cestren., *OC*, 102.
[3] Newminster, in dioec. Dunelmen., *OC*, 55.
[4] N.-D. des Châtelliers, in dioec. Pictavien., *OC*, 150.
[5] N.-D. de l'Ile de Ré, in dioec. Santonen., *OC*, 139.
[6] Bouras, in dioec. Senonen., *OC*, 7.
[7] Sedlecium, Sedlec, in Bohemia, dioec. Pragen., *OC*, 78.
[8] Langheim (?) in dioec. Bambergen., *OC*, 28.
[9] Seu potius Pforte, in Thuringia, *OC*, 25.
[10] Aiguebelle, in Delphinatu, dioec. Valentina, *OC*, 45.
[11] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonensi, *OC*, 86.
[12] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosana, *OC*, 48.
[13] Obazine, in dioec. Tutelensi, *OC*, 106.

45 Abbati de Valchena [a] [1] conceditur ut in vita sua tantum de septennio in septennium veniat ad Capitulum generale.

46 Abbati Sancti Anastasii [2] iniungitur ut conventum mittat ad insulam Pontianam [3] unde scripsit dominus Papa Capitulo generali et quid inde, etc., et sit filia ipsius.

47 Inspectio loci ad quem petit transferri domum suam abbas de Clariana [4], de Scala Dei [5] et de Pertiniaco [6] abbatibus committitur qui ad locum, etc., et quid inde, etc.

48 Querela abbatis de Capella [7] in Flandria contra abbatem de Bodelo [8] committitur de Alna [9] et de Grandiprato [10] abbatibus pacificanda, etc., et quid inde etc.

49 Querela abbatis Vallis Sanctae Mariae [11] contra abbatem Regalis montis [12], de Bellobecco [13] et de Frigidomonte [14] abbatibus committitur pacificanda, etc., et quid inde, etc.

50 Querela fratris Fulconis abbatis quondam Pontisalti [15] de vestibus suis quas monachi domus eiusdem sibi nolunt reddere, et de debitis ab ipso contractis quae nolunt solvere, committitur abbati Grandisylvae [16] pacificanda, etc., et quid inde, etc.

51 Querela abbatis de Iuncharia [17] contra abbatem Ursariae [18], de

---

45 : *L*[2]*MP*[1]*P*[10]*W*. [a] Vaschena : *M*.
46 : *P*[1].
47 : *P*[1].
48 : *P*[1].
49 : *P*[1].
50 : *P*[1].
51 : *P*[1].

---

[1] Seu Falkenau, in Livonia, dioec. Tarbaten., *OC*, 236.
[2] SS. Vincentius et Anastasius, ad Aquas Salvias, prope Romam, *OC*, 62.
[3] S. M. de Poncio, in insula Pontiana, regno Neapolitano, *OC*, 246.
[4] In dioec. Perpinianen., *OC*, 147.
[5] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[6] Payriniacum, Peyrignac, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 130.
[7] Seu Thosan, Ter Doest, in Belgio, dioec. Brugen., *OC*, 173.
[8] Baudeloo, in dioec. et urbe Gandaven., *OC*, 227.
[9] Aulne, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[10] Grandpré, in dioec. Namurcen., *OC*, 234.
[11] N.-D. du Val, in dioec. Versalien., *OC*, 42.
[12] Royaumont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 230.
[13] Beaubec, in dioec. Rothomagen., *OC*, 96.
[14] Froidmont, in dioec. Rothomagen., *OC*, 97.
[15] Pontaut, in Vasconia, dioec. Aturen., *OC*, 127.
[16] Grandselve, in Basconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
[17] Iunquera, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 159.
[18] Osera, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 63.

Superaddo [1] et de Mera [2] abbatibus committitur iterato pacificanda, etc., et quid inde, etc.

Querela abbatis de Buxeto [3] contra abbatissam et conventum de Regali [4], committitur de Berola [5] et de Hirantio [6] abbatibus pacificanda, etc., et quid inde, etc. 52

Translatio abbatiae monialium quam petit fieri venerabilis pater archiepiscopus Coloniensis [7] committitur de Claustro [8] et de Valle Sancti Petri [9] abbatibus qui ad locum etc., et quid inde, etc. Abbas de Verges[10] hoc eis denuntiet. 53

Abbatissa de Sancto Desiderio[11] cui parcitur ad praesens quae contra formam Ordinis a saecularibus litteras impetravit pro [eleemosynis] per domos Ordinis colligendis, quadraginta diebus sit extra stallum abbatissae et tribus diebus sit in levi culpa, et inhibetur omnibus Ordinis personis ne de ceteto id audeant attentare ei praeiudicium Ordinis et gravamen. 54

Inspectio loci ad quem petit transferri domum suam abbatissa de Nazareth[12] committitur de Bodelo[13] et de Capella[14] abbatibus qui ad locum, etc., et quid inde, etc. 55

Inspectio loci monialium quam petit incorporari Ordini Maria[15] quondam imperatrix Romanorum, de Villari[16] in Brabantia et de Loco Sancti Bernardi[17] abbatibus committitur qui ad locum, 56

---

52 : *P*¹.
53 : *P*¹.
54 : *P*¹.
55 : *P*¹.
56 : *P*¹.

---

1 Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 67.
2 Meyra, in Gallecia, dioec. Lucen., *OC*, 73.
3 Bugedo, en veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 167.
4 S. M. la Real de las Huelgas, in civitate Burgen., *TB*, I, 1471.
5 Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
6 Irancium, Iranzu, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 176.
7 Conradus de Hochstaden, 1238-1261, *SE*, 270, *HC*, I, 198.
8 Seu Himmerod, in dioec. Treviren., *OC*, 31.
9 Alias Heisterbach, in dioec. Colonien., *OC*, 189.
10 Legendum Berges, i. e. Altenberg, Vetus Mons, in dioec. Colonien., *OC*, 29.
11 Saint-Dizier, in reg. Haute-Marne, *GC*, IX, 973.
12 Propre Lyram, in Belgio, dioec. Mechlinien., *GC*, V, 151.
13 Cf. supra stat. 48.
14 Cf. supra stat. 48.
15 Ottonis IV uxor, † 1260, *BB*, II, 3065 ; cf. supra ann. 1235, stat. 31.
16 Villers-en-Brabant, in Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
17 In Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 240.

etc., et quid inde, etc., et sit filia Morimundi. Abbas de Grandiprato [1] denuntiet.

57 De monialibus de Monceio [2] quae diu excommunicatae fuerunt et rebelles Ordini pro quibus dominus Turonensis archiepiscopus [3] supplicavit Capitulo generali, abbati Savigniaci [4] committitur in plenaria Ordinis potestate ; quae si voluerint [a] humiliter Ordini obedire ipsas sine difficultate reconciliet et absolvat, et quid inde, etc.

58 Inspectio abbatiae monialium de Wefra [5] quam anno praeterito petiit incorporari archiepiscopus Coloniensis [6], de Bredelai [7] et de Campo Sanctae Mariae [8] abbatibus committitur iterato qui ad locum, etc., et quid inde, etc., et sit filia de Campo [9].

59 Inspectio loci ad quem petit transferri abbatiam monialium comes de Laude[10], de Valle Sancti Lamberti[11] et de Grandiprato[12] abbatibus committitur qui ad locum, etc., et quid inde. etc.

1246

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto statuta sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

1 Octava Nativitatis Beatae Mariae fiat in hunc modum : privatis diebus per octavam Nativitatis Beatae Mariae dicatur prima antiphona *Fons hortorum* [a], secunda antiphona *Veniat*

57 : P^1. [a] noluerint : *ms.*
58 : P^1.
59 : P^1.
1246. [a] *Titulus apud* P^1 *tantum.*
1 : $L^2P^1P^{10}$. [a] ortorum : P^{10}.

[1] Grandpré, in Belgio, dioec. Namurcen., *OC*, 234.
[2] Sive Mons coelestis, in dioec. Turonen., *GC*, XIV, 335.
[3] Geoffridus Marceau, 1245-1251, *SE*, 640 ; *HC*, I, 503.
[4] Savigny, un Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.
[5] Walffern, in dioec. Coloniensi, hodie Paderburnen., *SM*, XXXVII, 43.
[6] Conradus de Hochstaden, 1238-1261, *SE*, 270, *HC*, I, 198.
[7] Bredelaria, in Westphalia, dioec. Paderburnen., *OC*, 203.
[8] Marienfeld, in Westphalia, dioec. Monasterien., *POC*, 185.
[9] Vetus Camp, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
[10] Looz, in Belgio, dioec. Leodien.; agitur de abbatia Becana, seu Ter Beeck vocata ; cf. supra ann. 1237, stat. 63.
[11] In dioec. Leodien., *OC*, 207.
[12] Cf. supra stat. 56.

dilectus, tertia antiphona *Veni in hortum* [b]; versus *Ave Maria*; lectio *Quae est ista quae progreditur*; responsorium *Nativitas tua Dei Genitrix virgo*; versus *Gaudium annuntiavit universo mundo*. In secundo nocturno antiphona: *Alleluia*; capitulum *Ecce iam venit plenitudo temporis*; versus *Benedicta tu in mulieribus*; collecta *Deus qui virginalem aulam*. In laudibus antiphona: *Nativitas est hodie*; capitulum *Magnum pietatis sacramentum*; responsorium: *Ave Maria*; versus *Speciosa facta es et suavis*. Ad Benedictus antiphona *Nativitatem hodiernam*; collecta *Famulis*. Ad horas diei sicut in die excepto quod ad vesperas dicatur antiphona ad Magnificat, *Nativitas tua*; collecta *Famulis tuis*. Dominica infra octavam invitatorium [c] *Ave Maria*. In primo nocturno antiphona *Comedi favum cum* [d] psalmis *Domine in virtute tua*, etc. Secunda antiphona: *Anima mea*; tertia antiphona: *Veniat dilectus meus*; versus *Ave Maria*. Lectiones brevientur: 1ª lectio *Adest nobis*; 2ª *Virgo genuit*; 3ª *Mater generis*; 4ª *Audite quemadmodum*. In secundo nocturno antiphona *Descendi in hortum* [e]; psalmi *Dominus illuminatio mea*, etc.; 2ª *Fons hortorum*; 3ª *Beata progenies*; versus *Benedicta tu*. Lectiones, 5ª *Post illius*; 6ª *O Beata*; 7ª *Exstat Maria Virgo*; 8ª *Quia* [f] *mirum*. Ad cantica et ad horas diei antiphona *Alleluia*; cantica *Audite me divini fructus*; versus *Post partum*. Lectiones de Evangelio *Liber generationis* sicut in die; collecta *Famulis tuis*. In Laudibus antiphona: *Alleluia*; capitulum, *Signum magnum*; responsorium *Ave Maria*; versus *Speciosa*; ad Benedictus *Nativitatem hodiernam*; collecta *Famulis tuis*. Ad horas diei, antiphona *Alleluia* versus et collecta, sicut in die; ad vesperas super psalmos antiphona: *Virgo prudentissima*; capitulum *Ego quasi vitis*; responsorium *Post partum Virgo*; versus *Speciosa*; ad Magnificat antiphona *Salve Regina*; collecta *Famulis tuis*. In Octava per omnia dicatur [g] sicut in die, excepto quod lectiones sicut notatum est de dominica brevientur. Praefatio dicatur per octavam, sicut per octavam Assumptionis.

Cum sanctissimus pater noster Summus Pontifex [1] orationes ab Ordine petierit speciales, licet pro ipso et statu Ecclesiae cotidia- 2

[b] ortum: P^1P^{10}. [c] vigiliis: L^2P^{10}. [d] cum: *deest* P^1P^{10}. [e] ortum: P^{10}. [f] Quid: P^1. [g] dicatur: *deest* P^1P^{10}.
2: L^1P^1.

[1] Innocentius IV, 1243-1254

nas preces Domino offeramus, ipsi tamen conceditur una missa de Spiritu Sancto a singulis sacerdotibus per Ordinem universum [a].

3 Ad petitionem reverendi domini patris [Ioannis] [a] [1] Portuensis et sanctae [b] Rufinae episcopi, statuitur quod de cetero festum sancti [c] Iohannis ante portam latinam fiat cum duodecim lectionibus et una missa per Ordinem universum, ita quod totum officium erit sicut in natali ipsius, hoc addito quod primum *Alleluia Primus ad Syon* [d], secundum *Hic est discipulus ille*, etc.

4 Ad petitionem reverendi patris domini Albanensis episcopi [2] et venerabilis [a] patris Leodiensis episcopi [3] et capituli sui, statuitur quod festum beati [b] Lamberti fiat cum duodecim lectionibus et una missa per Ordinem universum. Officium sicut unius martyris pontificis.

5 Ad petitionem domini Leodiensis episcopi praecipitur quod si quis habet vitam beati Domitiani, vel aliquid quod ad ipsam materiam pertineat, id deferat, vel deferre faciat ad instans Capitulum generale.

6 Cum Deo [a] displiceat [b] promissio delusoria, et bonis hominibus sit exosa, monet, hortatur ac benigne praecipit Capitulum generale ut quilibet abbas portionem [c] pro subventione Cistercii a domo sua debitam persolvere [d] non postponat infra sequentis Capituli completionem, alioquin ex tunc ab officio altaris qui non persolverit, abstineat, quousque praefata adimplere curaverit cum effectu, maxime cum ad tam sacrosanctum mysterium accedere cum remorsione fictionis aut falsi, periculum grande sit ac peccatum [e]. Dicti vero Capituli auctoritate statuitur ut occasione praescripta nullum omnino domibus Ordinis vel personis

---

[a] *paulo aliter apud* L^1 : Conceditur una missa de S. Sancto... dicenda Summo Pontifici in orationem specialem ad eius petitionem, licet iam pro ipso et statu Ecclesiae quotidianae preces fierent in Ordine.

3 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] O. : L^2M. [b] beatae : *M*. [c] beati : P^{10}. [d] Sion : *MP*.

4 : $L^2MP^1P^{10}W$. [a] venerabili : *M*. [b] S. : *M*.

5 $L^2MP^1P^{10}W$.

6 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Domino : L^1. [b] displiceant promissa... sint : L^1. [c] portione : P^1P^{10}. [d] solvere : P^{10}. [e] *hic desinit* L^1.

---

[1] Ioannes de Toleto, ord. cist. † 1275, *HC*, I, 36.

[2] Petrus de Collemedio, antea Rothomagen. archiep., card. 1244, † 1253, *HC*, I, 35.

[3] Robertus de Thorote, 1240, † 16 oct. 1246, *SE*, 249 ; *HC*, I, 301.

praeiudicium generetur, sed libertates ipsius [f] Ordinis ac statutum anno Domini MCCXXXVIII [g] super hac materia editum in suo robore permaneat [h] illibatum.

Sententiam decimae [a] distinctionis de monachis sine sufficien- 7
tibus vestibus missis sic interpretatur Capitulum generale, quod tres tunicae [b], duae cucullae, duo paria caligarum, et scapulare propter opera, sint sufficientia vestimenta.

Inhibetur expresse ne aliquis abbas mittat monachum ad Cu- 8
riam pro dispensatione obtinenda nisi de licentia Capituli generalis ; qui vero sunt in Curia ab hospitiis suspectis et societatibus inhonestis sibi caveant diligenter, alioquin a propriis abbatibus incontinenti revocentur, sic districte ab eisdem puniendi, quod super hoc in Capitulo generali sequenti non sit necesse mentionem fieri.

Sub poena depositionis et eiectionis inhibetur ne aliqua persona 9
Ordinis Sarracenas praesumat emere in concubinas, quacumque de causa, servis suis Sarracenis assignandas.

Statuitur a Capitulo generali ne moniales Ordinis nostri de 10
cetero pro qualibet culpa a domibus propriis emittantur ; sed ubi deliquerint, ibi condigne pro meritis puniantur.

Pro illustrissimo rege Romanorum [1] et insigni regina sorore sua 11
quae pro se ac pro dicto domino ac marito suo orationes petiit fieri speciales, dicatur una missa de Spiritu Sancto a singulis sacerdotibus per Ordinem universum ; huic missae associentur episcopus Leodiensis [2] et Haumoricus dominus de Turx.

Pro domino Ludovico illustrissimo rege Franciae [3] et uxore 12
sua et liberis eorum et statu regni, dicatur una missa de Beata Virgine in singulis domibus per Ordinem universum.

Petitio reverendi patris magistri Petri de Colle medio, Alba- 13

---

[f] ipsius : *deest* P^1. [g] 1038 : P^{10}. [h] permaneant penitus illibata : P^{10}.

7 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] undecimae : L^1. [b] tunicas, duas cucullas : L^1.

8 : P^1.

9 : $L^2MP^1P^{10}$.

10 : $L^1L^2MP^1P^{10}$.

11 : P^1.

12 : P^1.

13 : P^1.

---

[1] Henricus Rasp, electus 22. mai 1246.

[2] Cf. supra stat. 4.

[3] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.

nensis episcopi [1], de plenario servitio et anniversario faciendo pro ipso per Ordinem universum post eius obitum, exauditur.

14 Petitio magistri Marigni vice cancellarii domni Papae, et magistri Iordani notarii eiusdem Summi Pontificis, ac magistri W. auditoris qui petunt plenarium servitium per Ordinem universum post eorum obitum, exauditur.

15 Petitio domini Belleemithani [e] electi [2] de una missa dicenda a singulis sacerdotibus per Ordinem universum post eius obitum, et uno monacho et converso Ordinis, si invenerit abbatem qui ei concedere velit, exauditur.

16 Fratri Girardo et fratri Iohanni bullatoribus domini Papae plenarium servitium post eorum obitum conceditur per Ordinem universum.

17 Petitio nobilis viri Galcheri de Ioviniaco amici Ordinis qui pro socio suo Philippo de Cortena consobrino domini regis Franciae nuper defuncto praesentialiter supplicavit Capitulo generali, pro quo similiter reverendus pater dominus Albanensis episcopus [3] supplicavit de faciendo pro eo plenario servitio per universum Ordinem, exauditur.

18 Bonae memoriae domino Alberto quondam patriarchae Antiocheno, qui existens in Curia domini Papae ex maxima devotione quam habebat ad Ordinem, in domo Cistercii quae est mater nostra suam elegit sepulturam, conceditur plenarium officium [a] per universum Ordinem.

19 Domino Agginensi episcopo [4] iam defuncto cui concessum fuit plenarium [officium] a Capitulo generali post eius obitum, persolvatur per Ordinem universum.

---

14 : *P*¹.
15 : *P*¹.
16 : *P*¹.
17 : *P*¹.
18 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] servitium : *L*¹.
19 : *P*¹.

---

[1] Cf. supra stat. 4.
[2] Godefridus de Praefectis, Bethleemitan. episc. 1245-1251, *SE*, 516 ; *HC*, I, 135.
[3] Cf. supra stat. 4.
[4] Arnaldus de Galard, ord. cist. Agennen. episc. 1233-1245, *SE*, 479 ; *HC*, I, 17.

Petitio domini Papae qui petit abbatiam Insulae Sennensis [1] monachorum Ordini nostro incorporari, exauditur et conceditur quod sit filia Fossae [2] et quod abbas eiusdem domus mittat ibi conventum prout viderit expedire, non expectata ulterius licentia Capituli generalis. 20

Petitio dominae comitissae Britanniae de uno converso de Buzaio [a] [3] in eleemosynarium secum assumendo, exauditur. 21

Petitio venerabilis patris eposcopi Ebroicensis [4] de uno monacho et uno converso de Ordine secum assumendis, exauditur. 22

Negotium abbatiae monachorum quam vult aedificare dominus rex Arragonensis [5], iterato committitur de Periniaco [6] et de Berola [7] abbatibus qui ad locum etc., et quid inde, etc., et sit filia Scalae Dei [8]. Abbas de Grandisylva [9] hoc eis denuntiet. 23

Inspectio abbatiae nigrorum ad quam petit transferri domum Belaefontis[10] dominus rex Ungariae[11], Pelisii[12] et de Bocan[13] abbatibus committitur qui ad locum, etc. Abbas Sanctae Crucis[14] in Austria hoc eis denuntiet. 24

D [a] Sancta Maria iuxta Dubliniam[15] et de Valle Salutis[16] 25

20 : *P*¹.
21 : *L*¹*P*¹. [a] Busaeis : *L*¹.
22 : *P*¹.
23 : *P*¹.
24 : *P*¹.
25 : *L*¹*P*¹. [a] *Brevius apud L*¹ : Jocelinus quondam episcopus Ordinis per Capitulum generale ex toto ab Ordine praescinditur... nec de cetero recipiatur in abbatiis totius Ordinis.

[1] An agitur iterum (cf. ann. 1245, stat. 46) de Insula Pontiana, in dioec. *Suanensi* ? *OC*, 246.
[2] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinen., *OC*, 37.
[3] Buzay, in dioec. Nanneten., *OC*, 35.
[4] Ioannes (de la Cour d'Aubergenville), 1244-1256, *SE*, 550 ; *HC*, I, 234.
[5] Iacobus I, deinde cist. monachus, † 1276, *BB*, II, 2037.
[6] Payrinicum, Peyrignac, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 130.
[7] Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[8] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[9] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan,, *OC*, 81.
[10] Belae Fons, Belakut, in Slavonia, dioec. Colocen., *OC*, 237.
[11] Bela IV, 1235-1270, *BB*, I, 497.
[12] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 182.
[13] Zircium, Zircz, seu de Curc in Bokan, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 181.
[14] Heiligenkreuz, in dioec. Vindobonen., *OC*, 36.
[15] St Mary's Abbey, *OC*, 104.
[16] Seu Baltinglass, in Hibernia, dioec. Leighlinien., *OC*, 114.

abbatibus committitur auctoritate Capituli generalis ut Iocelinum [1] quondam episcopum ex toto ab Ordine praescisum culpis suis exigentibus, denuntient per totam Hyberniam, et inhibeant ne in abbatiis et in aliis locis Ordinis nostri universis ulterius recipiatur.

26 Conceditur abbati Belli loci Regis [2] in Anglia ut mittat conventum in abbatia [3] quam contulit Ordini nobilis vir de Moym, non expectata ulterius licentia Capituli generalis.

27 De monacho Landesii [4] et eius consentientibus qui dicuntur appellasse, committitur de Eleemosyna [5], de Pratea [6] et de Regalimonte [7] abbatibus qui ad locum, etc., et quid inde, etc.

28 De abbatia monachorum quam petit commutari abbas de Caravalle [8], de Colomba [9] et de Cerreto[10] abbatibus committitur qui ad locum, etc., et quid inde, etc. Abbas de Caravalle hoc eis denuntiet.

29 De abbatia Aldorelli[11] de qua multa sinistra proposita sunt Capitulo generali committitur abbati Pontiniacensi qui diligenter inquirat veritatem et secundum quod invenerit faciat et corrigat si quae fuerint corrigenda, in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

30 De abbatibus Fullentii[12] et Elnarum[13] et eorum monachis qui dicuntur invasiones et conflictus illicitos et indecentes fecisse usque ad verba et verbera et ignis appositionem, committitur

---

26 : *P*¹.
27 : *P*¹.
28 : *P*¹.
29 : *P*¹.
30 : *P*¹.

---

[1] Iocelinus O'Tormaig, Ardachadensis episc. 1237, resign. 1239, *SE*, 205, *HC*, I, 102.
[2] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210.
[3] Hayles, in dioec. Wigornien., *OC*, 246.
[4] Landais, in dioec. Bituricen., *OC*, 16.
[5] L'Aumone, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[6] La Prée, in dioec. Bituricen., *OC*, 86.
[7] Royaumont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 230.
[8] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[9] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[10] Cerretum, Cerredo, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 43.
[11] Ardorel, in Languedocio, dioec. Albien., *OC*, 108.
[12] Fulium, Feuillant, in Languedocio, dioec. Riven., *OC*, 157.
[13] Eaunes, in Languedocio, dioec. Tolosan., *OC*, 122.

de Scala Dei [1] et de Bellapertica [2] abbatibus qui ad locum, etc., et quos invenerint in hoc facto culpabiles corrigant et puniant in plenaria Ordinis potestate secundum excessuum qualitatem ; querela vero ipsorum eisdem abbatibus committitur pacificanda vel iudicanda terminanda, et quid inde, etc.

De [a] converso de Aspurin [b] [3] qui abbatem suum fuste vulne- 31
ravit in capite,et cultello [c] in dorso et brachio in tantum percussit, quod inutilem [d] reddidit, et monachum se pro abbate opponentem cultello [c] interfecit, praecipitur quod si a carcere saecularis principis in quo detineri dicitur, evaserit, capiatur omnino si fieri poterit, et in domo propria vel alibi, si commodius [e] visum fuerit, perpetuo carceri et districtissimis [f] vinculis mancipetur, pane tribulationis et aqua angustiae usque ad mortem sustendandus [g]. De conversis vero qui non sine nota conspirationis dixerunt quod prior, et cellerarius qui ad liberationem fratricidae praedicti missi fuerant ad [h] ipsum, non fuerant fideliter executi, quique [i] facto tumultu et turba ad liberandum sacrilegum illum inordinate perrexerunt, committitur abbati Morimundi qui vel per se vel per alios discretos abbates de praedictis diligenter inquirat, et corrigat quae corrigenda invenerit in plenaria Ordinis potestate ; et quid inde, etc. Praeterea propter insolentiam huiusmodi conversorum statuit et ordinat Capitulum generale quod a modo in eadem domo omnino conversi non recipiantur, nisi de licentia speciali Capituli generalis.

Abbas Novi castri [4] qui pro dispensatione obtinenda misit ad 32
Curiam monachum suum [a] qui bis [b] iudaizaverat et se fecerat circumcidi et uxorem de facto duxerat, quadraginta diebus sit extra stallum abbatis, et sex diebus in levi culpa, tribus eorum in pane et aqua. Monachus vero in detestationem tam inauditi sceleris perpetuo carceri mancipetur.

---

31 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] De uno : L^1. [b] Aspuris : L^1. [c] curtello : $L^2P^1P^{10}$. [d] inutile : P^1. [e] cuiusmodi : P^1. [f] districtissimis : *deest* P^1. [g] *Hic desinit* L^1 *cuius formula praecedens brevior est.* [h] id : $L^2P^1P^{10}$. [i] quod : P^1.

32 : L^1P^1. [a] suum : *deest* P^1. [b] bis : *deest* L^1.

---

[1] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.

[2] Belleperche, in Vasconia, dioec. Montisalban., OC, 75.

[3] Aspiriniense coenobium, seu Heilsbronn, Fons salutis, in Bavaria, dioec. Eystetten., *OC*, 27.

[4] Neubourg, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 18.

33 De Periniaco [1], Berdonarum [2] et de Gemendo [3] abbatibus qui servis suis Sarracenis Sarracenas emisse dicuntur, et ipsis illicite in concubinas assignasse, domicilia prope portas suas, domos facientes eisdem, de Scala Dei [4] et de Bonofonte [5] abbatibus committitur qui ad locum etc. et quid inde, etc.

34 Abbas de Renebi [6] qui episcopum suum processionaliter iterato recepit contra Ordinis instituta, viginti diebus sit extra stallum, et tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

35 Abbas Sacri Portus [7] qui multa hoc anno in temporalibus passus est defectus et infortunia, indulgetur quod infra biennium hospites Ordinis ad commorandum recipere vel retinere non teneatur.

36 De Pratea [8], de Oliveto [9] et de Sacrae cellae[10] abbatibus qui hoc anno damna passi sunt plurima et iacturas, indulgetur ut per annum hospites retinere vel recipere non teneatur.

37 De fratre Nicholao monacho Sacri Portus[11] de quo multa sinistra intimata sunt Capitulo generali, Claraevallis, Charoliloci[12] et de Regalimonte[13] abbatibus committitur qui diligenter inquirant et corrigant quae corrigenda invenerint in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

38 Querela abbatis de Chiminon[14] contra abbatem Trium Fon-

---

33 : P^1.
34 : $L^1L^2MP^1P^{10}W$.
35 : P^1.
36 : P^1.
37 : P^1.
38 : P^1.

---

[1] Peyrignac, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 130.
[2] Berdona, Berdoues, in Vasconia, dioec. Auxitanen., *OC*, 48.
[3] Gimundus, Gimont, in Vasconia, dioec. Auxitanen., *OC*, 78.
[4] L'Escale-Dieu in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[5] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[6] Revesby, in dioec. Lincolnien., *OC*, 76.
[7] Alias Barbellum, in dioec. Melden., *OC*, 111.
[8] La Prée, in dioec. Bituricen., *OC*, 86.
[9] Olivet, in dioec. Bituricen., *OC*, 81.
[10] Cercanceaux, in dioec. Melden., *OC*, 180.
[11] Cf. supra stat. 35.
[12] Châlis, in dioec. Bellovacen., *OC*, 44.
[13] Royaumont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 230.
[14] Cheminon, in dioec. Catalaunen., *OC*, 49.

tium [1], de Claravalle, de Frigidomonte [2] et de Bullanceria [3] abbatibus pacificanda, etc., et quid inde, etc.

Querela abbatis de Buxeto [4] contra abbatissam de Regali [5], 39
de Irantio [6] et de Berola [7] abbatibus iterato committitur, et quid inde, etc.

Querela abbatissae de Hertonroth [8] contra abbatissam de Hog- 40
tom [9], de Camberone [10] et de Villari [11] abbatibus committitur pacificanda etc., et quid inde, etc.

Querela abbatis de Alto Christo [12] contra abbatem de Altari [13], 41
de Altacumba [14] et de Aceyo [15] et de Balerna [16] abbatibus, et quid inde, etc.

Querela abbatis de Trapa [17] contra abbatem de Tironello [18] 42
committitur de Campania [19] et Pietate [20] abbatibus pacificanda, et quid inde, etc.

Querela abbatis de Strafordia [21] contra abbatem de Rupe [22] 43

---

39 : *P*¹.
40 : *P*¹.
41 : *P*¹.
42 : *P*¹.
43 : *P*¹.

---

[1] In dioec. Catalaunen., *OC*, 6.
[2] Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.
[3] Boulancourt, in dioec. Trecen., *OC*, 118.
[4] Bugedo, in veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 167.
[5] S. M. la Real de las Huelgas, in civitate Burgen., *TB*, I, 1471.
[6] Irancium, Iranzu, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 176.
[7] Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[8] Herkenrode, in Belgio, prope Hasseltum, *GC*, III, 1032.
[9] Hocht, in Belgio, dioec., Leodien.; cf Canivez, l'*Ordre de Cîteaux en Belgique*, p. 258.
[10] Cambron, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen. *OC*, 113.
[11] Villers-en-Brabant, in dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[12] Altacrista, Haucrêt, in Helvetia, dioec. Lausannen., *OC*, 71.
[13] Altaripa, Hauterive, in pago Friburgensi, dioec. Lausannen., *OC*, 50.
[14] Hautecombe, ad lacum Burgeti, in dioec. Camberien., *OC*, 34.
[15] Acey, in dioec. S. Claudii, *OC*, 40.
[16] Balerne, in dioec. S. Claudii, *OC*, 41.
[17] La Trappe, in Normannia, dioec, Sagien., *OC*, 105.
[18] Tyronneau, in dioec. Cenomanen., *OC*, 116.
[19] Champagne, in dioec. Cenomanen., *OC*, 188.
[20] Pietas Dei, alias Spallum, l'Épau, in dioec. Cenomanen., *OC*, 232.
[21] Stratefordia, Stratford Langthorne, in dioec. Londonien., *OC*, 102.
[22] Roche Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 95.

committitur de Coquesale [1] et de Salleia [2] abbatibus pacificanda, etc., et quid inde, etc.

44 Querela abbatis de Saltu [3] contra abbatem de Gradefes [4] committitur Sanctae Mariae de Vega [5] et de Metaplana [6] abbatibus pacificanda, et quid inde, etc.

45 Querela abbatis de Melsa [7] contra abbatem de Vualdone [8] committitur de Novo monasterio [9], de Valle Dei[10] et de Gedona[11] abbatibus pacificanda, et quid inde, etc.

46 Querela abbatis de Ripatorio[12] contra abbatem de Pietate Dei[13], de Tribus Fontibus[14] et de Alto Fonte[15] committitur pacificanda, et quid inde etc.

47 Querela abbatis Deux lacroist[16] contra abbatem Vallis Sanctae Mariae de Croquedene[17], de Bildenaus[18] et de Geredone[19] abbatibus committitur pacificanda vel iudicanda, etc.

48 Querela abbatis Sanctae Mariae iuxta Dubliniam[20] contra abbatem Roseae vallis[21], de Geriponte[22] et de Sancto Salvatore[23] abbatibus committitur pacificanda, etc., et quid inde, etc.

---

44 : *P*[1].
45 : *P*[1].
46 : *P*[1].
47 : *P*[1].
48 : *P*[1].

---

[1] Coggeshale, in dioec. Londonien., *OC*, 105.
[2] Sawley Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 109.
[3] Saltus Novalis, Sandoval, in dioec. Legionen., *OC*, 161.
[4] S. M. la Real, en Gradefes, in provincia Legionen., *SG*, nº 95.
[5] S. M. de la Vega, in dioec. Legionen., *OC*, 220.
[6] Mataplana, Matallana, in Castella, dioec. Palentin., *OC*, 170.
[7] Meaux, in dioec. Eboracen., *OC*, 124.
[8] Wardona, Wardon, in dioec. Lincolnien., *OC*, 43.
[9] Newminster, in dioec. Dunelmen., *OC*, 55.
[10] Vaudey, in dioec. Lincolnien., *OC*, 94.
[11] Geroldonia, Garendon, in dioec. Conventren., *OC*, 30.
[12] L'Arrivour, in dioec. Trecen., *OC*, 59.
[13] Alias Spallum, cf. supra stat. 42.
[14] In dioec. Catalaunen., *OC*, 6.
[15] Haute-Fontaine, in dioec. Catalaunen., *OC*, 41.
[16] Dieulacresium, Dieulacres, in Anglia, dioec. Conventren., *OC*, 142.
[17] Vallis S. M. de Crokesden, in dioec. Lincolnien., *OC*, 176.
[18] Bildwas, in dioec. Cestren., *OC*, 102.
[19] Geroldonia, cf. supra stat. 45.
[20] St-Mary's Abbey, *OC*, 104.
[21] Seu Monasterevan, in Hibernia, dioec. Daren., *OC*, 190.
[22] Jeripons, Jerpoint, in Hibernia, dioec. Ossorien., *OC*, 180.
[23] Vallis S. Salvatoris, Graignemanagh, in dioec. Ossorien., *OC*, 210.

Monachus qui moratur in abbatia monialium de Cambrone [1] qui, sicut nuntiatum est Capitulo generali, in dicta abbatia male se habuit, ab abbate proprio revocetur et illuc ulterius non accedat. **49**

De Bodello [2] et de Capella [3] abbatibus iterato committitur ut negotium abbatissae de Nazareth[4] prosequatur, et quid inde,etc. **50**

Abbas de Superaddo [5] qui non renuntiavit Capitulo generali quod sibi fuerat demandatum, poenam sustineat in Usibus constitutam. Abbas de Melone [6] hoc ei denuntiet. **51**

Abbas de Rifetem [7] qui hoc anno venire debuit ad Capitulum et non venit, poenam sustineat, etc. **52**

De abbate de Tilieto [8] qui non venit ad Capitulum iam elapsi sunt quatuor anni et minus sufficienter se excusavit, committitur abbati de Firmitate ut ipsum puniat prout viderit expedire. **53**

De Borbona [9] et de Bellobecco[10] abbates qui ad Capitulum hoc anno venire debuerunt, non venerunt, poenam peragant, etc. Abbas de Grandisylva [11] hoc eis denuntiet. **54**

De Sancta Cruce[12] in Hybernia, de Hervicampo[13], de Colle victoriae[14] et de Kyrieeleison[15] abbates qui ad Capitulum hoc anno venire debuerunt nec venerunt, poenam sustineant, etc. **55**

---

49 : *P*¹.
50 : *P*¹.
51 : *P*¹.
52 : *P*¹.
53 : *P*¹.
54 : *P*¹.
55 : *P*¹.

---

[1] i. e. abbatia monialium sub iurisdictione monasterii de Camberona, cf. supra stat. 40.

[2] Baudeloo, in dioec. et urbe Gandaven., *OC*, 227.

[3] Seu Thosan, Ter Doest, in Belgio, dioec. Brugen., *OC*, 173.

[4] Prope Lyram, in Belgio, dioec. Mechlinien., *GC*, V, 151.

[5] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 67.

[6] In. Gallecia, dioec. Tuden., *OC*, 69.

[7] Reifenstein, in dioec. Maguntin., *OC*, 146.

[8] Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquen., *OC*, 9.

[9] Bolbona, Boulbonne, in dioec. Tolosan., *OC*, 123.

[10] Beaubec, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 96 ; sed legend. forsan Belloloco, Beaulieu-en-Rouergue, dioec. Ruthenen., *OC*, 79.

[11] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.

[12] Holycross, in dioec. Casellen., *OC*, 178.

[13] Arvicampus, seu Kilcooly, in comit. Tipperari, dioec. Casellen., *OC*, 183.

[14] Seu Knockmoy, in dioec. Tuamen., *OC*, 192.

[15] Seu Odorney in dioec. Artferten., *OC*, 137.

56 Inspectio abbatiae monialium quam vult aedificare nobilis illustris domina Maria [1] quondam Imperatrix romanorum, pro qua dominus Papa scribit Capitulo generali et etiam dominus episcopus Leodiensis [2] cum capitulo suo in cuius dioecesi consistit locus ille, cum pleno concessu privilegiorum, statutorum et libertatum Ordinis, de Alna [3] et de Loco Sancti Bernardi [4] abbatibus committitur qui ad locum, etc., et constituant ibi abbatissam et conventum et Ordini incorporent, et quid inde, etc., et sit filia de Villari in Brabantia [5].

57 Inspectio abbatiae monialium quam vult aedificare nobilis mulier Agnes domina Daugimont pro qua dominus episcopus Leodiensis scribit Capitulo generali, committitur de Alna [6] et de Grandi prato [7] abbatibus qui ad locum, etc.

58 Inspectio abbatiae monialium de Area Sancti Francisci [8] Coloniensis pro qua Ordini nostro incorporanda scripsit dominus Papa Capitulo generali, committitur de Haneice [9] et Berbacensi[10] abbatibus qui ad locum praesentialiter accedant et diligenter inquirentes si volunt sub clausura consistere, et si habent facultates de quibus possint commode sustentari, sicut in littera domini Papae continetur, et si invenerint locum extra civitatem, et pensatis omnibus quae secundum Ordinem sunt pensanda, renuntient Capituli generali. Abbas de Claustro[11] hoc eis denuntiet.

59 Inspectio abbatiae monialium quam vult aedificare nobilis vir Alphonsus Lupi de Faro, pro qua Ordini nostro incorporanda rogat reverendus pater dominus Aegidius, Sanctorum Cosmae et

---

56 : *P*¹.
57 : *P*¹.
58 : *P*¹.
59 : *P*¹.

---

1 Henrici I, Brabantiae ducis, filia, et Ottonis IV uxor, † 1260, *BB*, II, 3065; cf. supra ann. 1237, stat. 31.
2 Cf. supra stat. 4.
3 Aulne, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
4 In Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 240.
5 Villers-en-Brabant, in dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
6 Cf. stat. praeced.
7 Grandpré, in dioec. Namurcen., *OC*, 234.
8 Non constat fuisse admissam.
9 Henensis abbatia, Haina, in dioec. Maguntin., *OC*, 188.
10 Eberbach, in Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.
11 Seu Hemmenrodium, Himmerod, in dioec. Treviren., *OC*, 31.

Damiani diaconus cardinalis [1], committitur de Spina [2] et de Mera [3] abbatibus qui ad locum, etc., et inquirant si consensus episcopi et capituli Calaguritanensis ad hoc accedere dicatur et si nulli ex hoc facto praeiudicium generetur, et pensatis omnibus, etc., et sit filia de Irantio [4].

De abbatia monialium de Pace [5] quae nimis vicina esse dicitur **60** abbatiae monialium Vallis Sanctae Mariae [6], de Alna [7] et de Grandiprato [8] abbatibus qui ad locum etc., et quid inde, etc.

Inspectio abbatiae de Cameriez [9] ordinis Sancti Augustini quam **61** petit incorporari Ordini Wislaniensis episcopus [10], Doberlu [11] et de Cella [12] abbatibus committitur qui ad locum, etc., mittant in conventum de domo de Lubans [13], et quid inde, etc., et sit filia Lubensis.

De abbatissa et monialibus de Colomba [14] quae per biennium **62** et amplius excommunicatae fuerunt, et sunt adhuc rebelles Ordini, conceditur abbati Claraevallis quod in Curia domini Papae et saecularium principium contra ipsas procedat modis quibus viderit expedire, et interim in domibus vel in hortis vel in grangiis vel in domibus Ordinis non recipiantur, cum pertinax ipsarum inobedientia ad totius Ordinis spectet dedecus penitus et gravamen. Poenitentes autem reconciliet et absolvet. Abbatibus vero de Bellobecco [15] et de Mortuomari [16] praecepit Capi-

60 : P^1.
61 : P^1.
62 : P^1.

[1] Aegidius de Torres, card. 1216, † 1254, *HC*, I, 49.
[2] Espina, in Legione, dioec. Palentin., *OC*, 108.
[3] Meyra, in Gallecia, dioec. Lucen., *OC*, 73.
[4] Irancium, Iranzu, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 176.
[5] Pax Dei, in dioec. Leodien., *GC*, III, 1037.
[6] Val-Notre-Dame, in dioec. Leodien., *GC*, III, 1035.
[7] Aulne, cf. supra stat. 56.
[8] Cf. supra stat. 57.
[9] Camencium, Kamenz, in dioec. Vratislavien., *OC*, 241.
[10] Thomas Kozlowaeorga, Vratislavien. episc. 1232-1268, *SE*, 264; *HC*, I, 535.
[11] Dobrilugk, in Lusatia infer. dioec. Misnen., *OC*, 153.
[12] Vetus Cella, Altzelle, in dioec. Misnen., *OC*, 171.
[13] Leubus, Luba, in Silesia, dioec. Vratislavien., *OC*, 171.
[14] Seu Blandecques, in regione Pas-de-Calais, *GC*, III, 533.
[15] Beaubec, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 96.
[16] Mortemer, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 48.

tulum generale quod ipsas quibuscumque in domibus monachorum et monialium publice denuntient excommunicatas Capituli generalis auctoritate, et quid inde, etc.

63 Inspectio loci qui Permensis [1] dicitur iuxta Andegavim in quo petunt poni conventum monialium nostri Ordinis nobilissimae mulieres comitissa de Vif viceque comitissa Bellimontis, cum iam ibidem aedificationes sufficientes sint constructae, de Claromonte [2] et de Bellabrancha [3] abbatibus committitur qui ad locum, etc. Abbas de Claromonte hoc collegae suo denuntiet.

64 Inspectio abbatiae monialium quae dicitur Vallis lilii [4], pro qua Ordini incorporanda scripsit dominus Papa, de Alespurnes [5] et de Retevansla [6] abbatibus committitur qui ad locum, etc., et sit filia Caesariae [7].

65 Inspectio abbatiae monialium [8] quam petit incorporari Ordini dominus Traiectanensis episcopus [9], de Campo florido[10] et de Clarocampo[11] abbatibus committitur qui ad locum, etc., et quid inde, etc., et sit filia Sancti Bernardi[12].

1247

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo acta sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

---

63 : *P*[1].
64 : *P*[1].
65 : *P*[1].
1247 : [a] *Titulus apud P*[1] *tantum.*

---

[1] Perray-aux-Nonnains, in dioec. Andegaven., GC, XIV, 733.
[2] Clairmont, in dioec. Valleguidonen., *OC*, 131.
[3] Bellebranche, in dioec. Cenomanen., *OC*, 132.
[4] Liliental, alias Tänikon, in Helvetia, dioec. Constantien., hodie Basileen., *SM*, XXXVII, 39.
[5] Alderspach, in dioec. Patavien., *OC*, 87.
[6] Raitenhaslach, in Bavaria superiore, dioec. Patavien., *OC*, 77.
[7] Caesaraea, Kaisersheim, in Bavaria, dioec. Augusten., *OC*, 32.
[8] Maria's Kamp, seu ad Sanctum Salvatorem, in Frisia.
[9] Otto de Hollandia, 1235-1249, *SE*, 255; *HC*, I, 490.
[10] Bloemkamp, in Frisia, dioec. Leovardien., *OC*, 194.
[11] Klaarkamp, in Frisia occident. dioec. Leovardien., *OC*, 154.
[12] S. Bernardus in Adwert, prope Bolswardiam, in Frisia, dioec. Monasterien., *OC*, 194.

Octava [a] Nativitatis B. M. Virginis [b], sicut diffinitum est anno praeterito, fiat integraliter per Ordinem universum [c], si autem contigerit quod octava [d] eveniat die dominica et [e] illa dominica debet inchoari historia [f] *Peto Domine*, illa historia [g] usque ad sequentem dominicam transferatur, et fiat commemoratio beati Mauritii et missa matutinalis erit de ipso. 1

Sexto decimo kalendas decembris festum beati Edmundi [1] per Ordinem universum fiat, et de eo per omnia sicut de beato Nicolao [a], excepto quod collectae a domino Papa factae dicantur per totum Ordinem et conversi laborabunt. Historia [b] vero nuper [c] composita tam in domo Pontiniacensi [d] ubi gleba sancti corporis requiescit, quam [e] per abbatias de generatione sua cantetur, et fiat sermo in capitulo Pontiniacensi [d] in festo beati [f] Edmundi, et sexto idus iunii translationis corporis eius festivitas in Pontiniaco [g] cum duabus missis, lectionibus et historia [h] supradictis, sicut in die dominica solet fieri solemniter celebretur, et post commemorationem factam de Beata Virgine fiat in Pontiniaco [i] tantum commemoratio de beato Edmundo. Conceditur etiam ut in litania [j] post beatum [k] Nicolaum [l] nominetur in Pontiniaco [m] et generatione sua. In martyrologio autem pronuntiabitur [n] in hunc modum : *In territorio Antissiodorensi, monasterio Pontiniacensi* [o], *depositio beati Edmundi archiepiscopi et confessoris* ; collecta de beato Edmundo *Deus qui largifluae* [p] ; secreta *Beati Edmundi* ; postcommunio *Mentes nostras*. 2

In festo beati Iohannis ante Portam latinam, ad primas Vesperas dicatur responsorium *Valde honorandus est* ; et collecta propria quae olim dici consuevit, videlicet *Deus qui conspicis*. 3

Pro domino Papa [2] et cardinalibus et pro statu Ecclesiae, pro 4

---

1 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Octavae... fiant : L^2P^{10}. [b] Virginis : *deest* MP^1P^{10}. [c] universum : *deest* L^2MP^{10}. [d] octavae eveniant : L^2P^{10}. [e] et in : P^1. [f] hystoria : P^1.

2 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Nicholao : P^1. [b] Hystoria : L^2P^1. [c] nuper : *deest* M. [d] Pontigniacensi : M. [e] quod : P^{10}. [f] S. : M. [g] Pontigniaco : M. [h] hystoria : L^2P^1. [i] Pontigniacensi : M. [j] letania : P^1P^{10}. [k] beatum : *deest* M. [l] Nicholaum : P^1. [m] Pontigniacensi : M. [n] hoc modo : L^2. [o] Pontigniacensi : M. [p] largissime : M.

3 : $L^2P^1P^{10}$.

4 : $L^1L^2MP^1P^{10}$.

---

[1] Cantuarien. archiep. 1233, † 1240, *SE*, 183 ; *HC*, I, 163.

[2] Innocentius IV, 1243-1254.

domino rege Franciae [1] et regina uxore eius [2] et liberis eorum, pro domina Blancha [3] regina matre domini regis Franciae et liberis suis, pro bono statu regni Franciae, pro duce Burgundiae et ducissa uxore eius et liberis eorum, pro vice [a] comite Castriduni [b] et uxore eius, et pro omnibus cruce signatis, maxime qui in comitatu domini regis Franciae erunt, omni sexta feria fiat per claustrum processio [c] in hunc modum : finito capitulo, incipiantur VII psalmi et decantentur alternatim morose et punctatim [d]; praecedentibus iunioribus, cum cruce, thuribulo, cereis et aqua benedicta et subsequente abbate, si praesens fuerit, cum stola et baculo. Ingrediantur [e] a parte superiori, et omnes ante altare more solito prosternentur, et finitis septem psalmis et litania [f], dicantur collectae consuetae, et addatur collecta *Ineffabilem*, etc., et cantetur missa *Salus populi* omni tempore ea [g] hora qua solet missa conventualis celebrari [h], nisi aliud impedimentum occurrat [f]. Et quoniam missa de sancta Cruce intermittitur, dicatur collecta de sancta Cruce loco competenti.

5 Petitio magistri Isanbardi, notarii domini Papae, et nepotis bonae memoriae Praenestini [4], amici Ordinis specialissimi, de plenario servitio faciendo pro eo per universum Ordinem, exauditur, post eius obitum.

6 Conceditur domino episcopo Sagiensi [5] ut possit assumere secum unum monachum et unum conversum de Ordine, ubi potuerit invenire.

7 Sententiam anno praeterito latam de monialibus non emittendis, ita interpretatur Capitulum generale quod si fuerint conspiratrices et simoniace receptae, vel omnino rebelles, ad domos alias emittantur.

---

[a] pro vice... eius : *deest* L^1. [b] Casteduni : P^{10}. [c] hoc modo : P^1. [d] compunctim : MP^{10}. [e] Ingredientur : P^1P^{10}. [f] letania : P^1. [g] ea scilicet : P^1. [h] cantari : P^1. [i] adoriatur : P^1.

5 : P^1.

6 : P^1.

7 : $L^1L^2MP^1P^{10}$.

---

[1] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.

[2] Margarita de Provincia, † 1295.

[3] Blancha de Castella, † 1252.

[4] Jacobus de Pecoraria, ord. cist. Praenestin. card. episc. † 25 iunii 1244, *HC*, I, 37.

[5] Godefredus de Mayet, 1241-1258, *SE*, 636 ; *HC*, I, 427.

Conceditur dominae nobili Amiciae et Galchero de Ioviniaco, filio eius, plenarium officium post eorum obitum, per Ordinem universum. 8

Petitio domini Avignionis episcopi [1] de plenario servitio post eius obitum faciendo pro eo, et duobus conversis secum assumendis de quacumque abbatia Ordinis voluerit, exauditur. 9

Petitio fratris Iohannis eleemosynarii domini Papae de plenario servitio faciendo pro eo per universum Ordinem post eius obitum, exauditur. 10

Pueri Ordinis apud Cistercium et ad quatuor primas abbatias venientes dimittant ad portam omnia arma sua et cultellos[a] acuminatos[b], et[c] abbates diligenter caveant ne pueros in Cistercium introducant contra Ordinis instituta. 11

Statuit Capitulum generale quod prior de Calatravia[a] [2] eo anno et eodem modo quo abbates illius regionis veniunt[b] circumstantes, veniat ad Capitulum generale ; magister vero veniat sexto anno. 12

Conceditur abbati Morimundi[a] ut possit facere visitare[b] filias Calatraviae per priorem de Calatravia, quoties et quamdiu viderit expedire, abbate etiam aliquo non vocato ; et quando visitat[c] teneat primum locum. 13

Abbatissa Sancti Felicis [3], filia Calatraviae, inter abbatissas Ordinis honeste tamquam abbatissa recipiatur, et quamdiu inter eas fuerit in victu et aliis[a] se conformet eisdem. 14

Frater Iacobus monachus Paradisi [4] qui publice dicitur esse falsarius plurium sigillorum, si potest capi, capiatur et incarceretur. 15

---

8 : P^1.
9 : P^1.
10 : P^1.
11 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] cutellos : $L^2P^1P^{10}$. [b] accuminatos : P^{10}. [c] omnes : P^{10}.
12 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Calatrava : L^1. [b] venientes : L^1 ; venerint : P^1.
13 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Morimundensi : P^1. [b] visitari : P^1. [c] veniat : P^{10}.
14 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] habitu : P^1.
15 : P^1.

---

[1] Zoen, Avinionen. episc. 1242-1261, *SE*, 504 ; *HC*, I, 123.
[2] Militia ex ord. cist. orta, *TB*, I, 547.
[3] San Felices de las Senoras Calatravas, in urbe Burgen., *SG*, n. 125.
[4] Paradiz, in Polonia, dioec. Poznanien., *OC*, 240.

16 Conceditur abbati de Melsa [1] ut festum beati Iohannis [2] Eboracensis archiepiscopi et confessoris fiat in domo [sua] tantum et cum duodecim lectionibus et una missa.

17 Petitio abbatis de Nept [3] in Wallia [a] qui petit fieri festum beatae Margaretae in domo sua tantum, quae frequenter guerrarum multiplicitate turbatur, ut facilus [b] obtineat [c] gratiam persecutorum [d] qui quodammodo in maxima devotione et reverentia dictam virginem habent, in cuius honore habent capellam dedicatam, exauditur.

18 Conceditur abbati de Pratea [4] quod fiat solemne officium et festum de beata Fausta [5] in domo sua cum duodecim lectionibus et duabus missis; collecta *Deus qui inter cetera potentiae.*

19 Petitio dominae Agnetis de Augemont quod abbatia monialium quae aedificavit sit filia de Alna, exauditur.

20 De excessu conversorum de Boscanio [6] qui manus violentas iniecerunt in abbatem, ablato sibi sigillo, et de monachis qui propter manifestam dissimulationem videntur eis in sua malitia consensisse, committitur abbati Claraevallis qui ad locum mittat bonos viros et ordinis zelatores qui, inquisita diligentius veritate, puniant illos qui fuerint puniendi, auctoritate Capituli generalis, et ad hoc exequendum, si necesse fuerit, invocent brachium saeculare, etc., et quid inde, etc.

21 Abbas de Volquedoreno [7] qui debuit renuntiare abbati de Rifeteam [8] poenam quam debebat sustinere pro eo quod non venerat ad Capitulum generale, iam elapsi erant quatuor anni, et non re-

16 : *P*[1].
17 : *L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Wallio : *M*. [b] facile : *P*[10]. [c] retineat guerrarum persecutores : *L*[2]*M*. [d] persecuturos : *P*[10].
18 : *P*[1].
19 : *P*[1].
20 : *P*[1].
21 : *P*[1].

[1] Meaux, in dioec. Eboracen., *OC*, 124.
[2] Iohannes Beverlacensis, episc. Hagustalden., dein Eboracen., † 721; cf. Bolland., *Bibliotheca hagiogr. latina*, n. 4338 sq.
[3] Neath Abbey, in dioec. Landaven., *OC*, 98.
[4] La Prée, in dioec. Bituricen., *OC*, 86.
[5] Cf. Bolland., *Bibliotheca hagiogr. latina*, n. 2832.
[6] Boscum cavum, Bouchaud, in dioec. Petragoricen., *OC*, 150.
[7] Volkenrode, in Thuringia, dioec. Maguntin., *OC*, 21.
[8] Reifenstein, in dioec. Maguntin., *OC*, 146.

nuntiavit, poenam sustineat in Usibus constitutam. Abbas de Vualquerede [1] hoc ei denuntiet.

De Periniaco [2] et de Berola [3] abbates quibus anno praeterito commissum fuit negotium de abbatia quam vult aedificare rex Arragonensis [4], usque ad finem debitum prosequantur. **22**

Abbates de Coquesale [5] et de Salleia [6] causam abbatis de Strafordia [7] contra abbatem de Rupe [8] anno praeterito a Capitulo generali sibi commissam efficaciter prosequantur, etc., et quid inde, etc. **23**

Abbas Morimundi negotium de Horlesporne [9] anno praeterito a Capitulo generali sibi commissum usque ad finem debitum prosequatur, et quid inde, etc. **24**

Commissionem factam super querela abbatis et conventus Saltus [novalis][10] contra abbatissam et conventum de Gradefes[11], abbatibus de Laveia[12] et de Metaplana[13] anno praeterito a Capitulo generali revocantes, abbatibus de Irantio[14] et de Oliva[15] de novo committitur pacificanda etc., et quid inde, etc. **25**

De abbate de Aurora[16] qui dicitur fecisse celebrare divina excommunicatis et contra mandatum domini Papae alias excessisse, et de duobus monachis suis ad quorum suggestionem dicitur **26**

---

22 : *P*[1].
23 : *P*[1].
24 : *P*[1].
25 : *P*[1].
26 : *P*[1].

---

[1] Walkenried, in dioec. Maguntin., *OC*, 15.
[2] Peyrignac, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 130.
[3] Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[4] Jacobus I, deinde cist. monachus, † 1276, *BB*, II, 2037.
[5] Coggeshale, in dioec. Londonien., *OC*, 105.
[6] Sawley Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 109.
[7] Stratford Langthorne, in dioec. Londonien., *OC*, 102.
[8] Roche Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 95.
[9] Heilsbronn, Fons salutis, in Bavaria, dioec. Eystetten., *OC*, 27; cf. ann. 1246 stat. 31.
[10] Saltus novalis, Sandoval, in dioec. Legionen., *OC*, 161.
[11] S. M. la Real, en Gradefes, *SG.*, nº 95.
[12] *i. e.* Lavega (*cf. ann.* 1246 *stat.* 25), S.M. de la Vega, in dioec. Legionen., *OC*, 220.
[13] Metaplana seu Matallana, in Castella, dioec. Palentin., *OC*, 170.
[14] Irancium, Iranzu, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 176.
[15] La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119.
[16] Seu Frienisberg, in Helvetia, antiq. dioec. Constantien., *OC*, 51.

citatus fuisse auctoritate apostolica dictus abbas, committitur abbatibus de Paris [1] et de Weinetegon [2] qui, rei veritate diligentius inquisita, animadvertant in plenaria Ordinis potestate tam in abbatem quam in monachos quos invenerint puniendos auctoritate Capituli generalis, et quid inde, etc.

27 Auctoritate Capituli generalis committitur abbati Vallis Sancti Petri [3] iuxta Coloniam ut recipiat singulis annis unam marcham argenti annui redditus, quam quidam bergensis de Colonia Godefridus nomine legavit Capitulo generali, et deferat ad Capitulum generale tempore Capituli generalis, et inde habeat dictus abbas litteras Capituli generalis.

28 Abbas de Irantio [4] qui non renuntiavit Capitulo generali de querela abbatis de Buxeto [5] contra abbatissam de Regali [6] poenam peragat in Usibus constitutam; abbates vero quibus commissum fuit negotium usque ad finem debitum prosequantur. Abbas de Scala Dei [7] hoc eis denuntiet.

29 Abbates de Gemundo [8] et de Florando [9] et de Sancto Marcello[10] qui hoc anno non venerunt ad Capitulum generale nec se excusaverunt, poenitentiam agant in Usibus constitutam. Abbas de Porta gloriae[11] hoc eis denuntiet.

30 De abbatibus Poloniae qui dicuntur usque ad Cellam[12] venisse et usque ad Capitulum non pervenisse, quia de causa remorationis ipsorum non potuit plene constare Diffinitoribus, committitur abbati Morimundi ut diligenter inquirat causam demorationis eorum et inde faciat quod viderit expedire, et quid inde, etc.

---

27 : *P*¹ .
28 : *P*¹.
29 : *P*¹.
30 : P¹.

---

[1] Parisium, Pairis, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 56.
[2] Wettingen, seu Maris Stella, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 230.
[3] Alias Heisterbach, in dioec. Colonien., *OC*, 189.
[4] Cf. supra stat. 25.
[5] Bugedo, in veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 167.
[6] S. M. la Real de las Huelgas, in civitate Burgen., *TB*, I, 1471.
[7] L'Escale Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[8] Gimundus, Gimont. in Vasconia, dioec. Auxitanen.. *OC*, 78.
[9] Flaranum, in Vasconia, dioec. Auxitanen., *OC*, 126.
[10] In dioec. Caturcen., *OC*, 172.
[11] Portaglonium, alias Bouillas, in dioec. Auxitanen., *OC*, 121.
[12] Vetus Cella, Altzelle, in dioec. Misnen., *OC*, 171.

De ingressu mulierum in cimeterio Fontis Iohannis [1] committitur abbati Pontiniacensi in plenitudine potestatis, qui ad locum praesentialiter accedat et faciat quod Ordini viderit expedire, et quid inde, etc. **31**

Inspectio abbatiae quam episcopus Avignionensis [2] petit incorporari Ordini, committitur de Sylvacana [3] et Aqua bella [4] abbatibus ut ad locum, etc., et quid inde, etc. **32**

Inspectio locorum ubi abbas de Chereto [5] intendit aedificare abbatiam monachorum committitur de Claravalle [6] et de Colomba [7] abbatibus qui ad locum etc., et quid inde, etc. **33**

Inspectio abbatiae de Clariana [8] quam abbas dicti loci petit transferri ad alium locum, abbatibus Scandelii [9] et Vallismagnae[10] committitur ut ad locum etc., et quid inde, etc. **34**

Inspectio abbatiae monialium de Perreio[11] pro qua Ordini incorporanda rogat comitissa de Fif *(sic)* Capitulum generale, iterato committitur de Claromonte[12] et de Bellabrancha[13] abbatibus ut ad locum, etc., et sit filia Oratorii[14], et quid inde, etc. **35**

Inspectio loci de Montrevalt[a] [15] in Frisia in quo tot sunt monachi quot [b] mulieres habitum monialium [c] gerentes [d], qui volunt incorporari Ordini et ab invicem separari, ita quod fiant duae **36**

---

31 : *P*¹.
32 : *P*¹.
33 : *P*¹.
34 : *P*¹.
35 : *P*¹.
36 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*W*. [a] Montrouva : *L*¹ ; Montrewalt : *L*²*P*¹⁰ ; Mantrevalt : *P*¹. [b] quam : *L*¹. [c] monialem : *L*¹. [d] quaerentes : *L*¹.

---

[1] Fontaine-Jean, in dioec. Aurelianen., *OC*, 12.
[2] Cf. supra stat. 9.
[3] Sylvacane, in dioec. Aquen., *OC*, 107.
[4] Aiguebelle, in Delphinatu, dioec. Valentin., *OC*, 45.
[5] Ceretum, Cerredo, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 43.
[6] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[7] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[8] Clariana du Jau, in dioec. Perpinianen., *OC*, 147.
[9] Candelium, Candeil, in Languedocio, dioec. Albien., *OC*, 132.
[10] S. M. de Vallemagne, in Languedocio, dioec. Montispessulan., *OC*, 138.
[11] Perray-aux-Nonnains, in dioec. Andegaven., *GC*, XIV, 733.
[12] Clairmont, in dioec. Valleguidonen., *OC*, 131.
[13] Bellebranche, in dioec. Cenomanen., *OC*, 132.
[14] Le Loroux, in dioec. Andegaven., *OC*, 10.
[15] Deinde vocatus fuit iste locus S. Benedictus in Menterna, *OC*, 252.

abbatiae, una monachorum et altera monialium [e], de Clarocampo [1] et de Schola Dei [2] abbatibus committitur ut ad locum, etc., et sint filiae Sancti Bernardi [3] in Frisia, et quid inde, etc.

37 Inspectio abbatiae monialium Vallis lilii [4] abbatibus Evuraecensi [5] et de Hanslesporne [6] committitur ut ad locum, etc., et quid invenerint, etc.

38 Inspectio abbatiae monialium Vallis lucidae [7] pro qua incorporanda Ordini comitissa de Baudem [8] rogat Capitulum generale, committitur de Uterina valle [9] et de Tenebac[10] abbatibus ut ad locum, etc., et quid inde, etc.

39 Inspectio abbatiae monialium de Burch[11] pro qua incorporanda Ordini scribit dominus Papa Ordini, committitur de Villari in Brabantia[12] et de Camberone[13] abbatibus ut ad locum, etc., et quid invenerint, etc.

40 Inspectio abbatiae monialum quae vocatur Virginitas[14] pro qua incorporanda Ordini comes Viridocini scribit Capitulo generali, de Oratorio[15] et de Claritate[16] abbatibus ut ad locum, etc., introducant in conventum de abbatia de Clareto[17] et incorporent et sit filia Eleemosynae [18].

---

[e] committitur etc. : L^1 *qui sic desinit.*
37 : P^1.
38 : P^1.
39 : P^1.
40 : P^1.

---

[1] Klaarkamp, in Frisia, dioec. Leovardien., *OC*, 154 .
[2] Alias Ihlo, in Frisia orient., dioec. Bremen., *OC*, 231.
[3] S. Bernardus in Adwert, prope Bolswardiam, in Frisia, dioec. Monasterien., *OC*, 194.
[4] Lilienthal, in dioec. Bremen., *SM*, XXXVII, 24.
[5] Eberbach, in dioec. Maguntin., *OC*, 20.
[6] Heilsbronn, in Bavaria, *OC*, 27.
[7] Lichtental, in magno ducatu Baden., *SM*, XXXVII, 24.
[8] Ermengardis, Badensis comitissa.
[9] Eussertal, in Bavaria Rhenana, dioec. Spiren., *OC*, 114.
[10] Thennenbach, seu Porta Coeli, in Brisgoa, *OC*, 142.
[11] Bardenburg, alias Clarus Fons, prope Arlunum in Belgio, dioec. Namurcen., *GC*, XIII, 647.
[12] In Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[13] Cambron, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 113.
[14] La Virginité, in dioec. Cenomanen., *GC*, XIV, 540.
[15] Le Loroux, in dioec. Andegaven, *OC*, 10.
[16] Claritas Dei, La Clarté-Dieu, in dioec. Turonen., *OC*, 243.
[17] Les Clairets, in dioec. Carnoten., *GC*, VIII, 1324.
[18] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.

Inspectio abbatiae monialium quae vocatur Aula Sancti Petri[1] pro qua incorporanda Ordini scribit dominus Papa Capitulo generali, committitur abbatibus Campensi[2] et Bergensi[3] abbatibus ut ad locum, etc., et quid inde, etc. **41**

Inspectio abbatiae monialium de Monte Sanctae Mariae[4] Cameracensis dioecesis pro qua dominus Papa scribit Capitulo generali, committitur de Villari in Brabantia[5] et de Camberone[6] abbatibus qui ad locum, etc., et quid invenerint, etc. **42**

Inspectio abbatiae monialium de Maginowe[7] Constantiensis dioecesis pro qua incorporanda Ordini scribit dominus Papa Capitulo generali, committitur de Salem[8] et de Paris[9] abbatibus qui ad locum etc., et quid inde, etc. **43**

Inspectio abbatiae monialium de Miendor[10] pro qua incorporanda Ordini dominus Papa scripsit Capitulo generali, committitur de Lapide Sancti Michaelis[11] et de Ridensonse[12] abbatibus qui ad locum, etc., et quid inde, etc. **44**

Inspectio abbatiae monialium de Felici porta[13] pro qua Ordini incorporanda archiepiscopus Moguntinus[14] scripsit Capitulo generali committitur de Ebrac[15] et de Cesarea[16] abbatibus qui ad locum, etc., et quid invenerint, etc. **45**

---

41 : *P*¹.
42 : *P*¹.
43 · *P*¹.
44 : *P*¹.
45 : *P*¹.

---

[1] Alias Blätzheim, in dioec. Colonien., *SM*, XXXVII, 5.
[2] Seu Vetus Camp, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
[3] Seu Altenberg, in dioec. Colonien., *OC*, 29.
[4] Agitur fors. de Monte aureo, prope Wevelghemium, *GC*, III, 309.
[5] Cf. supra stat. 39.
[6] Cf. supra stat. 39.
[7] Magerowe, Maigrauge, in Helvetia, prope Friburgum, *SM*, XXXVII, 25.
[8] Seu Salmansweiler, in dioec. Constantien., *OC*, 50.
[9] Parisium, Pairis, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 56.
[10] Meyendorf, Meindorf, seu Mons S.Andreae, in dioec. Halberstaden., *SM*, XXXVII, 29.
[11] Michaelstein, in dioec. Halberstaden., *OC*, 89.
[12] Riddagshausen, in dioec. Halberstaden., *OC*, 84.
[13] Seligenpforten, *SM*, XXXVII, 38.
[14] Sigfridus, Maguntinus archiep. 1230-1249, *SE*, 289, *HC*, I, 321.
[15] Ebrach, in dioec. Herbipolen., *OC*, 13.
[16] Kaisersheim, in dioec. Augusten., *OC*, 32.

46 Querela abbatis de Berola [1] contra abbatem de Hyrantio [2] committitur de Periniaco [3] et de Fiterio [4] abbatibus pacificanda, etc. et quid inde, etc.

47 Querela abbatis Sanctarum Crucium [5] contra abbatem Populeti [6] committitur de Grandisylva [7] et de Fontefrigido [8] abbatibus pacificanda, etc., et quid inde, etc.

48 Querela abbatis de Comba [9] contra abbatem de Pipuella[10] committitur de Vaverlia[11] et de Strafort[12] pacificanda, etc. et quid inde, etc.

49 Querela abbatis de Caldra[13] contra abbatem de Hilbolcortem[14], abbatibus de Salleia[15] et de Ristquetal[16] committitur pacificanda, etc., et quid inde, etc.

50 Querela abbatis de Albispetris[17] contra abbatem de Prato benedicto[18] committitur de Domo Dei super Carum[19] et de Palatio[20] abbatibus pacificanda, et quid inde, etc.

51 Querela abbatis de Salvario[21] contra abbatem Mansiadae[22]

---

46 : *P*[1].
47 : *P*[1].
48 : *P*[1].
49 : *P*[1].
50 : *P*[1].
51 : *P*[1].

---

[1] Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[2] Irancium, Iranzu, in Navarra, dioec. Pampilonen.; *OC*, 176.
[3] Peyrignac, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 130.
[4] Fiterium, Fitero, dioec. Tirasonen., *OC*, 65.
[5] Santas Creus, in Catalonia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.
[6] Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.
[7] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
[8] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[9] Combe Abbey, in dioec. Lichefilden., *OC*, 121.
[10] Pipewell, in dioec. Lincolnien, *OC*, 76.
[11] Waverley, in dioec. Wintonien., *OC*, 16.
[12] Stratford Langthorne, in dioec. Londonien., *OC*, 102.
[13] Calder Abbey, in dioec. Cestren., *OC*, 100.
[14] Holm Cultram, in dioec. Carleolen., *OC*, 130.
[15] Sawley Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 109.
[16] Kirkstall, in dioec. Eboracen., *OC*, 93.
[17] Aubepierre, in dioec. Lemovicen., *OC*, 115.
[18] Pré-Benoît, in dioec. Lemovicen., *OC*, 149.
[19] Alias Niger Lacus, Noirlac, in dioec. Bituricen., *OC*, 43.
[20] Palais N.-D., in dioec. Lemovicen., *OC*, 150.
[21] Salvanesium, Silvanès, in dioec. Ruthenen., *OC*, 39.
[22] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivarien., *OC*, 9.

committitur de Bonavalle [1] et de Grandisylva [2] abbatibus pacificanda, etc., et quid inde, etc.

Querela abbatis de Dalonis [3] contra abbatem de Garda Dei [4] **52**
committitur de Obezina [5] et de Bullio [6] abbatibus pacificanda, etc., et quid inde, etc.

Querela abbatis de Armentaria [7] contra abbatem de Melone [8] **53**
committitur abbatibus de Ursaria [9] et de Superaddo[10] pacificanda, etc.

Querela abbatis Vallis viridis[11] contra abbatem Grandisylvae[12] **54**
committitur Claraevallis et Bellaeperticae[13] abbatibus pacificanda, etc., et quid inde, etc.

Querela abbatis Savigniaci[14] contra abbatem Fontis Danielis [15] **55**
committitur abbati Claraevallis pacificanda, etc., et quid inde, etc

Querela inter abbatissam de Scalachia[16] ex una parte et abba- **56**
tem de Montepetroso[17] ex altera committitur abbatibus de Periniaco[18] et de Prato benedicto[19] pacificanda, etc., et quid inde, etc.

Querela abbatis Bonifontis[20] contra abbatem Gloriae Dei[21] **57**

---

52 : *P*¹.
53 : *P*¹.
54 : *P*¹.
55 : *P*¹.
56 : *P*¹.
57 : *P*¹.

---

1 Bonneval, in dioec. Ruthenen., *OC*, 144.
2 Cf. supra stat. 47.
3 Dalon, in dioec. Tutelen., *OC.*, 147.
4 In dioec. Montisalbanen., *OC*, 122.
5 Obazine, in dioec. Tutelen., *OC.*, 106.
6 Bulium, Le Beuil, in dioec. Lemovicen., *OC*, 148.
7 Armentera, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 146.
8 In Gallecia, dioec. Tuden., *OC*, 69.
9 Osera, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 63.
10 Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 67.
11 Val Verde, in Castella, dioec. Palentin., *OC*, 158.
12 Cf. supra stat. 47.
13 Belleperche, in Vasconia, dioec. Montisalban., *OC*, 75.
14 Savigny, in Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.
15 Fontaine-Daniel, in dioec. Valleguidonen., *OC*, 210.
16 L'Esclache, in dioec. Claromonten., *GC*, II, 407.
17 Mont-Peiroux, in Alvernia, dioec. Claromonten., *OC*, 13.
18 Cf. supra stat. 46.
19 Cf. supra stat. 50.
20 Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.
21 Portaglonium, alias Bouillas, in Languedocio, dioec. Auxitanen., *OC*, 121.

committitur Scalae Dei [1] et Berdonarum [2] abbatibus pacificanda, etc.

58 Querela abbatis de Bennifacen [3] contra abbatem Scarpii [4] committitur Sanctarum Crucum [5] et Fontis clari [6] abbatibus pacificanda, etc.

59 Querela abbatis de Altacrista [7] contra abbatem de Altaripa [8] committitur de Bonomonte [9] et de Tela[10] abbatibus pacificanda, et quid inde, etc.

60 Monachus falsarius pro crimine falsi in domo de Villari[11] incarceratus numquam liberetur nisi de speciali licentia Capituli geceralis.

61 De abbatissa et monialibus Sanctae Columbae[a] [12] Morinensis dioecesis, quae propter gravem suam contumaciam, et huc usque in Ordine nauditam, excommunicatae sunt a Capitulo generali annis pluribus [b] iam elapsis, statuit idem Capitulum generale ut singulis diebus dominicis, insuper et omnibus solemnitatibus quibus sermo habetur in capitulis Ordinis, candelis accensis [c], omnes personae nostri Ordinis utriusque sexus scienter participantes eisdem in singulis capitulis monachorum et monialium per Remensem [d] provinciam [c] excommunicentur, et eaedem [e] sententiae tunc in eisdem conversorum et conversarum capitulis pronuncientur [f]; et [g] ut hoc efficacius executioni demandetur diffinitionem istam habeant omnes abbatiae in dicta

58 : P^1.
59 : P^1.
60 : P^1.
61 : $L^1L^2MP^1P^{10}W$ *(pro secunda parte).* [a] sanctae crucis : L^1. [b] plurimis elapsis : L^1. [c] et : P^1 ; ut : P^{10}. [d] universam : L^1 *qui* Remensem *omittit.* [e] haec : L^1 ; heae : P^1P^{10}. [f] publicentur : L^1. [g] et ut hoc... demandetur : *deest* L^2.

[1] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[2] Berdona, Berdouës, in Vasconia, dioec. Auxitanen., *OC*, 48.
[3] Benifaza, in regno Valenciae, dioec. Dertusen., *OC*, 238.
[4] Escarpe, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 217.
[5] Santas Creus, in Catalonia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.
[6] Alias Sancta Fides, in Aragonia, dioec. Ilerden., *OC*, 226.
[7] Hautcrêt, in dioec. Lausannen., *OC*, 71.
[8] Hauterive, in dioec. Lausannen., *OC*, 50.
[9] Bonmont, in Helvetia, dioec. Gebennen., *OC*, 20.
[10] Thela, alias Montheron, in dioec. Lausannen., *OC*, 34.
[11] Villerium in Betnach, in Lotharingia, dioec. Meten., *OC*, 26.
[12] Seu Blandeka, Blandecques, in dioec. S. Audomari, *GC*, III, 533.

provincia constitutae [h]. Eadem sententia teneatur de monialibus Sanctae Crucis [1] dioecesis Missen [sis] [f] et eamdem denuntient abbates in Maguntinensi dioecesi constituti. Reconciliandi autem poenitentes patres abbates habeant potestatem auctoritate Capituli generalis.

1248

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo statuta sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

Quidquid in illa diffinitione de non acquirendo et non aedifi- 1
cando continetur quae sic incipit : Ut conscientiis personarum, etc. hoc anno committitur totaliter patribus abbatibus qui licentiam filiis abbatibus acquirendi [a] et aedificandi tribuant, ubi viderint expedire [b], et illa diffinitio in visitationibus interim non legatur.

Quoniam ad aures Capituli generalis clamosa pervenit insi- 2
nuatio quod in benedictionibus abbatum panis, vinum, denarii vel etiam candela pro oblatione exigitur, et etiam a quibusdam episcopis ab eis pedum oscula requirantur, inhibetur auctoritate Capituli generalis ne id fiat, sed simpliciter, sicut dominus Cistercii [a], nihil omnino pro benedictione vel professione donetur.

Statuit et ordinat Capitulum generale ut ille monachus, qui 3
per abbatem Claraevallis, pro tempore praefuerit monachis Parisius [a] loco [b] Sancti Bernardi studentibus, de cetero non prior sed provisor vocetur. Et quoniam decens est et honestum ut ubicumque fuerint monachi nostri Ordinis, vivant sub observantia regulari, committitur abbati Claraevallis auctoritate Capituli generalis ut eamdem iurisdictionem corrigendi et absolvendi habeat in monachis supradictis quam habent abbates Ordinis in monachis hospitibus ad se missis, cum domus illa sit membrum proprium Claraevallis, propriorum [c] et patrum abbatum in omnibus [d] iure salvo.

---

[h] *hic desin.* L^1. [i] Mist : *MW*.

1248 : [a] *Titulus apud* P^1 *tantum*.

1 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] adquirendi : P^1. [b] *hic desin.* L^1.

2 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Cisterciensis : P^1.

3 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Parisiis : L^1. [b] loco : *deest* L^1. [c] proprio : L^1. [d] in omnibus : *deest* MP^1.

---

[1] Heiligenkreuz, *SM*, XXXVII, 17.

4 Statuto recordationis felicis... [a] auctoritate Capituli generalis firmiter inhibemus, ne quis abbas vel alia Ordinis nostri persona, se vel ecclesiam suam per litteras seu sigilla obligare praesumat pro debitis alienis, nisi fortassis pro [b] personis Ordinis nostri in casu rationabili, cum visum fuerit expedire ; si quis vero contra praemissa venire praesumpserit ab administratione spiritualium vel temporalium se noverit iam esse suspensum.

5 Quoniam crescente [a] dierum malitia Ordo in nonnullis partibus mundi super privilegiis et immunitatibus suis multipliciter infestatur ut frater adiuvetur a fratre et sicut [b] turris [c] firma permaneat, iniungit Capitulum generale de Gaveilleya [d] [1], de Rievalle [2] et de Furnesio [3] abbatibus in Anglia, ut quoties necesse fuerit, et a vexatis fuerint requisiti auctoritate Capituli generalis conveniant, et secundum quod exegerit [e] negotii magnitudo abbates regionis illius convocent ut sic in communi consilio et auxilio tamquam cortinae se trahentes invicem et tabulae tabernaculi sibi mutuo cohaerentes iniquorum studeant cogitatibus [f] resistere [g], et communem Ordinis libertatem [h] conservare [i] ; haec [j] eadem in Hybernia facienda de Mellifonte [4], de Sancta Maria iuxta Dublinium [k] [5] et de Sancto Salvatore [6] abbatibus committitur Capitulum generale.

6 Sententia anno praeterito lata contra illam quae se gerit pro abbatissa de Sancta Columba [7] et moniales eiusdem loci, necnon et personas utriusque sexus participantes eisdem, integraliter et inviolabiliter observetur.

7 Monachi et moniales in regno Suessiae constituti Ordinis insti-

---

4 : P^1. [a] *locus vacuus in ms.* [b] per personas : *ms.*

5 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] crescente : *deest* P^1 *et locus manet vacuus.* [b] sic quasi : L^1P^{10} ; sic : P^1. [c] terris : MP^{10}. [d] Gambia : L^1 ; Gaudleya : *M* ; Ganeilleya : P^1 ; Gavilleya : P^{10}. [e] egerit : P^1. [f] novitatibus : L^1. [g] obviare : L^1P^1. [h] libertates : P^{10}. [i] confirmare : P^1L^1 *add.* : etc, *et sic desin.* [j] hoc : P^{10}.
[k] Dublinam : L^2 ; Dublinum : MP^{10}.

6 : P^1.

7 : P^1.

---

[1] Waverleia, in dioec. Wintonien., *OC*, 16.
[2] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[3] Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.
[4] In dioec. Armacanen., *OC*, 70.
[5] St.-Mary's Abbey, *OC*, 104.
[6] Vallis S. Salvatoris, seu Graignemanagh, in dioec. Ossorien., *OC*, 210.
[7] Seu Blandeka in dioec. S. Audomari, *GC*, III, 533.

tutiones et privilegia non obstante alicuius mandato vel instituto inviolabiliter studeant observare, qui vero vel quae contravenerint puniantur condigne secundum Ordinis instituta, nullas omnino nisi a personis Ordinis recipientes visitationes.

Cum definitio facta fuerit anno praeterito, quarto anno prior 8
et magister Calatraviae [1] Capitulo generali debeant interesse, et plures dictum negotium circumstent difficultates idem negotium quia grave et arduum reputat Capitulum generale committitur abbati Morimundi in plenaria Ordinis potestate ut, consideratis rerum opportunitatibus seu importunitatibus et circumstantiis aliis universis ad dictum negotium spectantibus, per se vel personas alias ad hoc idoneas faciat inde quod viderit faciendum, et quid inde, etc.

Petitio serenissimae dominae reginae Franciae iunioris [2] de 9
anniversario pro ea per totum Ordinem faciendo post eius obitum, exauditur.

Petitio domini Alfunsi, filii regis Arragonensis [3], de plenario 10
servitio pro eo per totum Ordinem post eius obitum faciendo, exauditur.

Petitio domini Gaufridis [4] Sagiensis episcopi, amici Ordini 11
valde devoti, de plenario servitio pro eo per totum Ordinem faciendo post eius obitum, exauditur.

Petitio domini Galagarritani [5] de uno monacho et tribus 12
conversis secum habendis, ita tamen quod honestis officiis occupentur, exauditur.

Petitio [a] nobilis viri Hugonis [6] comitis Burgundiae palatini 13
de habendo monacho de domo Bellaevallis [7] capellano et eleemosynario suo, exauditur.

---

8 : *P*1.
9 : *P*1.
10 : *P*1.
11 : *P*1.
12 : *P*1.
13 : *L*1*P*1. [a] *Apud L*1 : Domino Hugoni, comiti Burgundiae palatino, unus monachus de Bellavalle in capellanum et eleemosynarium conceditur.

---

[1] Militia ex ord. cist. orta, *TB*, I, 547.
[2] Margareta de Provincia, † 1295.
[3] Iacobus I, Aragonen. rex 1213, dein cist. monachus, † 1276, *BB*, II, 2307.
[4] Godefredus de Mayet, 1241-1258, *SE*, 626 ; *HC*, I, 427.
[5] Hieronymus Aznar, Calagaritan. episc., 1238-1257, *SE*, 21 ; *HC*, I, 155.
[6] Hugo IV, Burgundiae comes, 1218-1272.
[7] Bellevaux, in comit. Burgundiae, dioec. Bisuntinen., *OC*, 8.

14 Petitio domini Charoli [1] fratris domini regis Franciae comitis Andegaviae de plenario servitio post eius obitum faciendo per universum Ordinem, exauditur.

15 Petitio nobilis dominae Margaretae [2] comitissae Flandrensis, Ordini devotissimae, de uno anniversario pro bonae memoriae Iohanna [3] comitissa Flandrensi sorore sua et comite Flandro [4], et pro domino Guillelmo de Dampetra [5] viro eiusdem Margaretae comitissae Flandrensis, in singulis domibus Ordinis faciendo in vigilia beati Nicholai, exauditur ; huic autem anniversario associetur dicta Margareta comitissa Flandrensis post eius obitum ; conceditur etiam sibi et domino Guillelmo comiti Flandrensi et uxori eius et liberis eiusdem Margaretae comitissae una missa de Spiritu Sancto celebranda a singulis sacerdotibus per ordinem universum ; huic missae associantur regina Therasia et comes et comitissa Florensis.

16 Petitio domini Henrici de Rue civis Yporiensis, et domini Benedicti filii eiusdem subdiaconi domini Papae, de una missa pro defunctis celebranda post eorum obitum, a singulis sacerdotibus per universum Ordinem, exauditur.

17 Inspectio abbatiae monialium de Speculo Sanctae Mariae [6] pro qua Ordini incorporanda scribit dominus Papa, pro qua etiam rogat dominus archiepiscopus Coloniensis [7], de Valle Sancti Lamberti [8] et de Valle Dei [9] abbatibus committitur qui ad locum, etc., et quid inde, etc.

18 Inspectio abbatiae monialium quam voluit aedificare comes de Ribore pro qua scribit dominus Papa, de Altaripa[10] et de

14 : *P*¹.
15 : *P*¹.
16 : *P*¹.
17 : *P*¹.
18 : *P*¹.

[1] Carolus I, Andegaven. comes, Neapolitan. rex, † 1285, *BB*, I, 885.
[2] De Constantinopoli dicta, † 1280, *BB*, II, 3030.
[3] De Constantinopoli dicta, 1188-1244, *BB*, II, 2549.
[4] Ferrandus de Portugallia, † 27 jul. 1233, *BB*, I, 1486.
[5] † 1251, *BB*, I, 1943.
[6] Agitur hic de « Speculo virginum », in dioec. et urbe Colonien., *SM*, XXXVII, 22.
[7] Conradus de Hochstaden, 1238-1261, *SE*, 270 ; *HC*., I, 198.
[8] In Belgio. dioec. Leodien., *OC*, 207.
[9] In Belgio, dioc. Leodien., *OC*, 179.
[10] In pago Friburgensi, dioec. Lausanen., *OC*, 50.

Capella [1] abbatibus committitur qui ad locum, etc., et quid inde, etc.

Inspectio et incorporatio abbatiae monialium quam aedificavit illustris regina Franciae iuxta Meledunum [2], Vallis Sarnai [3] et Regalismontis [4] abbatibus committitur qui ad locum, etc., et ad nutum et ad voluntatem reginae mittant conventum... [a] non expectata ulterius licentia Capituli generalis et auctoritate eadem de aliis abbatiis monialium Ordinis aliquas moniales assumant vitae et conversationis laudabilis, per quas merito possint institutis Ordinis informari de... [b] vero nihil fiat donec dicta domina regina, sicut ipsa requirit, cum domino abbate Cistercii colloquium super hoc habuerit et tractatum. **19**

Inspectio abbatiae monialium pro qua aedificanda et incorporanda Ordini rogat nobilis comitissa Flandriae committitur de Dunis [5] et de Laude [6] abbatibus qui ad locum, etc., et quid inde, etc. **20**

Inspectio abbatiae monialium de Slendenhurst [7] pro qua incorporanda Ordini scribit dominus archiepiscopus Coloniensis [8], de Bergis [9] et de Campo Sanctae Mariae [10] abbatibus committitur qui ad locum, etc., et quid inde, etc. **21**

Inspectio abbatiae monialium de Wunnendal [11] pro qua rogant dominus archiepiscopus Argentinensis [12] et multi nobiles, de Salem [13] et de Maris Stella [14] abbatibus committitur qui as locum, etc., et quid inde, etc. **22**

---

19 : *P*¹. — [a] *locus vaccus in ms,* — [b] *locus vacuus in ms.*
20 : *P*¹.
21 : *P*¹.
22 : *P*¹.

---

[1] Cappel, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 184.
[2] Abbatiae Lilium vocata, Le Lys, *GC*, XII, 247.
[3] Vaux de Cernay, in dioec. Versalien., *OC*, 96.
[4] Royaumont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 230.
[5] Les Dunes, in dioec. et urbe Brugen. in Belgio, *OC*, 51.
[6] Laus B. M., Loos, in dioec. Cameracen., *OC*, 116.
[7] Schleidenhorst, in dioec. Colonien., *SM*, XXXVII, 37.
[8] Conradus de Hochstaden, 1238-1261, *SE*, 270 ; *HC*, I, 198.
[9] Altenberg, Vetus Mons, in dioec. Colonien., *OC*, 29.
[10] Marienfeld, in dioec. Monasterien., *OC*, 185.
[11] Wonnental, Jucunda Vallis, sed erat in antiq. dioec. Constantien., hod. Friburgen., *SM*, XXXVII, 44 ; res manet incerta.
[12] Henricus de Stahleck, 1245-1250, *SE*, 325 ; *HC*, I, 105.
[13] Seu Salmansweiler, in dioec. Constantien., *OC*, 50.
[14] Alias Wettingen, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 230.

23 Abbas Bonae cumbae [1] qui non iniunxit monacho suo electo in abbatem Salvanii [2] officium pastorale, cum debita instantia a patre abbate et electoribus postularetur, praesertim cum dictus monachus non haberet officium per quod posset ipsum secundum formam Ordinis retinere, tribus diebus sit in levi culpa uno eorum in pane et aqua et quadraginta diebus extra stallum abbatis... [a] eidem monacho dictum officium iniungere non postponat, si tamen fuerit requisitus. Abbas Bonae vallis Rutinensis [3] hoc ei denuntiet.

24 Inquisitio plurium articulorum qui propositi sunt in Capitulo generali ab abbate Lucensi [4] ex una parte, et ab abbate de Caesarea [5] ex altera, quia de eisdem non potuit plena certitudo haberi abbati Morimundi committitur in plenaria Ordinis potestate, ut inquirat vel inquiri faciat per viros sapientes et discretos et inde faciat quod sibi secundum formam Ordinis videbitur expedire, et quid inde, etc.

25 Promissio quam fecerunt abbas et conventus Quinciaci[a] [6] dominae de Brocia [b], quae largam eleemosynam eidem domui contulit, de quatuordecim monachis in dicta domo semper habendis, confirmatur et approbatur a Capitulo generali.

26 Abbati de Boquehine [7], cuius domus nimiis debitis et aliis oppressionibus dicitur aggravata, remittuntur decem solidi nannentenses et dantur ei in eleemosynam quos singulis annis reddere... [a] Capitulo generali [tenebatur].

27 Pro gravibus importuniis et aliis necessitatibus... [a] conceditur abbati Mortuimaris [8] a Capitulo generali nullam personam Ordinis hoc anno ad commorandum recipere teneatur.

---

23 : P^1. [a] *locus vacuus in ms.*
24 : P^1.
25 : $L^2P^1P^{10}$. [a] Quintiaci : P^{10}. [b] Broscia : L^2 ; Brochia : P^{10}.
26 : P^1. [a] *locus vacuus in ms.*
27 : P^1. [a] *locus vacuus in ms.*

---

[1] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
[2] Salvanesium, Silvanès, in dioec. Ruthenen., *OC*, 39.
[3] Bonneval, in dioec. Ruthenen., *OC*, 144.
[4] Leg. Lucellensi ; Lucella, in Alsatia super. dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[5] Kaisersheim, in Bavaria, dioec. Augusten., *OC*, 32.
[6] Quincy, in dioec. Senonen., *OC*, 27.
[7] Boquianum, Boquen, in dioec. Briocen., *OC*, 47.
[8] Mortemer, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 48.

Querela abbatis de Recluso [1] contra abbatem Cistercii, de Si- 28
gniaco [2], de Buxeria [3] Eduensis abbatibus committitur in ple-
naria potestate pacificanda, etc., et quid inde, etc.

Querela abbatis de Neth [4] contra abbatem [de] Mergan [5], de Bil- 29
denaus [6], de Kingeonda [7] et de Doncoella [8] abbatibus committitur
in plenaria Ordinis potestate pacificanda, etc., et quid inde, etc.

Querela abbatis de Croquedanen [9] contra abbatem de Deusla- 30
craisse[10], de Bildenaus[11] et de Renfort[12] abbatibus committitur
in plenaria Ordinis potestate pacificanda, etc. et quid inde, etc.

Querela abbatis de Copevenice[13] contra abbatem de Andreo[14] 31
committitur abbati Morimundi in plenaria Ordinis potestate paci-
ficanda etc., et quid inde, etc.

Querela abbatis de Bildenaus[15] contra abbatem de Combem- 32
mare[16], committitur de Stanleia[17] et de Quinioride[18] abbatibus
pacificanda, etc., et quid inde, etc.

Querela abbatissae de Valle Sancti Georgii[19] contra abbatissam 33
de Rameia[20], de Alna[21] et de Valle Sancti Lamberti[22] abbatibus

---

28 : P^1.
29 : P^1.
30 : P^1.
31 : P^1.
32 : P^1.
33 : P^1.

---

[1] Le Reclus, in dioec. Trecen., *OC*, 66.
[2] Signy, in dioec. Remen., *OC*, 33.
[3] La Bussière, hod. in dioec. Divionen., *OC*, 19.
[4] Neath Abbey, in Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 98.
[5] Margan, in Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 107.
[6] Bildwas, in dioec. Cestren., *OC*, 102.
[7] Kingswood, in dioec. Glocestren., *OC*, 58.
[8] Dunkeswell Abbey, in dioec. Exonien., *OC*, 206.
[9] Vallis S. M. de Crokesden, in dioec. Lincolnien., *OC*, 176.
[10] Dieulacresium, in dioec. Conventren., *OC*, 142.
[11] Cf. stat. praeced.
[12] Rufford, in dioec. Eboracen., *OC*, 112.
[13] Clara Provincia, Koprzywnica, in Polonia, dioec. Cracovien., *OC*, 184.
[14] Andrejovia, Jedrzejow, in Polonia, antiq. dioec. Cracovien., *OC*, 117.
[15] Cf. supra stat. 29.
[16] Cumbermera, in Anglia, dioec. Conventren., *OC*, 100.
[17] Stanleia in Arderna, in dioec. Wigornien., *OC*, 137
[18] Kingeswoda, Kingswood, in dioec. Glocestren., *OC*, 58.
[19] Alias Salsinia, prope Namurcum, in Belgio, *GC*, III, 601.
[20] Ramège, seu La Ramée, in dioec. Mechlinien., *GC*, III, 604.
[21] Aulne, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[22] In dioec. Leodien., *OC*, 207.

committitur pacificanda, etc., et quid inde, etc., in plenaria Ordinis potestate.

34 Abbas de Sancto Marcello [1] pro eo quod bis exivit de Ordine, et pro aliis multis et gravibus quae dicuntur de ipso, contra formam Ordinis promotus fuisse dinoscitur in abbatem, deponitur in instanti.

35 Abbas de Loco S. Bernardi [2] qui se in sexcentis marchis argenti sub iuramento pro personis saecularibus obligavit, abrenunciavit privilegiis Ordinis, et se aliorum supposuit iurisdictioni, ut possent eum excommunicare, et apud Lugdunum sub iuramento hostagium se tenere promisit, deponitur in instanti.

36 Cum frater Iacobus monachus Paradisi [3] qui, ut dicitur, est falsarius plurium sigillorum, apud Cistercium detineatur auctoritate Capituli generalis ; quia de praedictis ad plenum certitudo non habetur, abbati Morimundi committitur in plenaria Ordinis potestate ut inquirat vel inquiri faciat diligenter, et quid inde fecerit, etc., et eumdem monachum ad proprium abbatem remittat.

1249

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono statuta sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

1 Iniungitur a Capitulo generali patribus abbatibus ut in filiabus suis domibus diligenter provideant ne, pro aedificando vel acquirendo [a], immoderato et intolerabili debitorum onere domus illae quas visitant aggraventur. Antiqua vero sententia de non acquirendo quae sic incipit : Ut conscientiis, etc., omnino expirat.

2 Statuit et ordinat Capitulum generale ut abbas qui sponte cesserit cum litteris patris abbatis vel [a] visitatoris, in quibus

34 : *P*¹.
35 : *L*¹*P*¹.
36 : *P*¹.
1249 : [a] *Titulus apud P*¹ *tantum.*
1 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] adquirendo : *P*¹.
2 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] vel... contineatur : *deest* *L*¹*P*¹⁰.

[1] In Gallia, dioec. Caturcen., *OC*, 172.
[2] In Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 240.
[3] Paradiz, in Polonia, dioec. Poznanien., *OC*, 240.

continteatur quod sit bonae famae et vitae laudabilis, quam voluerit domum sibi eligat gratia profitendi. Abbas vero ad quam ita mittitur [b] ipsum recipere teneatur auctoritate Capituli generalis ; qui autem sic [c] missum recipere noluerit, teste conscientia noverit se suspensum. Abbatissae vero sic [d] cedentes in eadem domo, si fieri potest sine scandalo [e], remaneant, alioquin ad domum de qua sumptae fuerant [f], revertantur, et abbatissae eas recipere teneantur auctoritate Capituli generalis.

Cum moniales iam Ordini incorporatae privilegiis et aliis bene- 3
ficiis Ordinis gaudeant, decens est et honestum ut in iis [a] quae secundum Deum et Ordinem fieri possunt, ordini se conforment. Quapropter statuitur a Capitulo generali ut omnes abbatissae et [b] moniales in illis tribus casibus, quibus a Capitulo generali praecipitur ut emittantur, scilicet [c] si fuerint conspiratrices, symoniace receptae vel omnino rebelles, ipsas recipere teneantur, nec non si qua fuerit secundum formam Ordinis electa eidem officium ad quod eligitur sibi iniungere abbatissa non postponat. Et sciant tam abbatissae quam moniales quod dominus Papa per privilegium suum [1] districtius inhibet [d] omnibus tam religiosis quam saecularibus ut de confessionibus vel absolutionibus monialium nostri Ordinis se intromittere non audeant, nisi de patris abbatis licentia speciali.

Statuit et ordinat Capitulum generale ne quis monachus vel 4
conversus sub alicuius negotii praetextu, litteris utatur quaestuosis usque ad sequens Capitulum generale, per ecclesias occasione praedicandi deferendo.

Statuit et ordinat Capitulum generale quod magister et fratres 5
Calatravenses [2] priori et suppriori Calatraviae, ibidem ab abbate Morimundi promotis et promovendis, et aliis fratribus quibus prior in hac parte commiserit vices suas, confiteantur in plenaria potestate, non obstante alicuius contradictione vel mandato, et nulli alii confiteantur.

---

[b] immittitur : *P*¹. [c] sibi : *P*¹. [d] sibi : *P*¹. [e] sine scandalo : *deest L*¹. [f] fuerunt : *L*¹*L*².

3 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] hiis : *L*² ; his : *P*¹⁰. [b] et : *deest MP*¹⁰. [c] scilicet : *deest P*¹. [d] symoniace : *deest P*¹⁰. [e] inhibetur : *P*¹.

4 : *L*¹*P*¹.

5 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰.

---

[1] Cf. Potthast, *Regesta*, n. 13308.

[2] Militia ex ord. cist. orta, *TB*, I, 547.

6 Petitio domini Aginensis episcopi [1], amici Ordinis, de plenario servitio post eius obitum per Ordinem universum faciendo, exauditur.

7 Nobilissimo Henrico Fragepagnensi proconsuli Romanorum sacri Laterani palatii comiti, ac principi Corsici et Tarenti, Ordini amicissimo, conceditur plenarium servitium post eius obitum per Ordinem universum et tam ipse quam totum genus suum et familia [bonorum] quae per totum Ordinem fiunt, sicut litteratorie rogavit, participesefficiantur in vita penitus et in morte et super hoc habeat litteras Capituli generalis.

8 Petitio nobilis dominae comitissae Carnotensis, de plenario servitio post eius obitum faciendo per universum Ordinem, exauditur.

9 Petitio nobilis dominae Agnetis comitissae Viennensis, uxore domini Henrici de Vergeio, de plenario servitio post eius obitum, exauditur.

10 Petitio domini Corsici correctoris litterarum domini Papae, nobis per magistrum Willelmum auditorem supradictarum porrecta, de plenario servitio pro eo post eius obitum per universum Ordinem, exauditur.

11 Nobili viro Iohanni de Lescentona, domino de Thoquefort et Roberto de Lescentona et Henrico Lintoniensi ecclesiae decano fratribus abbatis Claraevallis et amicis Ordinis conceditur unicuique eorum plenarium servitium post eorum obitum per Ordinem universum.

12 Pro bonae memoriae Henrico quondam duce Brabantiae [2] iam defuncto fiat anniversarium die obitus sui in illa domo in qua habet sepulturam et aliis domibus ducatus sui.

13 Petitio domini comitis Rutinensis de anniversario pro fratre suo Henrico et antecessoribus suis in abbatiis terrae suae die

6 : *P*1.
7 : *P*1.
8 : *P*1.
9 : *P*1.
10 : *P*1.
11 : *P*1.
12 : *P*1.
13 : *P*1.

[1] Guilelmus, Agennen. episc. 1245, Hierosolymitan. patr. 1263, *HC*, I, 77, 275.
[2] Henricus II, Magnanimus, † 1 febr. 1248, *BB*, I, 2064.

obitus sui faciendo exauditur ; huic anniversario mater ipsius comitis post suum obitum associetur.

Petitio abbatis de Monte Sanctae Mariae [1] de anniversario pro suis fundatoribus in domo propria faciendo, exauditur. 14

Petitio abbatis de Melereio [2], qui petit ut a receptione hospitum ad commorandum propter bladi penuriam et tempestatis infortunium hoc anno, exauditur. 15

Cum abbatia de Fonteneto [3] sit miserabili infortunio tempestatum hoc anno multipliciter aggravata, indulgetur sibi a Capitulo generali quod in domo de Fonteneto et in filia sua de Escharlees [4] ad quam intendit proprios monachos destinare, nullos hospites per biennium ad commorandum recipere teneatur. 16

Petitio abbatis de Callovio [5], qui propter tempestatis infortunium a susceptione hospitum ad commorandum petit absolvi per biennium, exauditur. 17

Petitio abbatis de Balanciis [6], qui petit hoc anno absolvi ab onere quadrigarum, in hoc exauditur ut avenam ministrare minime teneatur, cetera vero victualia tam personis quam equis preparet et ministret. 18

Petitio domini episcopi Helnensis [7] de uno converso secum habendo de domo Fontisfrigidi [8], dummodo honestis officiis occupetur, exauditur. 19

Petitio nobilis viri Bertrandi de Baccio fundatoris Silvaecanae [9] de habendis secum duobus conversis de domo Sylvacanae, dummodo honestis officiis occupentur, exauditur. 20

14 : *P*¹.
15 : *P*¹.
16 : *P*¹.
17 : *P*¹.
18 : *P*¹.
19 : *P*¹.
20 : *P*¹.

[1] Sive in dioec. Bisuntinen., sive Marienberg in Hungaria, *OC*, 204, 200.
[2] Mellereium, Melleray, in dioec. Nanneten., *OC*, 85.
[3] Fontanetum, Fontenay, in dioec. Divionen., *OC*, 8.
[4] Scarleiae, Escharlis, in dioec. Senonen., *OC*, 20.
[5] Callovium, Chalivois, in dioec. Bituricen., *OC*, 52.
[6] Seu Valloriae, Valloires, in dioec. Ambianen., *OC*, 52.
[7] Berengarius, Elnen. episc. 1246-1250, *SE*, 599 ; *HC*, I, 238.
[8] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[9] Sylvacane, in Provincia et dioec. Aquen., *OC*, 107, cuius fundator Raimundus de Baucio citatur apud Janauschek.

21 Inspectio abbatiae monialium de Speculo Sanctae Mariae [1] pro qua scripsit dominus Papa et etiam dominus Coloniensis rogavit [2], abbati de Valle Sancti Lamberti [3] committitur qui ad locum etc., et sit filia Sancti Petri [4].

22 Inspectio et incorporatio domus monialium de Monte Sanctae Mariae [5] pro qua incorporanda Ordini scripsit dominus Papa et etiam dominus Camaccen [6] (*sic*) rogavit, de Vancellis [7] et de Camberone [8] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum etc., et sit filia abbatis de Bodelo [9].

23 Inspectio abbatiae monialium Sancti Benedicti[10] Reginensis dioecesis pro qua scribit dominus Papa Capitulo generali, de Caravalle[11] et de Cornu[12] abbatibus committitur qui ad locum, etc. et sit filia de Cerreto [13].

24 Inspectio domus monialium Sanctae Mariae de Olivis[14] pro qua incorporanda Ordini scribit dominus Papa, de Vallemagna[15] et de Villalonga[16] abbatibus committitur ut ad locum praesentialiter accedant etc., et sit filia Fontisfrigidi [17].

25 Inspectio abbatiae monialium de Bacciis[18] pro qua incorporan-

---

21 : *P*[1].
22 : *P*[1].
23 : *P*[1].
24 : *P*[1].
25 : *P*[1].

---

[1] Seu potius Speculum Virginum, alias Seyn, Sion, in dioec. Colonien., *SM*, XXXVII, 22.

[2] Conradus de Hochstaden, 1238-1261, *SE*, 270; *HC*, I, 198.

[3] In Belgio, dioec. Leodien., *OC*, 207.

[4] Vallis Sancti Petri, alias Heisterbach, in dioec. Colonien., *OC*, 189.

[5] Agitur de Monte Aureo, apud. Wevelghemium, in dioec. Brugen., *GC*, III, 309.

[6] Nicolaus de Fontanis, Cameracen. episc. 1249-1273, *SE*, 527; *HC*, I, 160.

[7] Valcellae, Vaucelles, in dioec. Cameracen., *OC*, 24.

[8] Cambron, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 113.

[9] Baudeloo, in dioec. et urbe Gandaven., *OC*, 227.

[10] Sic citata in *ms.* 925 *Arsenal.*

[11] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.

[12] S. Stephanus de Cornu, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 234.

[13] Cerretum, Cerredo, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 43.

[14] Les Olives, in dioec. Narbonen., *GC*, VI, 218.

[15] S. M. de Valmagne, in Languedocio, dioec. Montispessulan., *OC*, 138.

[16] Villelongue, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 122.

[17] Fontfroide, in dioec. Carcassonen., *OC*, 86.

[18] Duo citantur coenobia a b. Mafalda constructa, Abraganense primum, et alterum a Sancto Capite dictum; cf. *Acta Sanctorum*, Maii t. I, (1866), p. 11 Appendicis.

da Ordini scribit nobilis Mafauda [1], filia regis Portugalis, quondam regina Castellae, Sancti Iohannis de Thoraca [2] et de Soada [3] abbatibus committitur qui ad locum, etc., et sit filia Claraevallis, et quid inde, etc.

Inspectio abbatiae monialium Fontis Sanctae Mariae [4] quam vult aedificare comes de Quiborc, de Altaripa [5] et de Aurora [6] abbatibus committitur qui ad locum etc., et sit filia de Aurora. 26

Inspectio loci monialium de Slencenhors [7] pro qua incorporanda Ordini scribit dominus Papa, episcopus [8] et capitulum Coloniensis, de Bergis [9] et de Bredelar[10] committitur abbatibus qui ad locum, etc., et quid inde, etc., et sit filia Campensis[11]. 27

Inspectio at incorporatio abbatiae monachorum Sancti Iohannis Baptistae super Crisium[12], de Seips[13] et de Luiduiner[14] abbatibus committitur in plenaria potestate qui ad locum, etc. et sit filia de Copivinc[15]. 28

Inspectio loci ad quem petit transferre abbatiam monialium de Orchiis[16] domina comitissa Flandrensis[17], de Vancellis[18] et de Laude Dei[19] abbatibus committitur qui ad locum, etc. 29

---

26 : *P*¹.
27 : *P*¹.
28 : *P*¹.
29 : *P*¹.

---

[1] Mafalda (beata), Sanctii I filia, Henrici I uxor, deinde monialis cist., † 1252.
[2] S. Iohannes de Tarouca, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 61.
[3] Leg. fors. Salceda, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 143.
[4] Fraubrunnen, in Helvetia, dioec. Constantien., *SM*, XXXVII, 12.
[5] Hauterive, in pago Friburgen, dioec. Lausanen., *OC*, 50.
[6] Alias Frienisberg, in Helvetia, ant. dioec. Constantien., *OC*, 51.
[7] Schleidenhorst, in dioec. Colonien., *SM*, XXXVII, 37.
[8] Conradus de Hochstaden, 1238-1261, *SE*, 270; *HC*, I, 198.
[9] Altenberg, Vetus Mons, in dioec. Colonien., *OC*, 29.
[10] Bredelaria, in Westphalia, dioec. Paderburnen., *OC*, 203.
[11] Vetus Campus, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
[12] Ignota apud Ianauschek; cf. infra ann. 1250, stat. 36.
[13] Szepes, S. M. de Scepusio, in Hungaria, dioec. Strenginen., *OC*, 225.
[14] Luiduiner, abbatiae Scirii antiquum nomen, seu, Szczyrzyc, in Gallicia, dioec. Cracovien., *OC*, 242.
[15] Koprzywnica, Clara Provincia, in dioec. Cracovien., *OC*, 184.
[16] In Gallia, prope Duacum, ubi primum Flinensis abbatia erecta fuerat, *GC*, III, 453.
[17] Margarita, de Constantinopoli dicta, † 1280.
[18] Valcellae, Vaucelles, in dioec. Cameracen., *OC*, 24.
[19] Laus B. M., Loos, in dioec. Cameracen., *OC*, 116.

30 Inspectio loci monialium pro quo incorporando Ordini petit episcopus [1] et capitulum Agathensis, de Francisvallibus [2] et de Sylvaregali [3] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et sit filia Vallismagnae [4].

31 Statuit et ordinat Capitulum generale ut viri discreti et providi, scilicet de Tilieto [5] et Eleemosyna [6] abbates, mittantur ad pedes domini Papae in communibus Ordinis expensis, pro quibusdam dubiis articulis de quibus scripsit Capitulo generali venerabilis pater dominus Iohannes [7] tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, et aliis quibusdam, et quid inde, etc.

32 Statuit et ordinat Capitulum generale pro abbate Morimundi et aliis omnibus abbatibus quibus iniuriatur dominus Metensis [8], ut dicitur, scribatur domino Papae.

33 Auctoritate Capituli generalis iniungitur domino Morimundi ut visitatores viros discretos, circumspectos et honestos mittat ad Calatravenses [9], qui eos amicabiliter et prudenter conveniant [a] in [b] sacris exhortationibus, ac monitis salutaribus efficaciter inducant ut tamquam membrum nobile et speciale Ordinis cisterciensis [c], Capitulo generali per aliquos de suis se praesentare procurent anno quo visum fuerit competentius expedire [d] et quod inde, etc.

34 Iniungitur visitatoribus Morimundi euntibus ad Hispaniam ut ad fratres Calatraviae personaliter [a] accedentes, super eo quod ab abbate Sancti Iohannis de Tarouca [b] [10] et aliis abbatibus.

---

30 : *P*¹.
31 : *P*¹.
32 : *P*¹.
33 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] convertant *i* *P*¹⁰. [b] et in : *L*¹*P*¹. [c] Cistercii : *P*¹. [d] *hic desin. L*¹.
34 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] praesentialiter : *P*¹. [b] Toraca : *L*²; Thoraca : *P*¹.

---

[1] Petrus Raimundi Fabri, 1242-1271, *SE*, 478; *HC*, I, 76.
[2] Franquevaux, in Languedocio, dioec. Nemausen., *OC*, 73.
[3] Silva Regalis, Sauve Réal, in dioec. Aquen., *OC*, 168.
[4] S. M. de Valmagne, in Languedocio, dioec. Montispessulan., *OC*, 138.
[5] Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquen., *OC*, 9.
[6] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[7] Iohannes de Toleto, ord. cist. 1244, card. episc. Portuen. 1262, † 1275, *HC*, I, 36, 43.
[8] Iacobus de Lotharingia, 1239-1260, *SE*, 293; *HC*, I, 338.
[9] Militia ex ord. cist. orta, *TB*, I, 547.
[10] In Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 61.

exigunt pedagia, moneant ipsis ut desistant, et ad ea quae pacis sunt, modis omnibus inducant de causae meritis [c] de plano et simpliciter inquirendo, et quid invenerint sequenti anno renuntiare non differant Capitulo generali.

Super querela quam habet venerabilis pater noster dominus abbas Cistercii contra filiam suam abbatiam monialium de Burgis [a] [1], scribatur tam domino regi Castellae quam ipsi abbatissae et conventui per verba honesta et modesta, ut domui Cistercii tamquam matri se humiliter benigna filiatione subiiciant et devota, et observationes Ordinis devote recipiant et observent secundum Ordinis instituta, prout ipsarum expedit saluti animarum. **35**

Querela abbatis de Oliva [2] contra abbatem de Clarocampo [3], de Dargon [4] et de Reynevel [5] abbatibus committitur pacificanda etc., et quid inde, etc. **36**

Querela abbatis de Berola [6] contra abbatem de Hyrantio [7] super filiatione monasterii monialium de Hirs [8], de Bonofonte [9] et de Borbona[10] abbatibus committitur pacificanda etc., et quid inde, etc. **37**

Querela abbatis de Buxeto[11] contra abbatissam Villae maioris[12], de Sacramoenia[13] et de Fictio[14] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pacificanda, etc., et quid inde, etc. **38**

Querela abbatis Cluniaci[15] nomine abbatis et ecclesiae Pal... [a] **39**

---

[c] mitis : P^1.

35 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Burgis, etc. : *sic desin.* L^1.

36 : P^1.

37 : P^1.

38 : P^1.

39 : P^1. [a] *sic in ms.*

---

[1] S. M. la Real de las Huelgas, *TB*, 1471.
[2] In Pomerania, dioec. Wladislavien., *OC*, 186.
[3] Klaarkamp, in Frisia occident. dioec. Leovardien., *OC*, 154.
[4] Dargunium, Dargun, in dioec. Sverinen., *OC*, 105.
[5] Reineveldense monasterium, Reinfeld, in dioec. Lubecen., *OC*, 192.
[6] Seu Verola, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[7] Irancium, Irazu, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 176.
[8] Hyères (?), an agitur de huius nominis insulis ? cf. *OC*, LXIII.
[9] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[10] Seu Bolbona, Boulbonne, in dioec. Tolosan., *OC*, 123.
[11] Bugedo, in veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 167.
[12] Villa Mayor de los Montes, in provincia Burgen., *SG*, nº 105.
[13] In veteri Castella, dioec. Segovien., *OC*, 67.
[14] Fitero, in dioec. Tirasonen., *OC*, 65.
[15] Abbatia caput Ordinis, *GC*, IV, 1117.

deposita contra abbatem de Charitate [1], de Roseriis [2], de Balerna [3] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pacificanda, etc., et quid inde, etc.

40 Querimonia abbatissae et monialium de Marcelleyo [a] [4] conquerentium quod ab Ordine visitationis solatium non habent, sicut alias abbati Claraevallis commissum fuit, iterum committitur eidem qui licet locum ipsum aptum minime esse Ordini [b] iudicavit, et propter hoc ab Ordine debere abscidi [c], nihilominus ipsius discretioni committitur iterato ut per se vel per alium ad hoc idoneum diligenter inquirat et observet utrum ad alias domos, prae loci illius [d] intolerabili paupertate, se dispergi permittant, alioquin se et sua recipiant et habeant [e] positae penitus extra Ordinis unionem ; illis tamen quae professae erant tunc in Ordine si voluerint, consulatur. Abbatissae vero illae ad quas mittentur auctoritate Capituli generalis ipsarum professiones recipere tenebuntur.

41 Querela abbatis Gardae Dei [5] contra abbatem de Lonen [6], de Bellapertica [7] et de Petrosa [8] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pacificanda, etc., et quid inde, etc.

42 Querela abbatis de Populeto [9] contra abbatem Sanctarum Crucum [10], de Scala Dei [11], de Bonofonte [12] et de Borbona [13] abbatibus, tam super iniuriis illatis quam super principali, committitur in plenaria Ordinis potestate pacificanda, etc., non obstante commissione aliis iudicibus a Capitulo facta et quid inde, etc., et auctoritate Capituli generalis inhibetur abbati Sanctarum Cru-

40 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Marcelleio : *MP¹*. [b] Ordini : *deest L²P¹*. [c] abscindi : *M*. [d] ipsius : *P¹P¹⁰*. [e] abeant : *M*.
41 : *P¹*.
42 : *P¹*.

[1] La Charité, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 30.
[2] Rozières, in dioec. S. Claudii, *OC*, 26.
[3] In comitatu Burgundiae, dioec. S. Claudii, *OC*, 41.
[4] Marcilly, in dioec. Aeduen., *GC*, IV, 502.
[5] In dioec. Montisalban., *OC*, 122.
[6] Forsan pro Dalone, in dioec. Tutelen., *OC*, 147.
[7] Belleperche, in Vasconia, dioec. Montisalban., *OC*, 75.
[8] La Peyrouse, in dioec. Petragoricen., *OC*, 134.
[9] Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.
[10] Santas Creus, in Catalonia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.
[11] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[12] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[13] Seu Bolbona, Boulbonne, in dioec. Tolosana., *OC*, 123.

cum ne coram iudice saeculari abbatem de Populeto vel homines suos super eodem negotio de cetero fatigare praesumat.

Discordia quae vertitur inter abbatem et monachos de Brune- 43
bach [1] de quibus clamosa insinuatio ad Capitulum generale pervenit, de Ebra [2] et de Alscebrone [3] abbatibus committitur ut ad dictam abbatiam praesentialiter accedentes diligenter inquirant, et quid inde, etc.

Querela abbatissae de Murmunda [4] contra abbatem Vallis 44
Sancti Petri [5] et contra abbatem de Rendorch [6], de Claustro [7], de Valle Dei [8], de Verbach [9] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pacificanda, etc., et quid inde, etc.

Querela abbatis de Deulotrois[10] contra abbatem de Vultone[11], 45
de Bildenaus[12] et de Renfort[13] abbatibus committitur pacificanda, etc., et quid inde, etc.

Querela abbatis de Bullio[14] contra abbatem de Boscanio[15], de 46
Petrosa[16] et de Palatio[17] abbatibus committitur pacificanda, etc., et quid inde, etc.

Querela abbatis de Salleia[18] contra abbatem de Fontibus[19] in 47

43 : *P*¹.
44 : *P*¹.
45 : *P*¹.
46 : *P*¹.
47 : *P*¹.

[1] Bronnbach, in magno ducatu Badensi, *OC*, 128.
[2] Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolen., *OC*, 13.
[3] Heilsbronn, Fons salutis, in Bavaria, dioec. Eystetten., *OC*, 28.
[4] Abbatia vocata Het Munster, prope Ruremundum, *GC*, V, 389.
[5] Alias Heisterbach, in dioec. Colonien., *OC*, 189.
[6] Incerta designatio.
[7] Alias Himmerod, in dioec. Treviren., *OC*, 31.
[8] In Belgio, dioec. Leodien., *OC*, 179.
[9] Eberbach, in Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.
[10] Dieulacres, in Anglia, dioec. Conventren., *OC*, 142.
[11] Leg. Hulton, in dioec. Conventren., *OC*, 223.
[12] Bildwas, in dioec. Cestren., *OC*, 102.
[13] Rufford, in dioec. Eboracensi., *OC*, 112.
[14] Bulium, Le Beuil, in dioec. Lemovicen., *OC*, 148.
[15] Boscum Cavum, Bouchaud, in dioec. Petragoricen., *OC*, 150.
[16] La Peyrouse, in dioec. Petragoricen., *OC*, 134.
[17] Palais N.-D., in dioec. Lemovicen., *OC*, 150.
[18] Sawley Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 109.
[19] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.

Anglia, de Reavalle [1] et de Roofort [2] abbatibus committitur pacificanda, etc., et quid inde, etc. Abbas Novi monasterii [3] hoc eis denuntiet.

48 Querimoniae multoties de abbatibus de Verbach [4] et de Arnesborch [5] de quibus clamosa insinuatio pervenit ad Capitulum generale, abbati Claraevallis committitur qui super praemissis diligenter inquirat et corrigat in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

49 Querela abbatis de Mercato Radulphi [6] Ordinis Praemonstratensis contra abbatem Vallis Beatae Mariae [7] Ordinis nostri, de Bellobecco [8] et de Frigidomonte [9] abbatibus committitur pacificanda, etc., et quid inde, etc. Abbas de Bellobecco hoc collegae suo denuntiet.

50 De [a] illa quae se gerit pro abbatissa in domo de Sancta Colomba[10] et complicibus suis utriusque sexus, quae [b] miserabili modo in sua rebellione pluribus annis perduraverunt praecipitur auctoritate Capituli generalis quod in omnibus domibus monachorum et monialium Remensis provinciae excommunicentur diebus dominicis et festis quibus habetur sermo in capitulo, candelis accensis et pulsatis campanis, sicut pulsari solent quando huiuscemodi sententiae proferuntur [c].

51 De fratre David monacho qui, licet culpis suis multiplicibus gravibus et probatis depositus fuerit, et adhuc [a] gerit se pro abbate, Dei et Ecclesiae inimicis miserabiliter inhaerendo, de

---

48 : P^1.
49 : P^1.
50 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] *Apud* L^1 : Reiteratur sententia Cap. gen. contra abbatissam et moniales monasterii de sancta Colomba anno 1247 lata perseverantes in sua rebellione, ita ut ubique declarentur excommunicatae diebus in eadem sententia memoratis, candelis accensis, et haec ceremonia fiat pulsatis campanis... *etc. ut supra.* [b] qui : *M*. [c] profunduntur : P^1.
51 : P^1. [a] ad haec : *ms.*

---

[1] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[2] Rufford, in dioec. Eboracen., *OC*, 112.
[3] Newminster, in dioec. Dunelmen., *OC*, 55.
[4] Eberbach, in Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.
[5] Arnsburg, Castrum Aquilae, in dioec. Maguntin., *OC*, 169.
[6] Marcheroux, in dioec. Rothomagen., *GC*, XI, 328.
[7] N.-D. du Val, in dioec. Versalien., *OC*, 42.
[8] Beaubec, in dioec. Rothomagen., *OC*, 96.
[9] Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.
[10] Seu Blandecques, in dioec. S. Audomari, *GC*, III, 533.

quo etiam dicitur quod per inimicos Ecclesiae exercitu copioso congregato domum Sanaevallis [1] invadi fecit et aedificia dirui, diffinit et iudicat Capitulum generale ut tam ipse quam omnes suae malitiae complices capiantur et incarcerentur invocato ad hoc, si necesse fuerit, brachio saeculari, et abbas Sancti Thomae de Torcello [2] nihilominus ipsum et alios sibi cohaerentes excommunicatos denuntiet auctoritate Capituli generalis. Abbas de Brondolio [3] hoc abbati Sancti Thomae denuntiet.

Cum de episcopo Sanctae Mariae de Alverasim [4] Ordinis **52**
nostri suggestum fuerit in [a] Capitulo generali, quod in domo Calatraviae [5] veniens dixerit fratribus, quod non tenebantur generali Capitulo obedire, et quod omnes usque ad haec tempora in statu fuerint [b] damnandorum, eo quod monachi Morimundi a patre abbate missi non poterant eos absolvere, Sancti Petri de Gomello [6] et Vallisbonae abbatibus committitur, ut ad praedictum episcopum et domum Calatraviae personaliter [c] accedentes, tam ab ipso episcopo quam ab ipsis fratribus de praedictis diligenter inquirant, et si praedictum [d] episcopum super praemissis culpabilem invenérint, ingressum domus et possessionum Calatraviae, et omnium abbatiarum Ordinis eidem auctoritate Capituli generalis inhibeant et a beneficiis Ordinis se noverit sequestratum [e]. Abbas Bonifontis [7] hoc eis denuntiet.

Abbas de Cupro [8], qui scienter mentiendo cuidam monacho **53**
per sigillum [a] suum testimonium perhibuit quod monachus esset matris nostrae Cistercii, cum non esset, tribus diebus agat poenitentiam culpae levioris uno eorum in pane et aqua, et viginti diebus sit extra stallum abbatis. Abbas de Novo monasterio [9] hoc ei denuntiet.

52 : L^1P^1. [a] in : *deest* P^1. [b] fuerant : L^1. [c] praesentialiter : P^1. [d] dictum : P^1. [e] et quidquid etc. : *sic desin.* L^1.

53 : P^1. [a] *ms. perp. repet.* : mentiendo.

[1] Seu Follina, in ditione Venetorum, dioec. Ceneten., *OC*, 86.

[2] S. Tommaso, in ditione Venetorum, dioec. Torcellan., *OC*, 213.

[3] Brondolo, in paludibus Venetiarum, dioec. Fossae Clodiae, *OC*, 232.

[4] Petrus Garcès, ord. cist. episcop. Segobricen. et S. Mariae de Albarrazino, in Hispania, 1247-1272, *SE*, 68 ; *HC*, I, 443.

[5] Militia ex ord. cist. orta, *TB*, I, 547.

[6] S. Pedro de Gumiel, in veteri Castella, dioec. Oxomen., *OC*, 198.

[7] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.

[8] Cuprum, Coupar, in Scotia, dioec. S. Andreae, *OC*, 151.

[9] Newminster, in Anglia, dioec. Dunelmen., *OC*, 55.

54 De Rupe regis [1] et de Vurenen [2] abbates qui hoc anno venire debuerunt ad Capitulum generale non venerunt, poenitentiam peragant in diffinitionibus assignatam, nisi forte modo debito fuerint excusati et sequenti anno venire non omittant. Abbas de Vitae Schola [3] hoc eis denuntiet.

55 Abbas de Lucha [4] qui pergamenum vacuum sigillavit, tribus diebus poenitentiam culpae levioris peragat uno eorum in pane et aqua et viginti diebus sit extra stallum abbatis.

56 Abbas de Capella [5] qui bis exivit de Ordine qui et fugitivum scienter in suo capitulo praedicare permisit, necnon semel et secundo furtum confessus est commississe, deponitur in instanti.

57 Abbas de Palaciolis [6] qui per sex annos remansit a Capitulo generali nec fuit excusatus, poenam peragat integraliter super hoc a generali Capitulo diffinitam ; nihilominus ad Capitulum generale anno futuro venire non omittat, de eo quod confessiones monialium de Burgis [7] filiae matris nostrae Cistercii recipere dicitur, sine licentia domini Cistercii, et de quibusdam aliis de quibus facta est quaestio in generali Capitulo, responsurus. Abbas de Sancto Iohanne de Tarouca [a] [8] hoc ei denuntiet.

1250

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo acta sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

1 Lectioni Martyrologii qualiter in Exaltatione Sanctae Crucis addatur in fine : et Octava Nativitatis gloriosae Virginis Mariae.

---

54 : P^1.
55 : P^1.
56 : P^1.
57 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Tharaucha : L^2P^{10}.
1250. [a] *Titulus apud* P^1 *tantum.*
1 : $L^2P^1P^{10}$.

---

[1] Seu potius Rus Regium, Ruhekloster, in duc. et dioec. Sleswicen., *OC*, 195.
[2] Varnhem, in Suecia, dioec. Scaren., *OC*, 120.
[3] Seu Wiaskild, in Jutia Daniae, dioec. Wibergen., *OC*, 141.
[4] Seu Luca, Loccum, in prov. Hannov. dioec. Minden., *OC*, 151.
[5] Cappel, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 184.
[6] S. M. de Palatiolis, Palazuelos, in Castella, dioec. Palentin., *OC*, 158.
[7] S. M. la Real de las Huelgas, Cistercio immediate subiecta, *TB*, I, 1471.
[8] In Lusitania dioec. Lamecen., *OC*, 61.

Dominica infra octavam, in primo nocturno antiphonae : *Comedi favum* ; *Anima mea* ; *Talis est dilectus*. In secundo nocturno antiphonae : *Descendi* ; *Ortus conclusus* ; *Beata progenies*.

Quoniam quibusdam dubium videbatur [a] quando festum beati 2
Benedicti transponitur, quo die ipsius Regula inchoari deberet [b], sic interpretatur [c] Capitulum generale quod [d] ipsa die, quando festum eius agitur ipsa Regula inchoetur [e].

Petitio abbatis Claraevallis de commemoratione facienda de 3
beato Malachia in domo propria, exauditur.

Petitio abbatis de Ripatorio [1] super facienda commemoratione 4
in domo sua sociorum beati Mauritii, quorum corpora in abbatia sua habentur, exauditur.

Petitio abbatis de Pratea [2] de commemoratione facienda sanc- 5
torum martyrum Faustae et Eustachii singulis diebus in domo sua tantum, in qua ipsorum sanctorum corpora requiescunt, exauditur.

Ut laudabilis Ordinis simplicitas observetur et paupertatis 6
honestas sicut decet praeferatur, inhibetur tam abbatibus quam aliis personis Ordinis ne de cetero secum portare attentent [a] cifos [b] argenteos, coclearia [c] seu quaelibet vasa argentea vel aurea, ut eis comedendo sive [d] bibendo, utantur.

Conceditur [a] illustri regi Allemaniae [3] quod habeat secum unum 7
conversum de Ordine, honestis rebus deputandum.

Petitio [a] domini regis Poloniae [b] [4] de habendo unum mona- 8
chum de Ordine ad dandum consilium et auxilium abbatiae monialium quam ipse contruxit, exauditur.

---

2 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] videatur : *P¹⁰*. [b] debet : *M* ; debetur : *P¹*. [c] interpellatur : *L²*. [d] quia : *P¹*. [e] *Apud L²P¹⁰ sub fine* : Item omissum fuit ex anno 1195 : In fetvitate S. Benedicti singulis annis regula inchoetur.

3 : *L¹L²MP¹P¹⁰*.

4 : *L²MP¹P¹⁰*.

5 : *P¹*.

6 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] attemptent : *P¹*. [b] scyphos : *M* ; ciphos : *P¹*. [c] codearia : *P¹⁰*. [d] sive bibendo : *deest M*.

7 : *L¹P¹*. [a] *apud L¹* : Regi Allemaniae conceditur unus conversus de Ordine, honestis officiis deputandus.

8 : *L¹L²MP¹P¹⁰W*. [a] Similiter regi Pononiae unus monachus ad commorandum : *L¹ qui sic desin.* [b] Pononiae : *L²P¹⁰*.

---

[1] L'Arrivour, in dioec. Trecen., *OC*, 59.

[2] La Prée, in dioec. Bituricen., *OC*, 86.

[3] Conradus IV, 1250-1254.

[4] Boleslaus V, 1227 - † 1279.

9 Pro magno favore [a] et gratia [b] abbatis et domus Claraevallis conceditur auctoritate Capituli generalis ut provisor Studii Parisiensis [c] in omnibus abbatiis Ordinis ad quas venerit, stet in choro abbatis immediate post abbatem [d] nisi fuerit ibi aliqua reverenda persona quae prius abbatizaverit, cui concessum fuerit ubique esse post abbatem.

10 Petitio domini Didatilupi de habendis quibusdam conversis de abbatiis Ordinis, a Pampilonia usque Burgis, exauditur, ita tamen quod honestis officiis occupentur.

11 Petitio venerabilis patris archiepiscopi Collocensis [1], cancellarii domini regis Ungariae, de una missa pro defunctis post eius obitum danda a singulis sacerdotibus per universum Ordinem, exauditur.

12 Petitio venerabilis patris Stringonensis [2] de prima missa post eius obitum pro defunctis danda a singulis sacerdotibus Ordinis nostri, exauditur.

13 Petitio abbatis de Longovillari [3] de faciendo anniversario in domo sua solemniter in conventu pro beatae memoriae Stephano [4] quondam rege Angliae fundatore domus suae, exauditur.

14 Petitio abbatis de Faudis [5] de faciendo anniversario fundatoris domus suae in domo propria, exauditur.

15 Petitio [a] domini Mathei de Monte mirabili de plenario servitio post eius obitum faciendo per universum Ordinem exauditur, et de duobus conversis honestis et religiosis de Ordine secum haben-

---

9 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*T*⁵. [a] fervore : *L*¹. [b] D. abbatis : *T*⁵. [c] Parisius : *T*⁵. [d] abbates : *L*²*MP*¹⁰.

10 : *P*¹.

11 : *P*¹.

12 : *P*¹.

13 : *P*¹.

14 : *P*¹.

15 : *L*¹*P*¹. [a] *Apud L*¹ : Domino Matheo de Monte mirabili servitium post obitum per univ. ord., et duo conversi ac monachi de Ordine ad cohabitandum conceduntur, dummodo honestis, etc.

---

[1] Thomas, Colocen. archiep. † 1255, *SE*, 371 ; *HC*, I, 197.

[2] Stephanus de Vancha, 1243, 1251 card. epis. Praenestin. † 1269, *HC*, I, 464, 37.

[3] Longvilliers, in dioec. Atrebaten., *OC*, 102.

[4] Stephanus Blesensis, rex 1135, † 1154, *BB*, I, 1369.

[5] An legend. sit Laudis ? Loos, prope Insulas, cuius fundator Theodoricus Alsatius extitit, *OC*, 116.

dis, ita tamen quod religioni congruis officiis occupentur, exauditur.

Petitio nobilis viri Simonis Montis fortis [1], comitis Leicestriae, de anniversario bonae memoriae domini Simonis [2] patris sui per Ordinem universum faciendo in crastino die beati Ioannis Baptistae, exauditur. **16**

Commissio facta anno praeterito abbati Morimundi [a] quoto anno prior et magister Calatraviae [3] Capitulo generali debebant interesse, cum propter difficultates plurimas negotium ita cito nequeat terminari, iterato committitur eidem [b] Morimundensi in plenaria Ordinis potestate ut [c] consideratis opportunitatibus rerum et circumstantiis aliis ad negotium spectantibus, per se vel per personas ad hoc idoneas prosequatur negotium secundum quod Ordini viderit expedire, et quid inde, etc. **17**

Querela plurium abbatum de Hispania [a] contra Calatravenses quod videlicet de animalibus et pecoribus suis pro solo transitu pedagium accipiebant [b], maxime in magisterio de Alcantara [c] [4], abbati Morimundi committitur in plenaria [d] Ordinis potestate, ut cum ipsi privilegiis et aliis beneficiis Ordinis gaudeant, compescat eosdem, ne super huiusmodi pedagio vexent de cetero fratres suos. **18**

Quoniam burgenses de Eschardeborch decima domini Cistercii collata ad sustentationem Capituli generalis prout debent reddere contradicunt, vult et statuit Capitulum generale ut dominus Cisterciensis procuratorem constituat nomine ipsius Capituli ad totum negotium prosequendum contra burgenses superius nominatos. **19**

De statu abbatiae de Resola [5], quae in tantum collapsa dicitur **20**

---

16 : P^1.

17 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Morimundensi quanto : P^1. [b] abbati Morimundi : *M*. [c] et : *M*.

18 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Hyspania : L^2. [b] accipiebatur : P^1. [c] Alcantra : L^2P^{10}. [d] plena : L^1.

19 : P^1.

20 : $L^2MP^1P^{10}$.

---

[1] 1206/8-1265, *BB*, II, 4275.

[2] Simon IV, † 1218, *BB*, II, 4274.

[3] Militia ex ord. cist. orta, *TB*, I, 547.

[4] Militia ord. cist. sociata, *TB*, I, 43.

[5] Coniicit Janauschek, *OC*, LIX, hic agi de abbatia monialium citata ann. 1230, stat. 18, sub. nomine « Vesola ».

quod non est spes quod possit abbatia esse committitur domino Cistercii [a] in plenaria Ordinis potestate, ut inde [b] faciat prout secundum Deum et ordinem viderit faciendum, et quid inde, etc.

21 Quia Ordo iam pluribus debitis usurariis obligatur, et quotidie occurrunt ardua negotia peragenda, statuit et ordinat Capitulum generale, ut mille marchae per Ordinem colligantur [a] quarum medietatem colligi faciat abbas Claraevallis in generatione sua ; medietatem alterius medietatis videlicet ducentas quinquaginta marchas faciat colligi abbas Morimundi [b] in linea sua ; residuas ducentas quinquaginta marchas, Cisterciensis, Firmitatis et Pontiniacensis inter se distribuant colligendas prout viderint expedire ; et hoc fiat usque ad proximum venturum Capitulum generale.

22 Quoniam querela ascendit ad aures Capituli generalis de abbatibus de Morimundo [1] in Lombardia et de Quassali vatone [2] qui in visitatione Caraevallis [3] properantur processerunt significando Capitulo generali quod abbatem invenerunt innocentem, et scribendo in contrarium potestati Mediolanensi, per quod abbas eius indignationem incurrit, committitur abbati de Roseriis [4] qui veritate diligentius inquisita, per se vel per personas idoneas corrigat in plenaria Ordinis potestate quod viderit corrigendum, et quid inde, etc. Scribatur etiam archiepiscopo Mediolanensi [5] ex parte Capituli generalis, ut dignetur interponere partes suas ad sedandam commotionem potestatis praedictae, et ad reducendum abbatem in ipsius gratiam et amorem.

23 Auctoritate Capituli generalis districtius inhibetur ne dominae nobiles quae intrant abbatias nostri Ordinis auctoritate privilegiorum sibi a domino Papa concessorum, permittantur ibidem ad portam aliquatenus pernoctare vel comedere carnes infra abbatiam.

---

[a] Cisterciensi : *MP*¹. [b] ibi faciat : *P*¹.
21 : *L*¹*P*¹. [a] colligantur : *deest* *P*¹. [b] Morimundensis : *P*¹.
22 : *P*¹.
23 : *P*¹.

---

[1] Morimundus coronatus, prope Mediolanum, *OC*, 33.
[2] Casale Vallonis, Casalvolone, in Pedemontio, dioec. Novarien., *OC*, 157.
[3] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[4] Rozières, in Burgundia, dioec. S. Claudii, *OC*, 26.
[5] Leo Valvasorius, ord. min. archiep. 1244, † 1263, *SE*, 796 ; *HC*, I, 332.

Quoniam quidem Ordinis nostri monachi et conversi [a] minus in hac parte considerati Capitulum generale sollicitaverunt multipliciter contra formam Ordinis hactenus observatam de plenario servitio post eorum obitum per totum Ordinem faciendo, districtius inhibetur auctoritate Capituli generalis [b] ne quis de cetero monachus aut [c] conversus per se vel per alium tale quid audeat attentare [d], praesertim cum abbates Ordinis tam maiores quam minores statutis communibus Ordinis beneficiis sint contenti, et beneficia Ordinis sint communia universis ; qui contravenerint [e], petito [f] frustretur [g] et a Capitulo generali graviter puniatur. 24

Quoniam multi abbates petierunt et petunt anniversaria [a] fieri in domibus propriis pro fundatoribus suis, ita intelligit Capitulum generale quod numquam missa celebretur in conventu, nisi expresse hoc sit eis indultum a Capitulo generali. 25

Scribatur domino episcopo Metensi [1] a Capitulo generali per verba honesta et inductiva ut abbates, quibus iniuriatur de salinatione sua, permittat gaudere pacifice suo iure ; de Morimundo vero et Trium Fontium [2] abbatibus committit Capitulum generale ut si dicti abbates velint coniunctim contra dictum episcopum persequi ius suum possint eumdem compellere, si opus fuerit ad contribuendum in expensis unumquemque secundum ratam suae portionis, et quid inde, etc. 26

De Orchiis [3] et de Marqueta [4] monialium abbatiis conceditur a Capitulo generali ad petitionem dominae comitissae Flandriae [5] ut conversi dictarum abbatiarum, cum ad domos Ordinis nostri venerint, recipiantur in omnibus sicut nostri conversi recipi consueverunt, dummodo dicti conversi in habitu et tonsura et aliis conversis Ordinis nostri se conforment. 27

---

24 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] et conversi : *deest M.* [b] memorati : *add. P*¹. [c] vel : *L*²*P*¹. [d] attemptare : *P*¹. [e] contravenerit : *P*¹⁰. [f] petitio : *L*². [g] citetur : *P*¹ *perp. pro privetur.*

25 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] anniversarium : *P*¹.

26 : *P*¹.

27 : *P*¹.

---

[1] Iacobus de Lotharingia, Meten. episc. 1239-1260, *SE*, 293 ; *HC*, I, 338.

[2] In dioec. Catalaunen., *OC*, 6.

[3] In Gallia, prope Duacum, ubi primum Flinensis abbatia erecta fuerat, *GC*, III, 453.

[4] Marquette, in dioec. Cameracen., *GC*, III, 313.

[5] Margarita, de Constantinopoli dicta, † 1280.

28 Tribus abbatibus in Anglia deputatis ad convocandos abbates illius regionis pro negotiis Ordinis procurandis adduntur de Fontibus [1] et de Belloloco regis [2] abbates auctoritate Capituli generalis [a].

29 Domino abbati Sancti Vedasti [3] Attrebatensis iam defuncto, cui concessa fuit una missa pro defunctis post eius obitum a singulis sacerdotibus per Ordinem universum, persolvatur.

30 Ad petitionem nobilis dominae Isabellae de Credone conceditur a Capitulo generali ut fiat anniversarium domini Mauritii quondam mariti sui, in abbatia in qua corpus eius est sepultum.

31 Inspectio loci ad quem petit transferri abbatiam suam [abbas] de Peroello [4], committitur de Tillieto [5] et de Sancto Andrea [6] abbatibus ut ad locum, etc., et quid inde, etc.

32 De Aurora [7] et de Altaripa [8] abbates quibus commissa fuit inspectio [a] et incorporatio abbatiae monialium Fontis Sanctae Mariae [9] et ipsam incorporaverunt contra statuta Capituli generalis, licet de iure Ordinis deberent deponi, parcitur tamen eis ad praesens propter religionem et bonum nomen ipsorum et administrationis suae utilitatem, ita tamen quod per annum sint extra stallum abbatis et omni sexta feria in pane et aqua usque ad sequens Capitulum generale, nisi grandis [b] solemnitas vel evidens infirmitas aliquam [c] exegerit [d] dispensationem. Dicta vero abbatia Fontis Sanctae Mariae non visitetur ab Ordine nisi de licentia Capituli generalis. Prior etiam de Aurora qui, culpis suis exigentibus, ab abbate suo depositus fuerat ab officio prioratus, et propter minas et terrores cuiusdam principis in gradum pristinum

---

28 : P^1. [a] *ms. add. erron.* : per Ordinem universum persolvatur, *quae sunt ultima verba sequentis statuti.*
29 : P^1.
30 : P^1.
31 : P^1.
32 : $L^1L^2MP^1P^{10}W$. [a] inscriptio : L^2P^{10}. [b] quando : L^1. [c] aliqua : *M*. [d] exegerint : P^1.

---

[1] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.
[2] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210.
[3] Martinus II, abbas 49[s], † 1249, *GC*, III, 387.
[4] Preallum, del Preallo, in Liguria, dioec. Ianuen., *OC*, 241.
[5] Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquen., *OC*, 9.
[6] S. Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Ianuen., *OC*, 22.
[7] Alias Frienisberg, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 51.
[8] Hauterive, in pago Friburgen. dioec. Lausanen., *OC*, 50.
[9] Fraubrunnen, in Helvetia, dioec. Constantien., *SM*, XXXVII, 12.

fuerat restitutus, deponitur in instanti, ita quod ad domum aliam emittatur in continenti, auctoritate Capituli generalis.

Inspectio domus monialium de Unestant [1] Constantiensis dioecesis pro qua incorporanda Ordini scribit dominus Papa Capitulo generali, de Maris Stella [2] et de Lucella [3] abbatibus committitur ut ad locum, etc., et quid inde, etc. Abbas de Lucella hoc collegae suo denuntiet. 33

Inspectio domus monialium de Throno Sanctae Mariae [4] pro qua incorporanda scribit dominus Papa Capitulo generali, de Loco Sanctae Mariae [5] et de Helgene [6] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate ut ad locum, etc., et quid inde, etc. 34

Inspectio loci in quo E. et R. milites dicti de Chichele petunt aedificare abbatiam monachorum committitur de Walremrith [7] et de Sichem [8] abbatibus ut ad locum, etc., et quid inde, etc. Abbas de Welquederode [9] hoc eis denuntiet. 35

Inspectio abbatiae monachorum Sancti Iohannis Baptistae[10] super Crisim quae anno praeterito commissa fuit de Scips[11] et de Ludumor[12] abbatibus, iterato committitur abbati Morimundensi in plenaria Ordinis potestate qui ad dictum locum per se vel per idoneas personas accedent, pensatis omnibus, etc., et sit filia de Copernint[13], et quid inde, etc. 36

Inspectio abbatiae monialium Sanctae Mariae Novae[14] Mutenensis dioecesis quam petit incorporari Ordini venerabilis pater 37

33 : *P*¹.
34 : *P*¹.
35 : *P*¹.
36 : *P*¹.
37 : *P*¹.

[1] Wonnental (?) *SM*, XXXVII, 44.
[2] Seu Wettingen, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 230.
[3] Lucelle, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[4] In dioec. Maguntin., *SM*, XXXVII, 40.
[5] Marienstatt, in Nassovia, dioec. Colonien., *OC*, 220.
[6] Seu Hegenensis abbatia, Haina, in dioec. Maguntin., *OC*, 188.
[7] Walkenried, in dioec. Maguntin., *OC*, 15.
[8] Seu Sittichenbach, in dioec. Halberstaden., *OC*, 63.
[9] Volkenrode, in Thuringia, dioec. Maguntin., *OC*, 21.
[10] Cf. ann. 1249, stat. 28.
[11] Szepes, S. M. de Scepusio, in Hungaria, dioec. Strenginen., *OC*, 225.
[12] Ludimir, antiquum nomen abbatiae Scirii in Gallicia, dioec. Cracovien., *OC*, 242.
[13] Koprzyronica, Clara Provincia, in dioec. Cracovien., *OC*, 184.
[14] Sic citata in *ms.* 925 *Arsenal.*

episcopus Sabinensis [1], de Locedio [2] et de Fontevivo [3] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc. Abbas de Locedio hoc collegae suo denuntiet.

38 Inspectio loci ad quem petit transferri abbatiam suam abbas Sancti Bernardi [4], de Villari [5] et de Alna [6] abbatibus committitur qui ad locum, etc., et quid inde, etc.

39 Inspectio loci ad quem petit transferri abbatiam suam abbas de Portu Sanctae Mariae [7], de Luca [8] et de Scola Dei [9] abbatibus committitur qui ad locum, etc. Abbas Scolae Dei hoc collegae suo denuntiet.

40 Inspectio abbatiae monialium de Claustro[10] Trebniciensis quam petit Ordini incorporari nobilis vir dux Poloniae, de Andreo[11] et de Lubes[12] abbatibus in plenaria Ordinis potestate committitur qui ad locum, etc., et quid inde, etc. Abbas Morimundi hoc eis per se vel per alios denuntiet.

41 Inspectio abbatiae monialium de Arlons[13] quam petit incorporari nobilis domina comitissa Luceburgensis et Rupenensis, de Claustro[14] et de Aureavalle[15] abbatibus committitur qui ad locum, etc., et quid inde, etc.

42 Inspectio abbatiae monialium monasterii de Murbec[16] Misien-

---

38 : P^1.
39 : P^1.
40 : P^1.
41 : P^1.
42 : P^1.

---

[1] Guilelmus de Sabaudia, olim episc. Mutinen., 1244 card. episc. Sabinen. † 1251, *HC*, I, 38.
[2] In Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.
[3] In ducatu et dioec. Parmen., *OC*, 68.
[4] Locus S. Bernardi, in Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 240.
[5] Villarium in Brabantia, dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
[6] Aulne, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
[7] Seu Hude, in dioec. Bremen., *OC*, 234.
[8] Loccum, in dioec. Minden., *OC*, 151.
[9] Ihlo, in Frisia, dioec. Bremen., *OC*, 231.
[10] An agitur de abbatia de Trebnitz, in dioec. Vratislavien. in qua vixerat sancta Hedwigis, † 1243 ? Cf. *SM*, XXXVII, 40.
[11] Andrejovia, Jedrzejow, in Polonia, ant. dioec. Cracovien., *OC*, 117.
[12] Luba, Leubus, in Silesia, dioec. Vratislavien., *OC*, 171.
[13] Clarus fons, prope Arlunum, in Belgio, prov. Luxemburgen., *GC*, XIII, 647.
[14] Seu Himmerod, in dioec. Treviren., *OC*, 31.
[15] Orval, in Belgio, dioec. Namurcen., *OC*, 23.
[16] Marienstern, in dioec. Misnen. fund. ab episc. istius loci, *SM*, XXXVII, 28.

sis dioecesis pro qua incorporanda Ordini nostro scribit dominus Papa Capitulo generali, de Boch [1] et de Dendreloch [2] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et sit filia de Boch et quid inde, etc.

43 Inspectio abbatiae monialium de Maraht [3] in Anglia quam petit incorporari Ordini nobilis comitissa de Arondel, de Savalleia [4] et de Bello loco [5] abbatibus committitur qui ad locum, etc. et quid inde, etc. Abbas de Savalleia hoc collegae suo denuntiet.

44 Inspectio abbatiae monialium de Porta Coeli [6] pro qua incorporanda Ordini scripsit dominus Coloniensis episcopus [7] Capitulo generali, de Valle Sancti Petri [8] et de Loco Sanctae Mariae [9] abbatibus committitur in plenariaOrdinis potestate qui ad locum, et quid inde, etc [a].

45 Querela monachorum Cistercii qui ibant in Hungariam, qui fuerunt a praedonibus spoliati, divulgante in partibus illis, ut dicitur, cellerario de Scedula[10] quod [a] deferrent pecuniam domino Papae, et de aliis iniuriis sibi illatis [b] a priore et vestiario dictae domus, de Sancta Cruce[11] et de Rune[12] abbatibus committitur [c] in plenaria Ordinis potestate, qui ad dictum locum accedentes particulariter inquirant super hoc diligentius rei veritatem et si quos invenerint in hoc culpabiles puniant ipsos auctoritate Capituli generalis, secundum quod viderint expedire, ita quod ceteri a casu consimili arceantur, et quid inde, etc. Abbas de Rune hoc suo collegae denuntiet.

---

43 : *P*[1].

44 : *P*[1]. [a] *Legitur insuper in ms.*: et sit filia de sancto Galgano ; hoc eis denuntient duo monachi de Sancto Galgano et de Monte acuto qui sunt praesentes. *Sed haec verba ad aliud manifeste pertinent statutum cuius prima pars a transcriptore ms.* 926 *fuerunt omissa.*

45 : *L*[1]*P*[1]. [a] quia : *P*[1]. [b] collatis : *P*[1]. [c] culpabiles inquirendi et puniendi in plenaria Ordinis potestate : *L*[1] *qui sic desin.*

---

[1] Buch, alias Vallis S. Aegidii, in Saxonia, dioec. Misnen., *OC*, 195.
[2] Dobraluca, Dobrilugk, in dioec. Misnen., *OC*, 153.
[3] Marham, in Norfolk, *Monast. anglic. V*, 743.
[4] Waverleia, in dioec. Wintonien.. *OC*, 16.
[5] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210.
[6] Himmelpforten, in dioec. Colonien. hodie Paderburnen., *SM*, XXXVII, 18.
[7] Conradus de Hochstaden, 1238-1261, *SE*, 270 ; *HC*, I, 198.
[8] Alias Heisterbach, in dioec. Colonien., *OC*, 189.
[9] Marienstatt, in Nassovia, dioec. Colonien., *OC*, 220.
[10] Zwetula, Zwettl, Clara Vallis in Austria, dioec. S. Hippolyti, *OC*, 54.
[11] Heiligenkreuz, in Austria, dioec. Vindobonen., *OC*, 36.
[12] Runa, Reun, in Styria, dioec. Secovien., *OC*, 17.

46 Querela abbatum de Locedio [1], de Colomba [2] et de Caravalle [3] contra abbatem de Cherreto [4], de Ponte [5] et de Fonte vivo [6] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, etc., et quid inde, etc.

47 Querela abbatis Caraevallis [7] contra abbatem Aquaefrigidae [8], de Locedio [9] et de Ponte[10] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, etc., et quid inde, etc.

48 Querela abbatis Vallis Sanctae Mariae[11] contra abbatissam et moniales Beatae Mariae Regalis de Pontisara[12], de Pruliaco[13] et de Caroliloco[14] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate etc., et quid inde, etc.

49 Querela abbatis de Baugeziaco[15] contra abbatem Fontis Danielis[16], de Eleemosyna[17] et de Claromonte[18] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

50 Querela abbatis de Hylda[19] contra abbatem et conventum de Dargonde[20], de Domeran[21], de Sora[22] et de Hersnaldo[23] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, etc., et quid inde, etc.

47 : *P*[1].
48 : *P*[1].
49 : *P*[1].
50 : *P*[1].

[1] In Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.
[2] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[3] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[4] Ceretum, Cerredo, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 43.
[5] Pons Trebiae, seu Quartazzola, in dioec. Placentin., *OC*, 221.
[6] In ducatu et dioec. Parmen., *OC*, 68.
[7] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[8] Acqua fredda, in Lombardia, dioec. Cuman., *OC*, 75.
[9] In Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.
[10] Pons Trebiae, cf. stat. praec.
[11] N.-D. du Val, in dioec. Versalien., *OC*, 42.
[12] Alias Malodunum, Maubuisson, *GC*, VII, 927.
[13] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[14] Châlis, in dioec. Bellovacen., *OC*, 44.
[15] Baugerais, in dioec. Turonen., *OC*, 165.
[16] Fontaine-Daniel, in dioec. Valleguidonen., *OC*, 210.
[17] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[18] Clairmont, in dioec. Valleguidonen., *OC*, 131.
[19] Seu Eldena, in Pomerania, dioec. Caminen., *OC*, 203.
[20] Dargun, in dioec. Sverinen., *OC*, 165.
[21] Doberan, in dioec. Sverinen., *OC*, 161.
[22] Soroë, in Dania, dioec. Roskilden., *OC*, 145.
[23] Herivadum, Herrevad, in Dania, dioec. Lunden., *OC*, 80.

De Scala Dei [1] et de Sancto Salvatore [2] abbatibus subdelegatis a iudicibus datis a Capitulo generali totam causam in querela quam habet abbas de Verola [3] contra abbatem de Pirantio [4], tertius adiungitur abbas Sancti Prudentii [5] auctoritate Capituli generalis. 51

Querela abbatis Quaniqueronde [6] contra abbatem de Gratia Dei [7] in Anglia, de Brueria [8], de Marg[an] [9] et de Bildenaus[10] abbatibus committitur, etc., et quid inde, etc. 52

Querela Henrici militis de Mospet contra abbatem de Loco Sanctae Mariae[11], de Eurabach[12] et de Alneborch[13] abbatibus committitur, etc. et quid inde, etc. 53

Querela abbatis de Comba[14] contra abbatem de Pipuella[15] committitur de Rama[16], de Rupe[17] et de Sibitona[18] abbatibus, etc., et quid inde, etc. 54

Ex querela venerabilis patris domini abbatis Cistercii intellexit Capitulum generale quod cum abbatia monialium de Collungiis[a] [19] filia Cistercii specialis [b], vacaret, ne diu sine abbatissa et 55

51 : P^1.
52 : P^1.
53 : P^1.
54 : P^1.
55 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Coloniis : L^1 ; Colungiis : P^1. [b] spiritualis : P^1 ; specialiter : M.

[1] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[2] S. Salvator de Leyra (?), in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 258.
[3] Seu Berola, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[4] Irancium, Iranzu, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 176.
[5] In veteri Castella, dioec. Calaguritan., *OC*, 145.
[6] Kingeswoda, Kingswood, in dioec. Glocestren., *OC*, 58.
[7] In dioec. Landaven., *OC*, 229.
[8] Bruern, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[9] In Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 107.
[10] Bildwas, in dioec. Cestren., *OC*, 102.
[11] Marienstatt, in Nassovia, dioec. Colonien., *OC*, 220.
[12] Eberbach, in Nassovia, dioec. Moguntin., *OC*, 20.
[13] Arnsburg, in dioec. Moguntin., *OC*, 169.
[14] Combe Abbey, in dioec. Conventren., *OC*, 121.
[15] Pipewell, in dioec. Lincolnien., *OC*, 76.
[16] Tama, in dioec. Lincolnien., *OC*, 46.
[17] Roche Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 95.
[18] Sibton, in dioec. Norwicen., *OC*, 118.
[19] Colonges, in dioec. Bisuntinen., *GC*, IV, 655.

gubernatrice persisteret [c], venerabiles de Buxeria [1] et de Theoloco [2] abbates ad eamdem abbatiam direxerunt [d] ut et sigillum requirerent et de persona idonea in abbatissam auctoritate ipsius providerent eidem. Sed priorissa reddere sigillum recusavit, et tam ipsa quam totus conventus de reddendo sigillo et de electione in eadem domo facienda mandatis praedictorum abbatum parere penitus recusarunt [e]; ipsi vero tamquam viri discreti post plurima salutis monita et expectationem diutinam supradictam [f] priorissam et alias in rebellione sua et contumacia persistentes, auctoritate supradicti patris excommunicationis vinculo innodarunt, qui in omnibus supradictis eis vices suas commiserat; supradicta vero priorissa et conventus timore Dei postposito processu temporis quamdam monialem eiusdem domus in locum abbatissae intruserunt, non requisito assensu ipsius contra Chartam Charitatis et Ordinis instituta. Et quia ipsa intrusa post admonitionem ei et conventui factam iterato per supradictum abbatem Theoloci auctoritate patris iam dicti a sua malicia resipiscere recusavit, et cum crescente [g] malicia [h] et contumacia crescere debeat [i] et poena, saepe dictus pater in visitatione Cistercii solemniter eamdem intrusam cum omnibus personis quae ei darent consilium, auxilium vel favorem, excommunicavit, et similem excommunicationis sententiam in praedictas personas protulit nuper in nostro Capitulo generali. Attendens igitur [j] generale Capitulum tantam malitiam et contumaciam personarum earumdem, ne tale flagitium trahi possit a posteris in exemplum [k], supra dictas sententias rite prolatas approbat et confirmat, saepe [l] dictam intrusam et omnes personas eidem in sua malitia adherentes abbatiae [m] de Collungiis privat [n] omnibus beneficiis Ordinis, videlicet [o] orationum suffragiis et omnium [p] privilegiorum usu et fructu, dans districte [q] in mandatis abbatibus de Theoloco et de Aceio [r] [3] ut haec omnia in recessu suo denuntiet intrusae et ceteris personis [s] supradictis.

---

[c] subsisteret : *L*². [d] dixerit et ut : *M*. [e] recusavit : *MP*¹. [f] contradictam : *P*¹. [g] concrescente : *P*¹⁰. [h] malicia et : *deest P*¹*P*¹⁰. [i] debebat : *L*² ; debet : *P*¹⁰. [j] omnino : *L*¹. [k] extremum : *P*¹. [l] supra : *M*. [m] abbatia : *M*. [n] privans : *MP*¹⁰. [o] verbi gratia : *L*¹. [p] horum : *P*¹⁰. [q] districtius : *P*¹⁰. [r] Aceyo : *MP*¹⁰. [s] personis : *deest MP*¹⁰.

---

[1] La Bussière, in Burgundia, dioec. Divionen., *OC*, 19.
[2] Tulley, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 19.
[3] Acey, in dioec. Bisuntinen. hod. S. Claudii, *OC*, 40.

Abbas Novi monasterii [1] qui non denuntiavit abbati de Cupro [2] quod ageret poenitentiam sibi a Capitulo generali inflictam, poenam agat in Usibus constitutam. Abbas de Candia [3] hoc ei denuntiet. **56**

Sententia [a] anno praeterito lata contra illam quae se gerit pro abbatissa de Sancta Colomba [4] et complices eius utriusque sexus qui miserabili modo in sua rebellione iam pluribus annis perduraverunt, in omnibus et per omnia observetur, cum ea solemnitate quae anno praeterito fuit observata. **57**

Abbas de Lucha [5] cui iniuncta fuit poenitentia anno praeterito a Capitulo generali ut poenitentiam culpae levioris perageret, tribus diebus erit in pane et aqua et viginti diebus extra stallum abbatis pro eo quod pergamenum vacuum sigillavit nec quid inde fecerit renuntiavit Capitulo generali, poenitentiam peragat in Usibus constitutam, et nihilominus poenitentiam supradictam facere non omittat. Abbas de Portu Sanctae Mariae [6] hoc ei denuntiet. **58**

Abbas Maceriarum [7] qui ultra summam in Usibus constitutam pecuniam commodavit, tribus diebus peragat poenitentiam culpae levioris uno eorum in pane et aqua, et quid inde, etc. **59**

Abbas Aquae bellae [8] qui decem libras Valentinorum quas domina de Montilia legaverat Capitulo generali hoc anno deferre debuit et non detulit, nec misit infirmitate detentus, ut dicitur, anno sequenti deferre vel mittere generali Capitulo non omittat. Abbas Fontisfrigidi [9] hoc ei denuntiet. **60**

56 : P^1.
57 : L^1P^1. [a] *Apud* L^1: Confirmatur sententia anno praeterito etiam confirmata contra abbatissam et moniales de S. Colomba et complices eiusdem contumaciae.
58 : P^1.
59 : P^1.
60 : P^1.

[1] Newminster, in Anglia, dioec. Dunelmen., *OC*, 55.
[2] Coupar, in Scotia, dioec. S. Andreae, *OC*, 151.
[3] Caldra, Calder Abbey, in dioec. Cestren., *OC*, 100.
[4] Blandecques, in dioec. Cameracen., *GC*, III, 533.
[5] Luca, Loccum, in provinc. Hannov. dioec. Minden., *OC*, 151.
[6] Seu Hude, in dioec. Bremen., *OC*, 234.
[7] Mazières, in dioec. Divionen., *OC*, 26.
[8] Aiguebelle, in Delphinatu, dioec. Valentin., *OC*, 45.
[9] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.

61 Abbas de Bonigart [1] qui culpis suis exigentibus depositus fuit per inquisitores missos a Capitulo generali, causa depositionis eius nuntiata est approbata, et post modum absque eiusdem Capituli licentia promotus est in abbatem deponitur, in instanti.

62 Scribatur ex parte Capituli generalis praeposito de Ramerii ut octo libras turonenses quam reddere tenebatur singulis annis Capitulo generali pro abbatibus venientibus ad Capitulum generale reddat abbati de Bullencuria[2]; quod si facere noluerit dictus abbas, auctoritate Capituli generalis constituitur procurator ad petendum et repetendum dictum annuum reditum, et quid inde fecerit dictus abbas renuntiet Capitulo generali.

1251

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo acta sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

1 Quoniam stultus verbis non corrigitur, committit domino Cistercii Capitulum generale ut pueros abbatum tempore Capituli in Divione remorantes a choreizando et aliis temeritatibus publicis faciat refrenari, auxilio iustitiae saecularis ad hoc, si opus fuerit, invocato.

2 Cum non deceat Ordinis honestatem ut abbates in reditu benedictionis suae convivia sumptuosa et superflua faciant, inhibetur auctoritate Capituli generalis ne aliquis [a] tale quid de cetero audeat attentare [b].

3 Petitio [a] abbatis Claraevallis de tribus monachis studentibus Parisius [b] non compellendis ad abbatizandum, si eligantur, cum spes [c] sit de eis quod possint proficere ad legendum ordinarie Parisius [d], in favorem [e] Parisiensis studii exauditur, et quod ibidem fiat festum sancti Iohannis Chrisostomi [f] cum duabus

61 : *P*¹.
62 : *P*¹.
1251 : [a] *Titulus apud P*¹ *tantum.*
1 : *L*¹*P*¹.
2 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] abbas : *P*¹. [b] attemptare : *P*¹.
3 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*T*⁵. [a] domini : *T*⁵. [b] Parisiis : *L*¹*L*². [c] certum : *T*⁵. [d] Parisiis : *L*¹*L*². [e] favore : *L*¹. [f] Crisostomi : *P*¹; Chrysostomi : *MT*⁵.

[1] Baumgarten, Pomarium, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 112.
[2] Boulancourt, in dioec. Trecen., *OC*, 118.

missis et duodecim lectionibus [g], cuius caput gloriosum iam habetur ibidem.

Cum a Summo Pontifice nostro Ordine sit indultum, ne [a] ad 4
incorporationem abbatiarum [b] monialium per litteras apostolicas teneamur, statuit et praecipit Capitulum generale ut nulla deinceps quacumque de causa nostro Ordini incorporetur.

Cum grande periculum nostro Ordini posset evenire, si personae 5
nostri Ordinis transeuntes ad nigros, sive ad alios Ordines, possent ibi remanere contra votum suum et privilegia Ordini [a] indulta, praecipitur abbatibus universis ut regulari monitione praemissa excommunicent eos, et excommunicatos denuntient, et ea quae asportaverunt [b] efficaciter repetant, et eos ad se revocent, si sibi viderint expedire.

Pro utilitate Ordinis et animarum salute statuitur a Capitulo 6
generali ut nulla monialis de cetero eligatur vel promoveatur in abbatissam quae trigesimum non compleverit aetatis suae annum.

Quoniam illustrissimus dominus Ludovicus rex [1] et domina 7
Blancha [2] regina Franciae et dominus Alphonsus [3] comes Pictaviae et Tolosae [a] petunt orationes pro se fieri speciales, statuit et ordinat Capitulum generale ut orationes dudum indictae pro domino Papa et cardinalibus, pro statu Ecclesiae sanctae Dei et totius christianitatis, et pro domino rege et regina Franciae illustrissima matre eius et pro domina regina uxore domini regis et pro fratribus suis et sorore sua et eorum liberis, et pro domino duce Burgundiae, et pro toto comitatu ipsorum [b] continuentur, et devote reddantur, videlicet, ut singulis diebus finito ex toto Completorio et orationibus consuetis, cantor incipiat *Salve Regina*, et finita antiphona dicatur a praesidente versus *Ave Maria* cum genuum flexione, collecta *Concede nos ;* quo finito conventus more solito [c] dormitorium intret et omni sexta feria fiat per claustrum processio cum VII psalmis et litania [d] et celebretur missa *Salus*

---

[h] lectionum : P^1.

4 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] nec : *M*. [b] abbatiarum : *deest* L^2MP^{10}.

5 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Ordinis : L^1. [b] asportaverint : P^1.

6 : $L^2MP^1P^{10}$; D^1 *(gallice, sub ann.* 1243, *n*° 2*)*.

7 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] et dolose : P^{10}. [b] continenter : L^2MP^{10}.
[c] consueto : P^1P^{10}. [d] letania : P^1P^{10}.

---

[1] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.

[2] Blancha de Castella, † 1252.

[3] † 1271, *BB*, I, 167.

populi, prout ordinatum est a Capitulo generali. Orationibus praedictis [e] superaddantur tres missae, prima de Spiritu Sancto, secundo de Beata Virgine, tertio de Sancta Cruce, deinde pro omnibus supradictis a singulis [f] sacerdotibus per Ordinem universum. Insuper ad petitionem dominae Blanchae illustrissimae reginae Franciae statuit Capitulum generale ut pro inclitae recordationis domino Ludovico rege Franciae quondam viro suo [1], et pro domino Alphonso [2] quondam rege Castellae genitore suo, et pro domina regina matre sua et pro sororibus et aliis amicis suis una [g] missa pro [h] defunctis dicatur a singulis sacerdotibus per Ordinem universum [i].

8 Petitio reverendi patris domini Albanensis super concedendo plenario servitio fratri Bauduino converso qui secum moratur, ex mera et magna gratia, exauditur.

9 Petitio domini Caroli [3] comitis Andegaviae et Provinciae de anniversario suo post eius obitum faciendo et de una missa de Spiritu sancto a singulis sacerdotibus Ordinis, exauditur.

10 Petitio venerabilis viri magistri Herberti decani Antisiodorensis de concedendo sibi plenario servitio per Ordinem universum post eius obitum, exauditur.

11 Petitio magistri Andreae de Tharanto in Apulia de una missa post eius obitum pro defunctis, danda a singulis sacerdotibus per universum Ordinem, exauditur.

12 Petitio venerabilis viri Martini Fernandi cancellarii Alphonsi primogeniti regis Castellae, de plenario servitio post eius obitum faciendo per universum Ordinem, exauditur.

13 Pro illustrissimo viro domino bonae memoriae comite Attre-

---

[e] supradictis : *M*. [f] singuli sacerdotes : L^2MP^{10}. [g] prima : P^{10}.
[h] pro defunctis : *deest* P^1. [i] *Paulo brevius apud* L^1 : Ad requisitionem illust. domini Ludovici et dominae Blanchae reginae Franciae et aliarum statu untur ex Capitulo generali preces speciales, scilicet, ... etc.

8 : P^1.
9 : P^1.
10 : P^1.
11 : P^1.
12 : P^1.
13 : P^1.

---

[1] Ludovicus VIII, 1223-1226.
[2] Alphonsus IX, † 1214, *BB*, I, 164.
[3] Carolus I, Andegaven. comes, Neapoliten. rex, † 1285, *BB*, I, 885.

batensi [1] iam defuncto, cui fuerat concessum servitium, persolvatur per Ordinem universum, et fiat eius anniversarium sexto idus februarii singulis annis in perpetuum per Ordinem universum.

Nobili viro domino Matheo de Marny iam defuncto, cui 14
concessum fuit plenarium servitium, persolvatur per Ordinem universum ; conceditur etiam ut eius anniversarium in domo monialium de Portu regali [2] quam fundavit, singulis annis fiat.

Petitio nobilis viri Radulphi domini Fulgeriarum de duobus 15
conversis sibi de abbatia Savigniaci[3] assumendis, exauditur dummodo honestis officiis deputentur.

Petitio abbatis de Vallis lucidae [4] de anniversario fundatoris 16
sui in domo sua faciendo solemniter in conventu, ubi idem sepultus est, exauditur.

Petitio nobilium comitis et comitissae Vindocinensis qui petunt 17
moniales abbatiae de Virginitate[5] includi, exauditur et iniungitur patri abbati ipsarum ut auctoritate Capituli generalis istud faciat firmiter observari.

Petitio abbatis Sanctae Crucis [6] de faciendo in conventu anni- 18
versario fundatorum suorum in domo propria, exauditur.

Petitio domini Hernen Vigerii domini ducis de associandis 19
duobus interfectis orationibus nostri Ordinis, exauditur.

Petitio abbatis de Borbona [7] de faciendo in conventu anniver- 20
sario fundatoris sui in domo propria, exauditur.

Petitio abbatis de Moris [8] qui petit a susceptione hospitum 21

---

14 : *P*¹.
15 : *P*¹.
16 : *P*¹.
17 : *P*¹.
18 : *P*¹.
19 : *P*¹.
20 : *P*¹.
21 : *P*¹.

---

[1] Robertus I, 1216-1250, *BB*, II, 3984.
[2] Porroy, seu Port-Royal, celebris abbatia cist., *GC*, VII, 91.
[3] Savigny, in Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.
[4] Vauluisant, in Alvernia, dioec. Claromontan., *OC*, 201.
[5] La Virginité, in dioec. Cenomanen., *GC*, XIV, 540.
[6] Quatuor monasteria virorum ord. cist. hoc nomine insignita fuerunt.
[7] Seu Bolbona, in dioec. Tolosan., *OC*, 123.
[8] Mores, in dioec. Trecen. in Campania, *OC*, 135.

ad commorandum per biennium, cum domus eius gravetur usuris et debitis, exauditur.

22 Petitio abbatis Parisinensis [1] cuius domus multum gravata est propter guerras et petit absolvi a susceptione hospitum ad commorandum per annum, exauditur.

23 Petitio abbatis Vallis Cernai [2] quod non teneatur recipere hospites ad commorandum exauditur quousque causa, quam habet contra archiepiscopum Senonensem [3] quae totum Ordinem tangit, pace vel iudicio terminetur.

24 Petitio abbatis de Charinis [4], qui hoc anno sustinuit in quadam grangia sua grave infortunium fulminis et tempestatis, quod non teneatur hospites recipere ad commorandum per annum, exauditur.

25 Abbati Boni montis [5] conceditur ut hospites ad se missos per biennium recipere ad commorandum minime teneatur, propter multa infortunia et continuantiam debitorum [a].

26 Inspectio abbatiae monialium de Maranht [6] in Anglia, quam petit incorporari nostro Ordini nobilis comitissa de Harundel, de Savalleia [7] et de Belloloco [8] abbatibus iterato committitur in plenaria Ordinis potestate, qui ad locum, etc., et quid inde, etc., et sit filia Cistercii sicut requirit comitissa praedicta. Abbas de Stanleia [9] Convenctenensis dioecesis hoc ei denuntiet.

27 Inspectio abbatiae monialium de Throno Sanctae Mariae[10]

---

22 : *P*¹.
23 : *P*¹.
24 : *P*¹.
25 : *P*¹. [a] *Casus praecedentes quasi in unum amplectans dicit L*¹ : In hoc anno eximuntur multi abbates per Capitulum generale a susceptione hospitum ad commorandum, i. e. monachorum ad se transmissorum, propter incommoditates allatas.
26 : *P*¹.
27 : *P*¹.

---

[1] Parisium, Pairis, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 56.
[2] Vaux de Cernay, in dioec. Versalien., *OC*, 96.
[3] Aegidius Cornuti, archiep. Senon. 1244-1254, *SE*, 629 ; *HC*, I, 447.
[4] Leg. Charmeis, La Charmoie, in dioec. Catalaunen., *OC*, 155.
[5] Bonmont, in dioec. Gebennen., *OC*, 20.
[6] Marham, in Norfolk, *Monast. anglic.* V, 743.
[7] Waverleia, in dioec. Wintonien., *OC*, 16.
[8] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210.
[9] Stanlegia, in dioec. Saren., *OC*, 125.
[10] In dioec. Maguntin., *SM*, XXXVII, 40.

pro qua incorporanda nostro Ordini scripsit dominus Papa Capitulo generali, de Loco Sanctae Mariae [1] et de Helguone [2] abbatibus iterato committitur in plenaria Ordinis potestate ut ad locum, etc., et quid inde, etc., et sit filia de Arnesboch [3].

Inspectio abbatiae monialium Sanctae Crucis [4] de Fauce arni, Pisan. dioecesis pro qua incorporanda Ordini scripsit dominus Papa Capitulo generali, et venerabilis pater dominus Willelmus [5] quondam Sabinensis episcopus, de Sancto Galgano [6] et de Monte Amiato [7] abbatibus iterato committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et sit filia de Sancto Galgano, et quid inde, etc. **28**

Inspectio domus monialium de Unestant [8], Constantiensis dioecesis, pro qua incorporanda Ordini scripsit dominus Papa Capitulo generali, de Maris Stella [9] et Lucella[10] abbatibus iterato committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et sit filia de Porta Coeli[11]. **29**

Inspectio abbatiae monialium Sanctae Mariae Novae[12], Mutenensis dioecesis, quam petiit Ordini incorporari bonae memoriae venerabilis pater quondam Sabinensis episcopus[13], de Fonte vivo[14] et de Locedio[15] abbatibus iterato committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et quid inde, etc. **30**

Inspectio abbatiae monialium de Alnuns[16] quam petit Ordini **31**

---

28 : *P*1.
29 : *P*1.
30 : *P*1.
31 : *P*1.

---

[1] Marienstatt, in Nassovia, dioec. Colonien., *OC*, 220.
[2] Seu Hegenensis abbatia, Haina, in dioec. Maguntin., *OC*, 188.
[3] Arnsburg, Castrum Aquilae, in dioec. Maguntin., *OC*, 169.
[4] In Etruria, dioec. Pisan., *OC*, LXXXI.
[5] Guilelmus de Sabaudia, olim episc. Mutinen. card. episc. Sabinen., † 31 martii 1251, *HC*, I, 38.
[6] In Tuscia, dioec. Volaterran., *OC*, 205.
[7] Alias S. Salvator, in Etruria, dioec. Clusin., *OC*, 231.
[8] Wonnental, *SM*, XXXVII, 44.
[9] Seu Wettingen, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 230.
[10] In Alsatia, dioec. Argentonen., *OC*, 12.
[11] Thennenbach, in Brisgoa, dioec. Constantien., *OC*, 142.
[12] Sic citata in *ms.* 925 *Arsenal.*
[13] Cf. supra nota 5.
[14] In ducatu et dioec. Parmen., *OC*, 68.
[15] In Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.
[16] Clarus Fons, prope Arlunum in Belgio, *GC*, XIII, 647.

nostro incorporari nobilis domina Marguareta, comitissa Luceburgensis et Rubensenensis, de Aureavalle [1] et de Claustro [2] abbatibus iterato committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et quid inde, etc.

32 Conceditur a Capitulo generali abbati de Morimundi [3] in Lombardia ut abbatiam monialium Sancti Victoris ad Ulmum [4], Mediolanensis dioecesis, pro qua scribit dominus Papa Capitulo generali, sicut hactenus visitavit deinceps visitet auctoritate Capituli generalis.

33 Cum abbatissa Bituminis [5] dicat se fundasse in proprio dominio prioratum de Rona nostri Ordinis, statuit et ordinat Capitulum generale ut abbas de Stamedio [6] qui dictam abbatiam visitat, dictum prioratum visitet per Ordinis instituta, cum dicta priorissa monialium personarum recipiat professiones.

34 Inspectio loci ad quem petit abbas de Caesarea [7] transferre abbatiam monialium de Stanlbero [8], de Salem [9] et de Albesprune [10] abbatibus in plenaria Ordinis potestate ut ad locum etc., et quid inde, etc.

35 Filiatio abbatiae monialium de Lubenez [11] committitur abbati de Lubes [12] auctoritate Capituli generalis, cum istud requirant tam fundator ipsius quam abbatissa et conventus eiusdem loci.

36 Inspectio loci in quo C. et R. milites dicti de Chichelle petunt adeificari abbatiam monachorum iterato committitur de Wal-

---

32 : *P*[1].
33 : *P*[1].
34 : *P*[1].
35 : *P*[1].
36 : *P*[1].

---

[1] Orval, in terra Luxemburgia, dioec. Namurcen., *OC*, 23.
[2] Alias Himmerod, in dioec. Treviren., *OC*, 31.
[3] Morimundus coronatus, in dioec. Mediolanen., *OC*, 33.
[4] Sic citata in *ms.* 925 *Arsenal.*
[5] Le Beton, in Sabaudia, *GC*, XVI, 651.
[6] Tamié, in Sabaudia, dioec. Camberien., *OC*, 30.
[7] Kaisersheim seu Kaisheim, in Bavaria, dioec. Augusten., *OC*, 32.
[8] Steinen in der Au, in Helvetia, dioec. Constantien., *SM*, XXXVII, 39.
[9] Seu Salmansweiler, in magnoducatu Badensi, dioec. Constantien., *OC*, 50.
[10] Alderspach, in Bavaria, dioec. Patavien., *OC*, 87.
[11] Sic citata in *ms.* 925 *Arsenal*
[12] Luba, Leubus, in Silesia, dioec. Vratislavien., *OC*, 171.

querede [1] et de Sichem [2] abbatibus in plenaria Ordinis potestate ut ad locum, etc., et quid inde, etc.

Inspectio loci ad quem petit transferri abbatiam monachorum de Steinboch [3] nobilis dux de Bronsvich, de Walquerede [4] et de Heldouse [5] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et quid inde, etc. **37**

Petitio abbatis de Balanciis [6] de faciendo in conventu anniversario fundatoris sui in domo propria, ubi idem sepultus est, exauditur. **38**

Inspectio abbatiae monachorum pro qua scribit B. [7] baronum Moraviae non infimus et quam se fundaturum promittit, committitur de Cedelez [8] et de Vlegrar [9] abbatibus ut ad locum, etc., et sit filia de Pomuch [10], et quid inde, etc. **39**

Inspectio loci ad quem petit transferri episcopus Herbipolenensis abbatiam de Porta Coeli[11], committitur de Brunebach[12] et de Speciosa valle[13] abbatibus qui ad locum, etc., et quid inde, etc. **40**

Inspectio abbatiae monachorum quam vir nobilis comes Britanniae se fundaturum et bene dotaturum promittit, committitur de Morolia[14] et de Castellariis[15] abbatibus ut ad locum, etc., et quid inde, etc., et sit filia de Buxeria[16]. **41**

---

37 : *P*[1].
38 : *P*[1].
39 : *P*[1].
40 : *P*[1].
41 : *P*[1].

---

[1] Walkenried, in dioec. Maguntin., *OC*, 15.
[2] Seu Sittichenbach, in dioec. Halberstaden., *OC*, 63.
[3] Seu Scharnebeck, Rivus S. Mariae, in provinc. Hannoveran., dioec. Verden., *OC*, 244.
[4] Cf. stat. praeced.
[5] Hardenhausen, in dioec. Padeburnen., Rivi S. Mariae abbatia mater, *OC*, 60.
[6] Seu Valloriae, in Picardia, dioec. Ambianens., *OC*, 52.
[7] Bočkoni de Obržan, cofundator Fontis S. Mariae in Saar, in Moravia, *OC*, 248.
[8] Sedlecium, Sedlec, in Bohemia, dioec. Pragen., *OC*, 78.
[9] Welehrad, in Moravia, dioec. Olomucen., *OC*, 211.
[10] Nepomuk, in Bohemia, dioec. Budvicen., *OC*, 83.
[11] Agitur de monialium abbatia huius nominis, in dioec. Herbipolen. cf. Himmelspforten, *SM*, XXXVII, 19, quam fundaverat ipse episc. Herbipolen., Hermannus de Lobdenburg, 1225-1254.
[12] Bronnbach, in magno ducatu Baden., *OC*, 128.
[13] Schöntal, in antiq. dioec. Herbipolen., *OC*, 141.
[14] B. M. de Moraliis, Moureilles, in dioec. Ruppellen., *OC*, 132.
[15] N.-D. des Châtelliers, in dioec. Pictavien., *OC*, 150.
[16] La Boissière, in dioec. Andegaven., *OC*, 98 ; de facto nullam genuit abbatiam filiam.

42 Inspectio abbatiae monachorum Sanctae Mariae in Strata [1], Bononiensis [a] dioecesis, quam dedit dominus Papa Ordini et abbati de Colomba [2] in filiam spiritualem, committitur de Ponte [3] et de Brondulo [4] abbatibus in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et quid inde, etc.

43 Querela abbatis de Margant [5] contra abbatem de Quereleon [6], de Quinqrionde [7], de Bildenaus [8] et de Brueria [9] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate et quid inde, etc.

44 Querelae mutuae inter abbates de Rilquestede[10] et de Revesbi[11], committuntur de Rievalle[12], de Fontibus[13] et de Bordeslec[14] abbatibus in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

45 Querela abbatis de Paradiso[15] contra abbatissam et conventum de Trebeniz[16], de Bicana[17] et de Dombrelon[18] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

46 Querela abbatis Populeti[19] contra dominum abbatem Cisterciensem, de Bonavalle[20] Viennensi, de Frigidomonte[21] et de Pratea[22] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, etc., et quid inde, etc.

---

42 : *P*¹. [a] *in ms.* Coloniensis.
43 : *P*¹.
44 : *P*¹.
45 : *P*¹.
46 : *P*¹.

---

[1] In patrimonio S. Petri, dioec. Bononien., *OC*, 248.
[2] S. M. della Colomba, in Italia, dioec. Placentin., *OC*, 45.
[3] Pons Trebiae, seu Quartazzola, in dioec. Placentin., *OC*, 221.
[4] Brondolo, in paludibus Venetiarum, dioec. Fossae Clodiae, *OC*, 232.
[5] Margan, in Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 107.
[6] Karlionum, Caerleon, in dioec. Landaven., *OC*, 190.
[7] Kingswood, in dioec. Glocestren., *OC*, 58.
[8] Bildwas, in dioec. Cestren., *OC*, 102.
[9] Bruern, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[10] Kirksted, in dioec. Lincolnien., *OC*, 55.
[11] Revesby, in dioec. Lincolnien., *OC*, 76.
[12] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[13] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.
[14] Bordesley, in dioec. Wigornien., *OC*, 53.
[15] Paradiz, in Polonia, dioec. Poznanien., *OC*, 240.
[16] Trebniz, in dioec. Vratislavien., *SM*, XXXVII, 40.
[17] Obra (?) in Polonia, dioec. Poznanien., *OC*, 241.
[18] Dobrilugk, in Lusatia infer., dioec. Misnen., *OC*, 153.
[19] Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.
[20] Bonnevaux, in Delphinatu, *OC*, 7.
[21] Legend. Frigidofonte, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[22] La Prée, in dioec. Bituricen., *OC*, 86.

Abbates de Ponte [1] et de Fontevivo [2] causam de Locedio [3], de Columba [4], de Caravalle [5], contra abbatem de Cherreto [6] anno praeterito sibi a Capitulo generali commissam usque ad finem debitum prosequentur, et quid inde, etc. 47

Querela abbatis Sancti Pauli [7] contra magistrum et fratres de Alcantara [8], de Superaddo [9] et de Alcobatia[10] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc. 48

Querela abbatis de Salvania[11] contra abbatem de Maustade[12], de Bonacumba[13] et de Sine aqua[14] et de Candelia[15] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc. 49

Querela abbatis de Bellobecco[16] contra abbatem de Regalimonte[17], de Fulcardomonte[18] et Mortuomari[19] abbatibus committitur in plenaria, etc., et quid inde, etc. 50

Querelae domini Hugonis[20] tituli Sanctae Sabinae presbyteri cardinalis, Apostolicae Sedis Legati, contra abbatem de Hernebac[a] [21] et quosdam [b] alios de Ordine nostro in Allemania, de Claravalle et de Morimundo abbatibus, utrique in linea sua, 51

---

47 : P^1.
48 : P^1.
49 : P^1.
50 : P^1.
51 : $L^2MP^1P^{10}W$. [a] Hervebach : *M*. [b] et quosdam ... sua : *deest* L^2P^{10}.

---

[1] Pons Trebiae, seu Quartazzola, in Italia, dioec. Placentin., *OC*, 221.
[2] In ducatu et dioec. Parmen., *OC*, 68.
[3] In Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.
[4] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[5] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[6] Ceretum, Cerredo, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 43.
[7] In Lusitania, dioec. Conimbrien., *OC*, 224.
[8] Militia ord. cist. unita, *TB*, I, 43.
[9] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 67.
[10] Alcobatia, in Lusitania, dioec. Ulixbonen., *OC*, 110.
[11] Salvanesium, Silvanès, in dioec. Ruthenen., *OC*, 39.
[12] Mansiada, Mazan, in Languedocio, dioec. Vivarien., *OC*, 9.
[13] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
[14] Sinanqua, Sénanque, in dioec. Avenionen., *OC*, 112.
[15] Candelium, Candeil, in Languedocio, dioec. Albien., *OC*, 132.
[16] Beaubec, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 96.
[17] Royaumont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 230.
[18] Foucarmont, in Normannia dioec. Rothomagen., *OC*, 97.
[19] Mortemer, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 48.
[20] Hugo de S. Caro, ord. praed., † 1294, *HC*, I, 46.
[21] Eberbach, in Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.

committuntur in plenaria Ordinis potestate, ut inquisita diligentius veritate, corripiant et puniant quae viderint corrigenda, et laborent ad animum domini cardinalis erga Ordinem mitigandum.

52 Querela [a] abbatis Vallis Beatae Mariae [1] contra abbatissam et moniales Regalis prope Pontisaram [2], de Pruliaco [3] et de Caroliloco [4] abbatibus iterato committitur in plenaria Ordinis potestate, addito cum ipsis abbate Frigidimontis [5], ut cognoscant de causa et usque ad finem negotium prosequantur, et quid inde, etc.

53 Querela abbatis Grandis prati [6] contra abbatissam de Rameia [7], de Aureavalle [8] et de Siniaco [9] abbatibus committitur pace, etc., et quid inde, etc.

54 Querela abbatis de Recluso[10] contra abbatissam de Jardino[11], de Ioiaco[12] et de Carmeia[13] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pace, etc., et quid inde, etc.

55 Querela inter nobilem virum comitem Britanniae ex una parte et abbatem de Bochiam[14] ex altera committitur de Savigniaco[15] et de Sancto Andrea[16] abbatibus in plenaria Ordinis potestate, pace, etc., et quid inde, etc.

---

52 : *L*[1]*P*[1]. [a] *Apud L*[1] *hec tantum leguntur* : Monasterium quod vocatur Malus rubus prope Parisios vocabatur tunc Monasterium Sanctae Mariae Regalis prope Pontisaram.

53 : *P*[1].

54 : *P*[1].

55 : *P*[1].

---

[1] N.-D. du Val, in dioec. Versalien., *OC*, 42.

[2] S. M. Regalis, seu Malodunum, Maubuisson, *GC*, VII, 927.

[3] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.

[4] Châlis, in dioec. Bellovacen., *OC*, 44.

[5] Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.

[6] Grandpré, in Belgio, dioec. Namurcen., *OC*, 234.

[7] Ramège, seu La Ramée, in dioec. Mechlinien., *GC*, III, 604.

[8] Orval, in Belgio, dioec. Namurcen., *OC*, 23.

[9] Signy, in dioec. Remen., *OC*, 33.

[10] Le Reclus, in dioec. Trecen., *OC*, 66.

[11] In dioec. Trecen., *GC*, XII, 534.

[12] Jouy, in Bria, dioec. Melden., *OC*, 12.

[13] Charmeia, La Charmoie, in dioec. Catalaunen., *OC*, 155.

[14] Boquianum, Boquen, in dioec. Briocen., *OC*, 47.

[15] Savigny, in Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.

[16] St-André de Gouffern, in Normannia, dioec. Baiocen., *OC*, 98.

Querela abbatissae et monialium de Remorantino [1] contra abbatem de Bardella [2], committitur de Elantio [3], de Pratea [4] et de Oliveto [5] abbatibus in plenaria Ordinis potestate pace, etc., et quid inde, etc. 56

Querela abbatis de Spina [6] contra abbatem de Valle Paradisi [7] committitur de Turre Aquilarum [8], de Saltu novali [9] et de Moconszrola[10] abbatibus in plenaria Ordinis potestate, pace, etc. et quid inde, etc. 57

Querela porrecta Capitulo generali per litteras archiepiscopi Bituricensis[11] de abbatibus Landesii[12] et Bardellae[13] committitur patri abbati de Eleemosyna[14] qui, veritate diligentius inquisita, auctoritate Capituli generalis quae corrigenda invenerit corrigat et reformet et assumptis secum bonis viris de Ordine, dicto archiepiscopo offerat litteras quas misit Capitulum generale et dictorum abbatum innocentiam diligenter ostendat, et quid inde, etc. 58

Commissio facta anno praeterito abbati Morimundi quanto anno prior et magister Calatraviae[15] Capitulo generali debeant interesse, iterato committitur eidem Morimundi in plenaria Ordinis potestate ut consideratis opportunitatibus rerum, et circumstantiis aliis ad negotium spectantibus, per se vel per perso- 59

---

56 : *P*¹.
57 : *P*¹.
58 : *P*¹.
59 : *P*¹.

---

[1] Lieu N.-Dame, prope Romorantinum, in dioec. Aurelianen., *GC*, VIII, 1591.
[2] Barzella, in dioec. Bituricen., *OC*, 50.
[3] De Ellantio, in dioec. Remen. non potest agi, sed legend. forsan Landesio, in dioec. Bituricen., *OC*, 16.
[4] La Prée, in dioec. Bituricen., *OC*, 86.
[5] Olivet, in dioec. Bituricen., *OC*, 81.
[6] Espina, in Legione, dioec. Palentin., *OC*, 108.
[7] Valparayso, in Legione, dioec. Zamoren., *OC*, 131.
[8] Seu S. M. de Aquilis, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 153.
[9] Sandoval, in regno et dioec. Legionen., *OC*, 161.
[10] Morerola, Moreruola, in Legione, dioec. Zamoren., *OC*, 23.
[11] Philippus Berryer, 1236-1261, *SE*, 523 ; *HC*, I, 138.
[12] Landais, in dioec. Bituricen., *OC*, 16.
[13] Barzella, in dioec. Bituricen., *OC*, 50.
[14] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[15] Militia ex ord. cist. orta, *TB*, I, 547.

nas ad hoc idoneas prosequatur negotium sicut viderit expedire, et quid inde, etc.

60 Cum intellexerit [a] Capitulum generale quod in ecclesia abbatiae Vallis Ecclesiarum [1] quaedam picturae et celaturae fiant, quae deformant antiquam Ordinis honestatem, praecipitur auctoritate Capituli generalis ut curiositates praedictae ad consuetam simplicitatem Ordinis reducantur et scribatur honeste domino Infanti primogenito [b] regis Castellae, ne forte propter hoc in aliquo offendatur.

61 Abbas de Briostel[2] qui iam pluribus annis elapsis non venit ad Capitulum generale, nec se per aliquem excusavit, poenam peragat in Usibus constitutam, nihilominus sequenti anno praesentiam suam exhibeat Capitulo generali, in ipso Capitulo super hoc veniat petiturus. Abbas de Bellobecco [3] hoc ei denuntiet.

62 De Scala Dei [4] et de Sancto Salvatore [5] abbates qui non renuntiaverunt Capitulo generali quid fecerunt de querela quam habet abbas de Berola [6] contra abbatem de Yrantio [7] quae fuit eis commissa, poenam agant in Usibus constitutam. Abbas de Buxeto [8] hoc ei denuntiet.

63 De abbate de Uda [9] qui permisit mulieres intrare in abbatiam suam et exequiis cuiusdam nobilis interesse, committitur abbati Morimundi qui, inquisita diligentius veritate, corrigat quae corrigenda fuerint auctoritate Capituli generalis, et quid inde, etc.

64 De Gloria[10] et de Bonavalle[11] in Hispania abbates qui iam pluribus annis ad Capitulum generale non venerunt nec se excusaverunt, poenam peragant in Usibus constitutam, et nihilominus

---

60 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] audivit : *L*¹. [b] progenito : *P*¹.
61 : *P*¹.
62 : *P*¹.
63 : *P*¹.
64 : *P*¹.

---

[1] Valdeiglesias, in Castella nova, dioec. Toletan., *OC*, 174.
[2] Alias Alnetum, Lannoy, in dioec. Bellovacen., *OC*, 103.
[3] Beaubec, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 96.
[4] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[5] S. Salvator de Leyra (?), in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 258.
[6] Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[7] Irancium, Iranzu, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 176.
[8] Seu Bugedo, in Veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 167.
[9] Hude, seu Portus S. Mariae, in dioec. Bremen., *OC*, 234.
[10] Portaglonium, in Languedocio, dioec. Auxitanen., *OC*, 121.
[11] Bonaval, in nova Castella, dioec. Toletan., *OC*, 152.

sequenti anno ad Capitulum venire nullatenus non omittant. Abbas de Buxeto [1] et de Oliva [2] hoc eis denuntient.

Abbas de Tuta Insula [3] qui iam pluribus annis non venit ad Capitulum generale nec se excusavit, poenam peragat in Usibus constitutam et nihilominus anno sequenti venire ad Capitulum generale nullatenus non omittat. Abbas de War[ivad] [4] hoc ei denuntiet. **65**

Abbas de Siti [5] qui per sex annos dicitur non venisse ad Capitulum generale poenam peragat in Usibus constitutam et nihilominus sequenti anno venire ad Capitulum generale non omittat; de quo et cum multa sinistra dicantur, committitur abbati Morimundi, ut per ipsum vel per alium idoneum corrigat auctoritate Capituli generalis, tam in capite quam in membris, quae viderit corrigenda, et quid inde, etc. **66**

Abbas de Campo Liliorum [6] quondam prior de Stetula [a] [7] qui recusavit recipere litteras sibi commissas pro conductu monachorum domus Cistercii ad visitandum in Hungaria transmissorum, sequenti anno personaliter veniat ad Capitulum generale, super hoc sufficienter responsurus [b]. Abbas de Sancta Cruce [8] in Austria hoc ei denuntiet, cellerarius vero de Stetula qui dicitur recusasse dictas litteras de conductu, per patrem abbatem tempore visitationis, si ita sibi [c] constiterit, ab officio suo amoveatur et tribus diebus sit in levi culpa uno eorum in pane et aqua. **67**

Prior, supprior et ceteri seniores Clarifontis [9], qui permiserunt quemdam comitem sepeliri in ecclesia sua contra Ordinis nostri instituta, sex diebus sint in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. **68**

---

65 : *P*¹.
66 : *P*¹.
67 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*W*. [a] Satula : *L*¹. [b] *hic desin.* *L*¹. [c] sibi : *deest* *P*¹.
68 : *L*¹*P*¹.

---

[1] Bugedo, in veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 167.
[2] La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119.
[3] Seu Twis Kloster, in Jutia Daniae, dioec. Ripen., *OC*, 146.
[4] Herrevad, in Dania, dioec. Lunden., Tutae vallis abbatia mater, *OC*, 80.
[5] Sitticum, Sittich, in Carniola infer., dioec. Labacen., *OC*, 42.
[6] Lilienfeld, in Austria, dioec. S. Hippolyti, *OC*, 212.
[7] Zwettl, i. e. Claravallis in Austria, dioec. S. Hippolyti, *OC*, 54.
[8] Heiligenkreuz, in dioec. Vindobonen., *OC*, 36.
[9] In dioec. Bisuntinen., *OC*, 24.

69 Abbas de Morimundo [1] in Lombardia qui minus caute et satis periculose tradidit sigillum suum cuidam clerico saeculari pro sigillandis quibusdam litteris quas non inspexerat, per quas potestas Mediolanensis erga abbatem Caraevallis [2] innocentem graviter conturbata est et commota, quadraginta diebus sit extra stallum abbatis et tribus diebus in levi culpa uno eorum in pane et aqua.

70 Abbas Aquae bellae [3] qui praecepit monachis suis ne providerent abbatibus et aliis personis Ordinis ad Capitulum venientibus, secundum formam in Ordine constitutam, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

71 Cum insinuatum fuerit Capitulo generali quod monachi Vallis Dei [4] portaverunt abbatem suum ad portam, committitur de Spina [5] et de Melone [6] abbatibus qui ad locum personaliter accedentes, inquisita diligentius veritate, corrigant et reforment auctoritate Capituli generalis quae secundum formam Ordinis viderint corrigenda, etc.

72 De converso abbatiae Morimundi qui anno praeterito in reditu Capituli fuit in domo Maceriarum [7] verberatus usque ad sanguinis effusionem, de Firmitate et de Roseriis [8] committitur abbatibus qui ad locum personaliter accedentes corrigant et emendent quos culpabiles invenerint in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

73 De Theoloco [9] et Aceyo[a] [10] abbatibus committitur a Capitulo generali ut sententiam excommunicationis latam anno praeterito a venerabili patre domino abbate Cistercii, et a Capitulo

---

69 : *P*¹.
70 : *P*¹.
71 : *MP*¹.
72 : *P*¹.
73 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Accio : *P*¹.

---

1 Morimundus Coronatus, in dioec. Mediolanen., *OC*, 33.
2 Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
3 Aiguebelle, in Delphinatu, dioec. Valentin., *OC*, 45.
4 Val de Dios, in Asturia, dioec. Oveten., *OC*, 202.
5 Espina, in Legione, dioec. Palentin., *OC*, 108.
6 In Gallecia, dioec. Tuden., *OC*, 69.
7 Mazières, in dioec. Divionen., *OC*, 26.
8 Rozières, in Burgundia, dioec. S. Claudii, *OC*, 26.
9 Tulley, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 19.
10 Acey, in dioec. S. Claudii, *OC*, 40.

generali approbatam, in moniales de Collungiis [b] [1] exequantur, ita [c] quod eamdem sententiam legant, si commode fieri potest, in synodo Lingonensi, vel saltem ipsam episcopo civitatis eiusdem denuntient [d] et ostendant.

De conversis grangiae Firmitatis quae dicitur Chaltne qui male 74
receperunt abbates venientes ad Capitulum generale, committitur abbati de Buxeria [2] qui inquisita diligentius veritate conversos puniat prout viderit puniendos auctoritate Capituli generalis, et quid inde, etc.

Affuerunt Capitulo generali abbates de Veteri Monte [3], de 75
Walkenredh [4], de Riddageshusen [5], de Lucka [6], de Doberan [7], de Reinevelde [8], de Novo Campo [9]. Ab Innocentio IV [10] ordinis exemptio a iurisdictione episcoporum iam indulta confirmatur.

1252

Nota quod Martène statutis huiusce anni infra citatis tredecim alia (*Thesaurus anecdotorum*, t. IV, col. 1397-1399) addit quae in nostris praecipuis fontibus et securioribus ad annum 1262 referuntur; imo ipse Martène decem ex illis statutis iterum repetit sub anno 1262 (*op. cit.* col. 1420-1421). Omnia ista decreta ad eorum authenticum annum referimus.

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo statuta sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

Quoniam inter personas Ordinis et maxime super paternitate 1
monialium pax esse debet amica et odiosa sit semper contentio,

---

[b] Colongiis : L^1 ; Colungiis : L^2P^1 ; Colungiit : P^{10}. [c] in qua eandem : P^1.
[d] annuntient : P^1.
74 : P^1.
75 : *W* ex *Mecklenburger Urk. Buch*, II, 2, 3.
1252. [a] *Titulus apud* P^1 *tantum.*
1 : $L^2MP^1P^{10}$.

---

[1] Collonges, in dioec. Bisuntinen., *GC*, XV, 140.
[2] La Bussière, in dioec. Divionen., *OC*, 19.
[3] Altenberg, in dioec. Colonien., *OC*, 29.
[4] Walkenried, in dioec. Maguntin., *OC*, 15.
[5] Riddagshausen, in dioec. Halberstaden., *OC*, 84.
[6] Luca, Loccum, in dioec. Minden., *OC*, 151.
[7] In dioec. Sverinen., *OC*, 161.
[8] Reinfeld, in Holsatia, dioec. Lubecen., *OC*, 192.
[9] Neuenkamp, in Pomerania, dioec. Sverinen., *OC*, 236.
[10] 1243-1254.

volens [a] et cupiens Capitulum generale conflictus odiosos rescindere et ponere [b] causantium fines pacem, statuit et ordinat Capitulum generale ut quicumque abbas alicuius abbatiae monialium paternitatem possidet [c] decennio, illam de cetero possideat et habeat, motisque [d] iam super hoc quaestionibus Ordinis iudicio terminatis et sopitis, omnibus de cetero super hoc Capituli generalis audientia denegatur.

2 Praecipitur a Capitulo generali universis nostri Ordinis personis ut Gerremini quondam monachum Fusniaci [1], qui secundum relationem plurimorum abbatum fugitivus est Ordinis et falsarius manifestus, capiant et incarcerent usque ad nutum Capituli generalis, invocato ad hoc, si necesse fuerit, brachio saeculari.

3 Quia sententia de non adducendis pueris in Cistercium tempore Capituli generalis non observatur a pluribus, praecipitur a Capitulo generali ut omnes abbates qui pueros in Cistercium tempore Capituli generalis quacumque de causa introduxerint, se inde recognoscant in Capitulo generali, ad arbitrium dicti Capituli puniendi.

4 Abbates qui praeter conscientiam ad petitionem fundatorum suorum seu aliorum [a] in domibus suis in conventu solemniter anniversaria fieri in praesenti Capitulo petierunt in [b] grave onus Ordinis in futurum, per tres dies faciant levem culpam, uno eorum in pane et aqua, et nihilominus a Capitulo generali inhibetur ne de cetero a quocumque talis supplicatio attentetur [c].

5 Quoniam illustrissimus dominus Ludovicus [2] rex et domina Blancha [3] regina Franciae et dominus Alphonsus [4] comes Tholosae et Pictaviae petunt orationes pro se fieri speciales, statuit et ordinat Capitulum generale ut orationes dudum indictae pro domino Papa et cardinalibus et statu Ecclesiae Dei et totius christianitatis, pro domino rege et regina Franciae illustrissima

---

[a] dolens : *L²*. [b] *M add.* : inter. [c] possedit : *MP¹P¹⁰*. [d] commotisque : *P¹*.

2 : *P¹*.

3 : *P¹*.

4 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] saecularium : *L²*. [b] et : *P¹*. [c] attemptetur : *P¹*.

5 : *L²P¹P¹⁰*.

---

[1] Foigny, in dioec. Laudunen., *OC*, 10.

[2] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.

[3] Blancha de Castella, † 1252.

[4] † 1271, *BB*, I, 167.

matre eius, et pro domina regina uxore eius et fratribus suis et sorore et liberis eorum, et pro domino duce Burgundiae, et pro toto comitatu ipsorum continuentur [a] et devote reddantur, scilicet quod singulis diebus finito ex toto Completorio et orationibus consuetis cantor incipiat *Salve Regina*, et finita antiphona dicatur a praesidente versus *Ave Maria* cum genuum flexione collecta *Concede nos*; quo finito conventus more solito dormitorium intret, et omni sexta feria processio per claustrum fiat [b] cum VII psalmis et litania [c], celebratur missa *Salus populi*, prout dudum [d] ordinatum est a Capitulo generali; orationibus praedictis [e] superadduntur tres missae prima de Spiritu Sancto, secunda de gloriosa Virgine, tertia de Sancta Cruce, deinde pro omnibus supradictis a singulis sacerdotibus per Ordinem universum. Insuper ad petitionem dominae Blanchae illustrissimae [f] reginae Franciae statuit Capitulum generale ut pro inclitae [g] memoriae domino Ludovico [1] rege Franciae, quondam viro suo et pro domino Alphonso [2] rege Castellae genitore suo et pro domina regina matre sua et pro sororibus suis, una missa pro defunctis dicatur a singulis sacerdotibus per Ordinem universum.

6 Petitio illustrissimae dominae Blanchae reginae Franciae de faciendo plenario servitio per universum Ordinem pro bonae memoriae F[erdinando] [3] illustri rege Castellae, nepote suo, et pro eodem petitio religiosae Infantissae [4] monialis Sanctae Mariae Regalis Burgis [5], filiae ipsius regis Castellae, necnon et petitio nobilissimi domini Alphonsi progeniti illustris regis Arragonensis, de faciendo anniversario supradicti regis Castellae per omnes abbatiae suae ditionis, exauditur.

7 Petitio illustris regis Arragonensis [6] de faciendo anniversario,

---

[a] continenter : L^2. [b] fiat : *deest* P^1P^{10}. [c] letania : P^1P^{10}. [d] dudum : *deest* P^1. [e] supradictis : P^1. [f] illustrissimae reginae Franciae : *deest* P^1. [g] indictae : P^{10}.
6 : P^1.
7 : P^1.

---

[1] Ludovicus VIII, 1223-1226.
[2] Alphonsus IX, † 1214, *BB*, I, 164.
[3] Ferdinandus III, † 1252.
[4] Berengaria (beata), Ferdinandi filia, monialis cisterc. in monast. S. M. Regalis de las Huelgas.
[5] S. M. Regalis de las Huelgas, *TB*, I, 1471.
[6] Iacobus I, dein factus monachus cist., † 1276.

per omnes abbatias suae dominationis die qua petit, bonae memoriae patre suo et uxore iam defunctis, exauditur.

8 Petitio nobilis dominae comitissae Flandriae[1] de ipsius anniversario in omnibus domibus suae ditionis solemniter in conventu faciendo sedendo tamen, necnon in aliis domibus quae id sponte facere voluerint, exauditur ; item pro bono statu dictae dominae comitissae et totius comitatus Flandriae et ut Deus pacis inter liberos suos dissides ad invicem pacem reformare dignetur : dicantur duae missae pro ipsa, prima de Spiritu Sancto, secunda de beata Virgine ; tertia vero pro defunctis dicatur pro domina Ioanna[2] sorore sua, et domino Guillelmo[3], quondam comite Flandriae filio suo iam defunctis a singulis sacerdotibus per Ordinem universum.

9 Petitio nobilis domini Simonis Montis Fortis[4], comitis Leicestriae, de plenario servitio post eius obitum pro eo per Ordinem universum faciendo, necnon de anniversario piae recordationis patris sui[5] solemniter in crastino beatorum Ioannis et Pauli in conventu faciendo, quod tamen fieri consueverat per Ordinem universum, exauditur ; huic anniversario associantur Amaricus[6] Montis fortis et dominus Guido de Bigorre[7] comites iam defuncti, fratres Simonis supra dicti, fidei christianae fortissimi defensores.

10 Petitio abbatis Collocediae[8] de non suscipiendo hospites per biennium propter tempestates et alios graves ac multiplices defectus et infortunia, exauditur. Item conceditur abbatibus Montis Sanctae Mariae[9], Roseriarum[10], de Loco Regio[11], de Maceriis[12] et de Sacracella[13] propter plurima gravamina quae patiuntur.

---

8 : *P*¹.
9 : *P*¹.
10 : *P*¹.

---

[1] Margarita, de Constantinopoli dicta, † 1280, *BB*, II, 3030.
[2] Iohanna, de Constantinopoli dicta, † 1244.
[3] Guillelmus de Dampetra, † 1251.
[4] † 1265, *BB*, II, 4275.
[5] Simon, † 1218, *BB*, II, 4274.
[6] † 1241, *BB*, I, 182.
[7] † 1229, *BB*, 2011.
[8] Locedio (?), in Pedemontio, *OC*, 11.
[9] In Burgundia, dioec. Bisuntinen., *OC*, 204.
[10] Rozières, in Burgundia, dioec. S. Claudii, *OC*, 26.
[11] Loroy, in dioec. Bituricen., *OC*, 15.
[12] Mazières, in dioec. Divionen., *OC*, 26.
[13] Cercanceaux, in dioec. Melden., *OC*, 180.

Petitio religiosorum abbatis et conventus Molismensium [1] qui petunt quod peregrini et omnes alii, qui ad translationem corporis sanctissimi patris nostri Roberti [2] primi abbatis Cistercii, quae debet fieri sequenti anno die dominica [a] ante festum sancti Remigii ante vel post ipsam translationem advenerint, participes sint omnium bonorum Ordinis, exauditur, et super hoc ipsis dentur litterae Capituli generalis. **11**

Petitio abbatis de Salzeda [3] de faciendo in conventu domus suae anniversario bonae memoriae dominae Amianae Therasiae [4] fundatricis dictae abbatiae, exauditur. **12**

Petitio abbatis de Gradis [5] de faciendo anniversario fundatoris sui in conventu domus suae, exauditur. **13**

Petitio abbatis Scalae Dei [6] de anniversario nobilis comitissae de Bigorre iam defunctae in conventu suo annis singulis in die obitus sui solemniter faciendo et de scribendo pro eius negotio illustri viro domino Simoni [7] comiti Leicestriae a Capitulo generali, exauditur. **14**

Petitio abbatis Belliprati [8] de anniversario bonae memoriae ducis Lotharingiae in domo sua in qua sepultus est faciendo, exauditur. **15**

Petitio venerabilis patris Th[eodorici] [9] Nuemburgensis [a] episcopi, qui petit ut corpora nobilium comitis de Mannesvelde [b] et eius uxoris in cimeterio Portensis [10] monasterii cisterciensis Ordinis iam sepulta intra ipsam ecclesiam sepeliantur, in hoc exauditur ut in claustro vel capitulo sepeliantur monachorum. **16**

---

11 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] decima : *L²* ; immediate : *add. L¹P¹*.
12 : *P¹*.
13 : *P¹*.
14 : *P¹*.
15 : *P¹*.
16 : *L²MP¹P¹⁰W*. [a] Belgeburgensis : *L²MP¹P¹⁰* ; Nugeburgensis : *W*. [b] Mannesuche : *L²MP¹⁰* ; Mannesulhlt : *P¹*.

---

[1] Ex quo primi Cistercienses exierunt, *GC*, IV, 729.
[2] † 1110, *BB*, II, 3999.
[3] Salzedas, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 143.
[4] Alphonsi, Asturicensis comitis, filia, et Aegeae Municii uxor.
[5] Gradicium, Hradist, in Bohemia, dioec. Litomericen., *OC*, 175.
[6] L'Escale-Dieu in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[7] Cf. supra stat. 9.
[8] Beaupré, in Lotharingia, dioec. Nanceien., *OC*, 33.
[9] Theodoricus de Meissen, 1244-1272, *SE*, 296 ; *HC*, I, 373.
[10] Porta, Pforte, in Thuringia, dioec. Nuemburgen., *OC*, 25.

17 Petitio abbatum de Boemia de faciendo festo sancti Adalberti cum XII lectionibus et una missa et communi unius martyris et pontificis officio in suis domibus, exauditur.

18 Petitio domini episcopi Caesaraugustani [1] de habendis secum uno monacho et uno converso de domo Populeti [2], dummodo honestis rebus occupentur, exauditur.

19 Petitio domini episcopi Herfodenensis [3] de duobus monachis de domo Altaecumbae [4], vel de Stamedio [5] secum habendis, exauditur ; caveant autem abbates eorum ut talibus occupentur officiis quae non dedeceant Ordinis honestatem.

20 Petitio domini episcopi Tricastini [6] de uno monacho secum habendo de domo Aquaebellae [7], exauditur.

21 Petitio nobilis viri W. domini Ferrariae et comitis Ederbeiae de duobus monachis abbatiarum suae dominationis secum habendis, exauditur ita tamen quod honestis officiis et religiosis deputentur.

22 Inspectio abbatiae monialium de Fane arni [8], Pisanae dioecesis, de Ripalta [9] et de Sancto Galgano[10] abbatibus iterato committitur in plenaria Ordinis potestate usque ad consummationem negotii et quid inde, etc.

23 Inspectio [a] loci ad quem petit transferri abbatiam suam abbas de Pernello[11], de Tillieto[12] et de Locedio[13] abbatibus iterato

17 : *P*1.
18 : *P*1.
19 : *P*1.
20 : *P*1.
21 : *P*1.
22 : *P*1.
23 : *P*1. [a] *Idem istud statutum sub n°* 29 *repetitur apud P*1.

[1] Arnaldus Peralta, Caesaraugusten. episc. 1248-1271, *SE*, 20 ; *HC*, I, 153.
[2] Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.
[3] Petrus de Aquablanca, Hereforden. episc. 1240-1268, *SE*, 190 ; *HC*, I, 274.
[4] Hautecombe, ad lacum Burgeti, in dioec. Camberien., *OC*, 34.
[5] Tamié, in Sabaudia, dioec. Camberien., *OC*, 30.
[6] Bertrandus de Clansayes, Tricastrin. episc. 1251-c. 1288, *SE*, 620 ; *HC*, I, 497.
[7] Aiguebelle, in Delphinatu, dioec. Valentin., *OC*, 45.
[8] In Etruria et dioec. Pisan., *OC*, LXXXI.
[9] In Pedemontio, dioec. Derthonen., *OC*, 180.
[10] In Tuscia, dioec. Volaterran., *OC*, 205.
[11] Preallum, del Preallo, in Liguria, dioec. Ianuen., *OC*, 241.
[12] Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquen., *OC*, 9.
[13] In Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.

committitur in plenaria Ordinis potestate, qui ad locum, etc., et quid inde, etc.

Inspectio loci in quo E. et R. milites dicti de Chichelle petunt 24
aedificari abbatiam monachorum iterato committitur de Walquerede [1] et de Sichem [2] abbatibus in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, et quid inde, etc.

Inspectio et incorporatio abbatiae monialium Sanctae Mariae 25
Novae [3] Mutenensis dioecesis quae alias commissa fuit ante datam indulgentiam a domino Papa, iterato committitur de Columba [4] et de Fontevivo [5] abbatibus in plenaria Ordinis potestate usque ad negotii consummationem, et quid inde, etc., et sit filia abbatiae Sanctae Mariae de Strata [6] Boloniensis dioecesis. Abbas de Locedio [7] hoc eis denuntiet.

Querela abbatissae Sanctae Mariae Regalis [8] contra abbatem 26
de Berola [9], de Fitherio[10], de Buxeto[11] et de Scarpio[12] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

Querela abbatis Cariloci[13] contra abbatem Vallis dulcis[14], de 27
Claravalle et de Morimundo abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

Querela abbatis de Comminz[15] contra abbatem de Anli corne[16], 28

---

24 : *P*¹.
25 : *P*¹.
26 : *P*¹.
27 : *P*¹.
28 : *P*¹.

---

[1] Walkenried, in dioec. Maguntin., *OC*, 15.
[2] Seu Sittichenbach, in dioec. Halberstaden., *OC*, 63.
[3] Cf. ann. praeced. nº 30.
[4] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[5] In ducatu et dioec. Parmen., *OC*, 68.
[6] S. M. de Strada, in Patrimonio S. Petri, dioec. Bononien., *OC*, 248.
[7] Cf. supra stat. 23.
[8] S. M. la Real de las Huelgas, *TB*, I, 1471.
[9] Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[10] Fiterium, Fitero, in dioec. Tirasonen., *OC*, 65.
[11] Seu Bugedo, in veter. Castella, dioec. Burgen., *OC*, 167.
[12] Escarpe, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 217.
[13] Cherlieu, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 19.
[14] Vaux-la-Douce, in dioec. Lingonen., *OC*, 156.
[15] Kemmer, in Wallia, dioec. Bangoren., *OC*, 74.
[16] Aberconwey, in Norwallia, dioec. Bangoren., *OC*, 186.

de Margant [1], de Bildenans [2] et de Combrebat [3] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

29 Querela abbatis de Stanleia [4] contra abbatem Belliloci [5] in Anglia, de Bildenans [6], de Cumba [7] et de Dora [8] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

30 Qurela abbatis de Luben [9] contra abbatem de Plate[10], de Cella[11], de Pomoch[12] et de Wasalisce[13] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

31 Abbatibus de Margant[14], de Bildenans[15] et de Brueria[16], quibus commissa fuit querela inter abbatem de Tinterna[17] ex una parte et abbatem de Gratia Dei[18] ex altera, et negligentia procedendi ipsam iam per quadriennium protelasse dicuntur, praecipitur auctoritate Capituli gêneralis, ut ipsam querelam quantocius de iure potuerint terminare procurent, in qua de incuria et negligentia nequeant reprehendi, et quid inde, etc. Abbas de Flezelee[19] hoc eis denuntiet.

32 Querela abbatis de Glenuz[20] contra abbatem de Dombrenam[21],

---

29 : *P*[1].
30 : *P*[1].
31 : *P*[1].
32 : *P*[1].

---

[1] Margan, in Wallia, dioec. Landaven., *OC*, 107.
[2] Bildwas, in dioec. Cestren., *OC*, 102.
[3] Cumbermera, in dioec. Conventren., *OC*, 100.
[4] Stanleia in Arderna, Stoneley, in dioec. Wigornien., *OC*, 137.
[5] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210.
[6] Cf. stat. praeced.
[7] Combe Abbey, in dioec. Conventren., *OC*, 121.
[8] Dore, in dioec. Hereforden., *OC*, 92.
[9] Luba, Leubus, in Silesia, dioec. Vratislavien., *OC*, 171.
[10] Plassium, Plass, in Bohemia, dioec. Pragen., *OC*, 82.
[11] Vetus Cella, Altenzell, in dioec. Misnen., *OC*, 171.
[12] Nepomuk, in Bohemia, dioec. Budvicen., *OC*, 83.
[13] Waldsassen, in Bavaria, dioec. Ratisbonen., *OC*, 29.
[14] Cf. supra stat. 28.
[15] Cf. supra stat. 28.
[16] Bruern, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[17] Tinterna maior, prope Walliam, in dioec. Hereforden., *OC*· 19.
[18] In Anglia, dioec. Landaven., *OC*, 229.
[19] Flexley, in dioec. Hereforden., *OC*, 129.
[20] Glenluce, seu Vallis Lucis, in Scotia, dioec. Candidae Casae, *OC*, 193.
[21] Dundrainan, in Scotia, dioec. Candidae Casae, *OC*, 70.

de Furnesio [1], de Bellalanda [2] et de Renfordia [3] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

Querela abbatis de Lucelan [4] contra abbatem de Maris Stella [5], **33**
de Alto Christo [6], de Aurora [7] et de Bethania [8] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

Querela abbatis de Esdon [9] contra abbatem de Dobra[10], de **34**
Novocampo[11], de Rivaldo[12] et de Renevel[13] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc. Abbas de Arneborc[14] hoc eis denuntiet.

Querela abbatis Rievallis[15] contra abbatem de Bellalanda[16], **35**
de Furnesio[17], de Fontibus[18] et de Miravalle[19] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc. Abbas de Furnesio hoc collegis suis denuntiet.

Querela abbatis Sancti Prudentii[20] contra abbatem Bonae **36**
vallis[21] in Hispania de Sacarmoenia[22], de Vallebona[23] et de Orta[24] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate et quid inde, etc.

33 : P^{1}.
34 : P^{1}.
35 : P^{1}.
36 : P^{1}.

[1] Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.
[2] Seu Byland, in dioec. Eboracen., *OC*, 104.
[3] Ruffordia, in dioec. Eboracen., *OC*, 112.
[4] Lucelle in Alsatia super. dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[5] Alias Wettingen, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 230.
[6] Alta Crista, Hautcrêt, in Helvetia, dioec. Lausanen., *OC*, 71.
[7] Seu Frienisberg, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 51.
[8] Bithaine, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 28.
[9] Esrom, in Dania, dioec. Roskilden., *OC*, 136.
[10] Doberan, in dioec. Sverinen., *OC*, 161.
[11] Neuencamp, in Pomerania, dioec. Sverinen., *OC*, 236.
[12] Herivadum, Herrevad, in Dania, dioec. Lunden., *OC*, 80.
[13] Reineveldense monasterium, Reinfeld, in dioec. Lubecen., *OC*, 192.
[14] Arnsburg (?), Castrum aquilae, in dioec. Maguntin., *OC*, 169.
[15] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[16] Cf. supra stat. 32.
[17] Cf. supra stat. 32.
[18] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.
[19] Mereval, in dioec. Wigornien., *OC*, 114.
[20] In veter. Castella, dioec. Calaguritan., *OC*, 145.
[21] Bonaval, in nova Castella, dioec. Toletan., *OC*, 152.
[22] In veter. Castella, dioec. Segovien., *OC*, 67.
[23] Valbuena, in veter. Castella, dioec. Palentin., *OC*, 71.
[24] Horta, Huerta, in veter. Castella, dioec. Seguntin., *OC*, 79.

37 Querela abbatis et conventus Bellae Vallis [1] contra abbatem de Caritate [2], de Buxeria [3] Eduensis dioecesis, de Lucelai [4] et de Clarofonte [5] abbatibus in Burgundia committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

38 Querela abbatis Sacrae cellae [6] contra abbatissam de Nemosio [7], de Loco regio [8] et de Prulliaco [9] et de Scalleijs[10] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

39 Querela abbatis de Ripalta[11] contra abbatem Sancti Pastoris[12] et Casae novae[13] in Apulia, de Casamarii[14] et Fossaenovae[15] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

40 Committitur auctoritate Capituli generalis de Scala Dei[16], de Grandisylva[17] et de Bonofonte[18] abbatibus ut personaliter accedentes ad abbatiam de Benedictione Dei[19] in Vasconia, diligenter inquirant de excessibus enormibus et nimis atrocibus aliquarum personarum eiusdem abbatiae contra abbatem suum Capitulo generali delatis, qui puniant et corrigant quos invenerint puniendos taliter quod ceteri metum habeant nec de cetero talia praesumant attentare.

41 Committitur auctoritate Capituli generalis de Brunebach[20] et

37 : *P*[1].
38 : *P*[1].
39 : *P*[1].
40 : *P*[1].
41 : *P*[1].

[1] Bellevaux, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 8.
[2] La Charité, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 30.
[3] La Bussière, in Burgundia, dioec. Divionen., *OC* 19.
[4] Cf. supra stat. 33.
[5] Clairefontaine, in Burgundia, dioec. Bisuntinen., *OC*, 24.
[6] Cercanceaux, in dioec. Melden., *OC*, 180.
[7] Abbatia Gaudium vocata, prope Nemosium, *GC*, XII, 245.
[8] Loroy, in dioec. Bituricen., *OC*, 15.
[9] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[10] Scarleia, Escharlis, in dioec. Senonen., *OC*, 20.
[11] In Apulia, dioec. Civitaten., *OC* 206.
[12] In Umbria, dioec. Reatin., *OC*, 222.
[13] In dioec. Pennen., *OC*, 199.
[14] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[15] Fossa nuova, in dioec. Terracinen., *OC*, 37.
[16] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[17] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
[18] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[19] Bénissons-Dieu, in dioec. Convenarum, *OC*, 184.
[20] Bronnbach, in magno ducatu Badensi, *OC*, 128.

de Speciosa valle [1] abbatibus ut personaliter accedentes ad abbatiam de Bildehuse [2] diligenter inquirant de conspiratione ibidem orta per monachos secundum relationem plurimorum abbatum, et puniant et corrigant in plenaria Ordinis potestate quos noverint puniendos secundum formam Ordinis, invocato ad hoc, si necesse fuerit, brachio saeculari.

De abbate [a] Ebracensi [3] qui contra formam Ordinis per plures 42
dies in abbatiam suam intrare sustinuit mulieres, nec prout debuit discooperuit altaria, nec deponit officiales huius modi consentientes transgressioni, nec cessavit a divinis [b], prout in definitionibus continetur [c], committitur patri abbati [4] in plenaria Ordinis potestate, qui ad locum, etc., tam in ipsum abbatem quam alios quos culpabiles invenerit, taliter adnimadvertat secundum culparum merita, ut a consimili ceteri de cetero terreantur [d], et quid inde, etc.

De Cedelach [5] et de Vlegrat [6] abbates quibus commissum fuit 43
negotium abbatiae monachorum pro qua scripsit nobilis vir B. baronus [7] Moraviae non infimus, illud usque ad consummationem in plenaria Ordinis potestate prosequantur, et quid inde, etc.

Cum abbas Vallis Sancti Georgii [8] renuntiavit [a] in Capitulo 44
generali omni iuri paternitatis quam habebat in abbatia [b] Hospitalitis Sancti Gothardi [9], filia sua penitus destructa, committitur abbati Morimundi ut auctoritate Capituli generalis [c] ipsam sibi si voluerit retineat, vel tradat alicui abbati de Ordine nostro qui eamdem reaedificare valeat, prout melius viderit Ordini expedire, et quid inde, etc.

---

42 : $L^1L^2MP^1P^{10}T^5W$. [a] Abbas Ebracensis qui... : T^5. [b] ad minis : P^1. [c] *hic desin.* T^5. [d] teneantur : P^{10}.

43 : P^1.

44 : $L^2MP^1P^{10}W$. [a] renuntiaverit : MP^{10} [b] abbatiam : $L^2MP^{10}W$ [c] plenaria : $L^2P^1P^{10}$.

---

[1] Schöntal, in antiq. dioec. Herbipolen., *OC*, 141.

[2] Bildhausen, in Bavaria, dioec. Herbipolen., *OC*, 140.

[3] Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolen., *OC*, 13.

[4] i. e. Morimundensis abbas.

[5] Sedlecium, Sedlec, in Bohemia, dioec. Pragen., *OC*, 78.

[6] Welehrad, in Moravia, dioec. Olomucen., *OC*, 211.

[7] Cf. ann. praeced. stat. 39.

[8] Georgental, in dioec. Maguntin., *OC*, 67.

[9] In Hungaria, dioec. Sabarien., *OC*, 183.

45 Translatio abbatiae de Porta Coeli [1], de Brunebach [2] et de Speciosa valle [3] abbatibus iterato committitur in plenaria Ordinis potestate usque ad negotii consummationem et quid inde, etc.

46 Cum nobilis vir Guido comes quondam Forensis legaverit Capitulo generali centum libras committitur abbati Septem Fontium [4] ut dictam pecuniam studiose requirat et scribendo heredibus dicti comitis ex parte Capituli generalis, dictum negotium prout melius poterit peducat ad effectum, et quid inde, etc.

47 Praecipitur abbati de Valentia [5] auctoritate Capituli generalis ut ipse viriliter et audacter requirat a vicecomite Toarcij [a] centum solidos annui redditus, in quibus tenetur Capitulo generali, et non solvit, iam elapsi sunt plures anni, et per censuram ecclesiasticam, si necesse fuerit, compelli faciat, dictum vicecomitem ad solutionem redditus supradicti, et quid inde, etc.

48 Propter querimoniam venerabilis patris domini Hugonis, Legati Alemanniae, ad Capitulum delatam de abbatibus Moguntinae provinciae inhibetur districte a Capitulo generali omnibus abbatibus et aliis nostri Ordinis personis eiusdem provinciae in virtute sanctae obedientiae et sub poena depositionis et eiectionis, ne excommunicatis a Summo Pontifice vel a dicto Legato aliquod detur consilium, auxilium vel favor.

49 De Salzeda [a] [6] et de Merola [7] abbates qui venientes ad Capitulum generale nimis atrociter verberati, spoliati et capti fuerunt in Bituricensi [b] dioecesi, personaliter accedant ad illustrissimam dominam reginam Franciae [8], intimantes eidem tam sibi quam aliis sociis suis abbatibus iniuriam iniuste illatam, quibus assis-

45 : P^1.
46 : P^1.
47 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Ioarcii : P^{10}.
48 : P^1.
49 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Salceda : L^2. [b] Biteriensi : L^2; Biterrensi : M; Biterícen. : P^{10}.

[1] Himmelspforten, abb. monialium, cf. ann. 1251, stat. 40.
[2] Bronnbach, in magno ducatu Badensi, *OC*, 128.
[3] Schöntal, in antiq. dioec. Herbipolen., *OC*, 141.
[4] In dioec. Molinen., *OC*, 25.
[5] La Valence, in dioec. Pictavien., *OC*, 233.
[6] Salzedas, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 143.
[7] Morerola, Moreruela, in Legione, dioec. Zamoren., *OC*, 23.
[8] Blancha de Castella, † 1252.

tant cum litteris Capituli generalis de Valle Sanctae Mariae [1] et de Regali monte [2] abbates in communibus expensis dictorum abbatum, supplicantes eidem reginae ex parte Capituli generalis ut dictum excessum et iniuriam taliter faciat emendari, quod cedat ad honorem regium [c] et commodum dictorum abbatum.

Cum per plures abbates insinuatum sit Capitulo generali quod **50** frater Garnerius, conversus Maris Stellae [3], sine licentia Capituli generalis in curia domini episcopi Basiliensis [a] [4] commoretur, officiis quae non decent Ordinis honestatem deputatus, et [b] de quo et alia plurima sinistra dicuntur, praecipitur abbati de Capella [5] ut incontinenti revocet [c] ipsum ex toto ad domum propriam auctoritate Capituli generalis, qui si parere contempserit, excommunicationis gladio feriatur auctoritate Capituli generalis.

Frater Guillelmus conversus de Bundelo [6], de quo plurima **51** gravia sunt nuntiata Capitulo generali vel ad domum proprium penitus revocetur, vel si stare debet ulterius cum nobili domina comitissa Flandriae [7], talibus dumtaxat occupetur officiis quae Ordinis non dedeceant honestatem et non sit aliis in scandalum et gravamen.

Abbati Mansiade [8] praecipitur a Capitulo generali ut de visi- **52** tatione et filiatione monialium de Monte Sion [9] filium suum abbatem de Floregia[10] contra diffinitionem Capituli generalis eum amplius non molestet.

Cum secundum beati [a] Benedicti regulam totius monasterii sui **53** ordinatio de [b] discreta dispositione proprii abbatis dependere debeat, auctoritate Capituli generalis inhibetur abbati Casae [c]

---

[c] reginae : L^2MP^{10}.

50 : L^1P^1. [a] Basiliensis : P^1. [b] est, et propter alia sinistra... : L^1.
[c] provocet : L^1.

51 : P^1.

52 : P^1.

53 : $L^1L^2MP^1P^{10}T^5$. [a] sancti : L^1. [b] in : L^1. [c] Cazae : L^1.

---

[1] N.-D. du Val, in dioec. Versalien., *OC*, 42.
[2] Royaumont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 230.
[3] Alias Wettingen, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 230.
[4] Bertholdus de Pfirt, Basileen. episc. 1250-1262, *SE*, 261 ; *HC*, I, 129.
[5] Cappel, in Helvetia, dioec. Constantien, *OC*, 184.
[6] Baudeloo, in dioec. et urbe Gandaven., *OC*, 227.
[7] Margarita, de Constantinopoli dicta, † 1280.
[8] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivarien., *OC*, 9.
[9] In urbe Massiliensi, *GC*, I, 700.
[10] Alias Toronet, ni dioec. Foroiulien., *OC*, 40.

novae [1] ne in domo Ripae altae [2], filia sua, infirmariam [d] propriam, gallinariam [e], hortos [f], viridarium vel aliquod [g] huiusmodi sibi audeat contra formam Ordinis vendicare, nec ibidem officiales instituere [h], seu etiam [i] de victualibus vel ordine [j] ministrantium praesumat ordinare, cum tantae [k] novitatis introductio domui illi non solum damnosa in expensis verum etiam [l] toti Ordini pernitiosa sit [m] in exemplo [n], si contra primum Ordinis fundamentum et libertatem per licentiam invalescat [o].

54 Abbates de Lombardia, de Tuscia et de Regno qui iam pluribus annis quibus tenebantur ad Capitulum venire nec venerunt nec se excusaverunt, modo debito poenam peragant in Usibus constitutam ; abbas de Locedio [3] abbatibus de Lombardia, abbas de Sancto Pastore [4] abbatibus de Tuscia, abbas de Ripalta [5], abbatibus de Regno hoc eis denuntient.

55 Abbas de Brueria [6] qui vocatus fuit per monachos cistercienses [a] ad faciendam visitationem Belliloci [7] in Anglia, filia Cistercii, nec voluit [b] venire contra formam Ordinis, viginti diebus sit extra stallum abbatis et tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Gerodone [c] [8] hoc ei denuntiet.

56 Abbatissa Coeli Vallis [9] quae infra abbatiam suam quemdam fugitivum de Ordine Minorum admisit et circa octo mensium spatium [a] occultatum [b] apud se retinuit non sine gravi et grandi suspicionis scandalo ; quae etiam [c] dictum fugitivum eiectum

---

[d] infirmarium proprium : *T*[5]. [e] gallinarium : *T*[5]. [f] ortos : *T*[5]. [g] aliquid : *M* ; aliud : *T*[5]. [h] *hic desin.* *T*[5]. [i] et : *P*[1]. [j] ordinem : *L*[1]. [k] istius : *L*[2]. [l] et : *P*[1]. [m] est : *L*[1]. [n] externo : *P*[1]. [o] insolescat : *L*[1]*MP*[1]*P*[10].

54 : *P*[1].

55 : *L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Cistercii : *P*[1]. [b] voluerunt : *P*[1]. [c] Gueredone : *M*.

56 : *L*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]*W*. [a] spatium : *deest* *P*[10]. [b] occultavit : *L*[1]*P*[1]. [c] et : *P*[1].

---

[1] Caja Nova, in Aprutio, dioec. Pennen., *OC*, 199.
[2] In Apulia, dioec. Civitaten., *OC*, 206.
[3] In Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.
[4] In Umbria, dioec. Reatin., *OC*, 222.
[5] Cf. stat. praeced.
[6] Bruern, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[7] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210.
[8] Geroldonia, Garendon, in dioec. Conventren., *OC*, 30.
[9] Sive in dioec. Leodien., *GC*, III, 1034 ; sive in dioec. Brugen., sub nomine Hemelsdaele, *GC*, V, 298.

de abbatia, et pro suis excessibus et malefactis [d] iam a personis saecularibus comprehensum, detentum et vinctum, de vinculis liberavit, reduci ad se faciens in curru [e] cum monialibus in scandalum plurimorum, de qua et multa referuntur inhonesta, quia per personas fide dignas et litteras porrectas Capitulo generali contra ipsam constat Capitulo generali quod praemissis veritas suffragetur, deponitur in instanti [f].

Abbatissa monialium de Treberiz [1] quae passim et indifferenter 57
recipit in abbatia sua ad comestionem carnium et ad pernoctandum nobiles dominas et alias mulieres et familias ipsarum contra formam Ordinis, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum abbatissae. Abbas de Luben [2] hoc visitatori suo denuntiet.

Abbas de Fonte [a] Sanctae Mariae [3] qui minus discrete contra 58
formam Ordinis obligavit se per litteras suas saecularibus in triginta marchis argenti, quadraginta diebus sit extra stallum, et tribus diebus in levi culpa uno eorum in pane et aqua.

1253

Domni Martène error anno praecedenti citatus etiam in hoc anno deprehenditur : tredecim nempe statuta tamquam ad annum 1253 pertinentia sunt citata in *Thesauro*, t. IV, col. 1399-1400, qui iterum quatuor ex illis sub anno 1263 repetit col. 1422.

Omnia haec decreta in eorum authentico anno infra invenies.

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio statuta sunt apud Cistercium tempore Capituli generalis.

Diffinitioni anno praeterito latae super paternitate abbatiarum 1
monialium, ubi dicitur ut quicumque abbas alicuius abbatiae monialium paternitatem possedit decennio, additur quod nomine

---

[d] maleficiis : *MP*[1]. [e] conventu : *L*[1]. [g] Abbatissa Cœli vallis deponitur, etc. : *haec tantum apud W*.

57 : *P*[1].

58 : *L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Ponte : *L*[2]*MP*[10].

1253. [a] *Titulus apud P*[1] *tantum*

1 : *L*[2]*P*[1]*P*[10].

---

[1] Trebnitz, in dioec. Vratislavien., *SM*, XXXVII, 40.

[2] Luba, Leubus, in Silesia, dioec. Vratislavien., *OC*, 171.

[3] Alias Landstrass, in Carniolia, dioec. Labacen., *OC*, 247.

suae abbatiae, et quicumque visitaverit aliquam abbatiam monachorum sive monialium ponat in carta suae visitationis cuius auctoritate dictam faciat visitationem.

2 Quoniam grave onus Ordinis et gravamen redundare posset in posterum, districte et sub poena inobedientiae inhibetur abbatibus universis, ne ad cuiuscumque precum instantiam pro pace interfectorum inter amicos superstites reformanda, seu alia quacumque de causa assumant sibi procurare seu impetrare missarum suffragia a Capitulo generali, nec super hoc litteras saecularium recipiant vel asportent [a].

3 Petitio abbatis de Caravalle [1] in Lombardia de non suscipiendo hospites per biennium, exauditur; hoc idem conceditur Locedii [2] et Septem Fontium [3] abbatibus et conceditur abbati de Loco Sanctae Mariae [4] in Anglia ut, durante causa quam habet arduam, ad susceptionem hospitum minime teneatur.

4 Petitio nobilis domini comitis Leicestris [5] de anniversario piae recordationis patris et matris suae et liberorum suorum solemniter in crastino sanctorum Ioannis et Pauli in conventu faciendo sedendo tamen, quod anniversarium privatim pro patre suo fieri consueverat per universum Ordinem, exauditur.

5 Pro reverendo patre domino Albanensi episcopo [6] cui concessum fuerat plenarium servitium per Ordine universum, persolvatur, et fiat eius anniversarium octavo idus ianuarii per Ordinem universum.

6 Pro illustrissima domina Blancha [7] regina Franciae iam defuncta fiat in anno praesenti duplex servitium, et duplex in sequenti et solemniter fiat anniversarium quarto [a] kalendas decembris per Ordinem universum.

---

2 : *L*¹*P*¹. — [a] apportent : *P*¹.
3 : *P*¹.
4 : *P*¹.
5 : *P*¹.
6 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. — [a] quarto : *deest M*.

---

[1] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[2] Locedio, in Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.
[3] Sept-Fons, in dioec. Molinen., *OC*, 25.
[4] Sic aliquando vocata Swineshead Abbey in dioec. Lincolnien., *OC*, 101.
[5] Simon, Montisfortis comes, † 1265, *BB*, II, 4275.
[6] Petrus de Collemedio, card. episc. Albanen. 1244-†25 maii 1253, *HC*, I, 35.
[7] Blancha de Castella, † 1252, 1 decemb. in abbatia cist. de Maloduno (Maubuisson).

Petitio reverendi patris domini Stephani [1] tituli Sanctae Mariae transtiberinae [a] presbyteri cardinalis, devotissimi amici Ordinis et defensoris, qui petiit [b] unam collectam pro defunctis diebus singulis dicendam post eius obitum in missa pro defunctis in abbatia de Palatiolis [2] tantum, quam ipse fundavit et de plenario servitio, necnon et de anniversario ipsius post eius obitum faciendo per universum Ordinem, exauditur. **7**

Petitio abbatis de Alta Christa [3] de duabus missis, in conventu suo tantum, celebrandis die sanctorum Mauricii sociorumque eius, maxime cum ibidem multae reliquiae dictorum sanctorum, ut asseritur, exauditur. **8**

Petitio abbatum de Polonia de faciendo festo sancti Audeberti in abbatiis ipsorum, exauditur. **9**

Petitio venerabilis patris domini episcopi Agetnen [4] de uno monacho religioso et honesto secum habendo de sua dioecesi, dummodo honestis deputetur officiis, exauditur. **10**

Petitio nobilis dominae de Monte Sancti Ioannis de uno converso de domo Firmitatis secum habendo, dummodo honestis deputetur officiis, exauditur. **11**

Petitio abbatis Belli montis [5] de faciendo anniversario in domo sua pro principe Antiochiae, exauditur. **12**

Petitio venerabilis patris sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopi [6] de associando beneficiis et orationibus Ordinis Godefridum, militem suum nuper interfectum, exauditur ; et hoc per abbatem Vallis Sancti Petri [7] dicto archiepiscopo ex parte Capituli intimetur. **13**

---

7 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] transtiberini : *L²P¹⁰*. [b] petivit : *P¹* ; petit : *M*.
8 : *P¹*.
9 : *P¹*.
10 : *P¹*.
11 : *P¹*.
12 : *P¹*.
13 : *P¹*.

---

[1] Stephanus de Normandis, † 1254, *HC*, I, 44.
[2] Seu Palazzuolo, in Campania romana, dioec. Albanen., *OC*, 244.
[3] Hautcrêt, in Helvetia, dioec. Lausanen., *OC*, 71.
[4] Guillelmus, Agennen. episc. 1247-1263, dein. trans. ad Hierosol., *SE*, 479 ; *HC*, I, 77.
[5] Beaumont, in Syria, dioec. Tripolitan., *OC*, 139.
[6] Conradus de Hochstaden, 1238-1261, *SE*, 270 ; *HC*, I, 198.
[7] Alias Heisterbach, in dioec. Colonien., *OC*, 189.

14 Inspectio abbatiae monachorum de Bisso [1] in Polonia quam vult fundare nobilis vir Casimirus dux Poloniae, de Andreo [2] et de Compuenetia [3] committitur abbatibus in plenaria Ordinis potestate qui ad locum personaliter accedentes, pensatis omnibus quae secundum Ordinem sunt pensanda, quid invenerint sequenti anno renuntient Capitulo generali.

15 Inspectio loci ad quem petunt transferri comes de Friborc et frater eius abbatiam monialium de Rital [4], de Paris [5] et de Sancto Urbano[6] committitur abbatibus in plenaria Ordinis potestate qui personaliter accedentes ad locum, etc., et quid inde, etc.

16 Inspectio abbatiae de Ordine sancti Benedicti scilicet de Monte [7], archiepiscopatus Ravennensis, de Sancta Maria in plano Esine [8] et Sancti Angeli [9] Camerinensis dioecesis quae Ordini nostro volunt incorporari, de Sancta Maria in Strata[10] et de Cliant[11] committitur abbatibus qui ad loca ipsa personaliter accedentes pensatis omnibus, etc., et quid inde, etc.

17 Inspectio loci in quo vir religiosus archidiaconus Mediolanensis petit aedificari abbatiam monachorum, de Cherreto[12] et de Capite latus[13] committitur abbatibus qui ad locum, etc., et quid inde, etc., et sit filia Caraevallis[14].

18 Querela abbatis de Rievalle[15] contra abbatem et conventum de

---

14 : *P*¹.
15 : *P*¹.
16 : *P*¹.
17 : *P*¹.
18 : *P*¹.

---

[1] Deinde vocata est abbatia Coronovia, Koronowo, in dioec. Vladislavien., *OC*, 250.

[2] Andrejovia, Jedrzejow, in Polonia, antiq. dioec. Cracovien., *OC*, 117.

[3] Clara Provincia, Koprzywnica, in Polonia, dioec. Cracovien., *OC*, 184.

[4] Rheintal, in dioec. Constantien., *SM*, XXXVII, 35.

[5] Parisium, Pairis, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 56.

[6] Saint-Urban, in Helvetia, dioec. Basileen., *OC*, 200.

[7] S. Benedictus de Monte Favali, in patrimonio S. Petri, dioec. Pisauren., *OC*, 250.

[8] Admissa non fuit; cf. infra ann. seq. stat. 10.

[9] Admissa non fuit; cf. ibid.

[10] In dioec. Bononien., *OC*, 248.

[11] Cliente, in Piceno, dioec. Camerinen., *OC*, 66.

[12] Ceretum, Cerreto, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 43.

[13] SS. Trinitas de Capite Lacus, in Lombardia, dioec. Mediolan., *OC*, 240.

[14] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.

[15] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.

Bellalanda [1], de Furnesio [2], de Fontibus [3] et de Mira valle [4] abbatibus iterato committitur in plenaria Ordinis potestate iudicio terminanda, qui sine morae dispendio si alteram partium contra alteram invenerint excessisse, iuris ordine servato procedant celeriter et emendent in qua super hiis de cetero non oporteat commissionis mandatum innovari, et quid inde, etc.

Querela abbatis de Florano [5] contra abbatem de Rineto [6], de Pontealto [7] abbate committitur in plenaria Ordinis potestate pace, etc., et quid inde, etc. 19

Querela abbatis et conventus de Mazat [8] nigri Ordinis contra abbatem de Monte petroso [9] nostri Ordinis, de Septem Fontibus[10] et de Valle lucida[11] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pace vel, etc., quia in hoc consensit procurator dictorum abbatis et conventus de Mazat, qui dictam querelam detulit ad Capitulum generale, et quid inde, etc. 20

Querela abbatis Fontineti[12] contra abbatem Quintiaci[13], de Pruliaco[14], de Landesio[15] et de Reigniaco[16] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pace etc., et quid inde, etc. 21

Cum querela gravis de abbate Vallis Sanctae [a] Mariae[17] delata fuit ad Capitulum generale qui de manu nobilis dominae Isabellae relictae domini Bochardi [b] Montis morae [c], non ad se retraxit 22

---

19 : *P*¹.
20 : *P*¹.
21 : *P*¹.
22 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] beatae : *L*²*MP*¹⁰. [b] Rochardi : *P*¹⁰. [c] Montismorenon : *P*¹ ; Montismore : *P*¹⁰.

---

[1] Byland, in dioec. Eboracen., *OC*, 105.
[2] Furness Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 97.
[3] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.
[4] Mereval, in dioec. Wigornien., *OC*, 114.
[5] Flaranum, Flaran, in Vasconia, dioec. Auxitanen., *OC*, 126.
[6] Rivetum, in Guiennia, dioec. Burdigalen., *OC*, 191.
[7] Pontaut, in Vasconia, dioec. Aduren., *OC*, 127.
[8] Mauziacum, Mauzac, O. S. B., *GC*, II, 351.
[9] Montpeyroux, in Alvernia, dioec. Claromonten., *OC*, 13.
[10] Sept-Fons, in dioec. Molinen., *OC*, 25.
[11] Vauluisant, in Alvernia, dioec. Claromonten., *OC*, 201.
[12] Fontanetum, Fontenay, in dioec. Divionen., *OC*, 8.
[13] Quincy, in dioec. Senonen., *OC*, 27.
[14] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[15] Landais, in dioec. Bituricen., *OC*, 16.
[16] Rigny, in dioec. Senonen., *OC*, 15.
[17] N.-D. du Val, in dioec. Versalien., *OC*, 42.

executionem dicti mariti sui in grave dispendium dicti testamenti et opprobium Ordinis, ut dicitur, tepide et pusillanimiter se habuerit [d], nec ad exequendum [e] processit ut debuit, praecipitur auctoritate Capituli generalis ut praeteritam culpabilem negligentiam subsequentis diligentiae celeritate recompenset [f], ita quod postposito omni timore, gratia, odio vel favore, infra Nativitatem [g] Domini proxime sequentem [h] testamenti executio consummetur.

23 Committitur autem a Capitulo generali de Caroliloco [1] et de Regali monte [2] abbatibus ut negligentiam dicti abbatis de Valle Sanctae Mariae si in aliquo de cetero culpabilis repertus fuerit, per censuram Ordinis debita punitione castigent, et quid inde, etc.

24 Conceditur abbati de Bildenans [3] et filio suo de Bansinwer [4] ut possint facere festum XII lectionum in domibus suis de sancta Wenefreda virgine et martyre. Hoc idem conceditur fieri de festo sancti Eduardi in abbatia Sancti Eduardi [5].

25 Propter multa [a] miracula quae Dominus dignatus est facere meritis fratris Ioannis [6] monachi Longipontis [7], quondam domini Montismirabilis, conceditur a Capitulo generali ut in ecclesia ipsius abbatiae corpus dicti Ioannis honorifice sepeliatur.

26 Quoniam gravis querela delata est Capitulo generali de monachis quibusdam de Ordine, praelatis Siriae et Cipri associatis, de Bellomonte [8] in Siria et de Belloloco [9] in Cipro abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate ut, inquisita super hoc diligentius veritate, dictos monachos prout viderint puniant, et si necesse fuerit ad propias domos remittant in plenaria Ordinis potestate.

---

[d] habuit : P^1. [e] prosequendum : P^{10}. [f] recompensent : P^1P^{10}.
[g] Natale : P^{10}. [h] sequentis : P^1 ; sequens : L^2P^{10}.
23 : P^1.
24 : P^1.
25 : $L^1L^2MP^1P^{10}T^5$. [a] magna : P^1.
26 : P^1.

---

[1] Châlis, in dioec. Bellovacen., *OC*, 44.
[2] Royaumont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 230.
[3] Bildwas, in Anglia, dioec. Cestren., *OC*, 102.
[4] Basingwerk, in Wallia, dioec. Assaven., *OC*, 99.
[5] Locus S. Eduardi, seu Netley, in dioec. Wintonien., *OC*, 242.
[6] Joannes (beatus) de Montemirabili, † 1217, *BB*, I, 2448.
[7] Longpont, in Picardia, dioec. Suessionen., *OC*, 22.
[8] Beaumont, in Syria, dioec. Tripolitan., *OC*, 139.
[9] Beaulieu, in insula Cypro, suburbiis Nicosiae, *OC*, 238.

Abbates de Kirieleison [1] et de Choro Benedicti [2] in Hibernia qui iam per XIV annos non venerunt ad Capitulum generale ut propositum fuit in Capitulo a patre abbate, poenam peragant in Usibus constitutam et nihilominus sequenti anno venire non omittant. Abbas de Colle victoriae [3] hoc eis denuntiet, et quid inde, etc. **27**

Abbas Novi castri [4] qui promovit in abbatem personam minus sufficientis litteraturae, quae propter insufficientiam suam oportuit postea [a] ab officio suo amovere, secundum Ordinis instituta, tribus diebus sit in levi culpa, et quadraginta diebus extra stallum abbatis. Electores vero poenam peragant in Usibus constitutam. **28**

Abbas de Fonte [a] Sanctae Mariae [5] quin non certificavit Capitulo generali utrum poenitentiam egerit sibi inflictam a Capitulo generali, poenam peragat in Usibus constitutam. Abbas de Runa [6] hoc ei denuntiet. **29**

De Sancto Galgano [7] et de Ripalta [8] abbates quibus commissa fuit inspectio abbatiae monachorum de Fancealm [9], Pisanae dioecesis, et nihil renuntiaverunt Capitulo generali, poenam peragant in Usibus constitutam. Abbas Sancti Anastasii [10] de Urbe hoc eis denuntiet. **30**

De monialibus Sanctae Crucis [1], Missenensis dioecesis, quae visae sunt, ut dicitur, Ordinis repugnare statutis et per malum apostasiae cervices suas de sub iugo Ordinis excutere, de Walke- **31**

27 : P^1.
28 : L^1P^1. [a] postea : *deest* P^1.
29 : P^1. [a] Ponte : *ms*.
30 : P^1.
31 : P^1.

[1] Alias Odorney, in Hibernia, dioec. Artferten., *OC*, 137.
[2] Alias Monaster-Ore, Chore, in Hibernia, dioec. Cloynen., *OC*, 178.
[3] Seu Knockmoy, in Hibernia, dioec. Tuamen., *OC*, 192.
[4] Neubourg, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 18.
[5] Seu Landstrass, in Carniola, dioec. Labacen., *OC*, 247.
[6] Reun, in Styria, dioec. Secovien., *OC*, 17.
[7] In Tuscia, dioec. Volaterran., *OC*, 205.
[8] In Pedemontio, dioec. Derthonen., *OC*, 180.
[9] Cf. ann. 1251, stat. 28 ; 1252, stat. 22 ; agebatur de abbatia monialium ; an quaestio sit de abbatia S. Michaelis de Verruca, in valle Arni et dioec. Pisana ? cf. *OC*, 254.
[10] SS. Vincentius et Anastasius, prope Romam, *OC*, 62.
[11] Heiligenkreuz, cf. *SM*, XXXVII, 17.

rende [1] et de Sichem [2] abbatibus committitur qui ad ipsas personaliter accedentes moneant ipsas et inducant cum effectu ut obedienter se habeant et quiete. Quae si salutis monita per eos non susceperint, modis omnibus secundum formam Ordinis procedendum fuerit, procedant contra ipsas auctoritate Capituli generalis in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc. Abbas de Sichem hoc collegae suo denuntiet.

32 Cum illustrissimus rex Francorum Ludovicus [3], et inclytae recordationis Blancha [4], mater eius, una cum nobili prole sua nobilibus Attrebatensi et Pictaviae comitibus, et domina Isabella sorore eorumdem orationes ab Ordine tempore Capituli generalis personaliter petituri [a] accesserint, licet fatigati ex itinere in Cistercio, non nisi de licentia Capituli generalis carnes comedere voluerunt, et hoc extra terminos, statimque discreto Ordinis iudicio sub certa poena statutum fuerit ne de cetero traheretur a posteris in exemplum, et nunc abbas Prulliaci [5] ipsius regis liberos cum multitudine subsequentium et mulieribus in domum suam receperit et licet invitus intra [b] terminos carnes sustinuerit ministrari, et mulieres ibidem pernoctare, ad cautelam futurorum diffinit et ordinat Capitulum generale ut dictus abbas Prulliaci viginti diebus sit extra stallum abbatis, tribus diebus eorum poenitentiam levis culpae [c] peragere non omittat ; reliqua vero pars [d] conventus dicat VII psalmos poenitentiales et privatim in ecclesia accipiat disciplinam ; parcitur autem omnibus personis officialibus a depositione ob ipsius dicti domini regis liberorum reverentiam et favorem.

33 Item abbas Sacri [a] portus [6] qui mulieres in domum suam sustinuit ingredi, et [b] ibidem pernoctare, et carnes sustinuit eisdem intra terminos ministrari, decem diebus sit extra stallum abbatis et tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et

---

32 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] petierint : *P*¹. [b] infra : *MP*¹⁰. [c] levioris : *P*¹ ; in levi culpa : *M*. [d] persona : *P*¹.
33 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Sancti : *L*¹. [b] licet absque : *L*¹.

---

[1] Walkenried, in dioec. Maguntin., *OC*, 15.
[2] Seu Sittichenbach, in dioec. Halberstaden., *OC*, 63.
[3] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.
[4] Blancha de Castella, † 1252.
[5] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[6] Alias Barbellum, Barbeaux, in dioec. Melden., *OC*, 111.

aqua. Prior vero et cellerarius [c] domus [d] tribus diebus [e] poenitentiam peragant culpae levioris, parcitur autem eis a poena graviori propter dictorum liberorum domini regis reverentiam et favorem [f], et maxime cum una dominarum litteras domini Papae haberet, quarum auctoritate licite poterat ingredi.

Translationem abbatiae Belliloci [1] iuxta civitatem Nicosiae, 34
licet factam Capitulo generali irrequisito, ratificat et approbat idem Capitulum generale.

De fratre Bartholomeo dicto Speten monacho Morimundi [2] 35
in Lombardia, de quo per legitima documenta constat Capitulo generali quod manifestus existat conspirator, statuit et ordinat Capitulum generale ut poenitentiae conspiratorum subiaceat et de domo propria emittatur, non nisi per Capitulum generale reversurus ; conversi vero quos suae maliciae complices habuit ad nutum abbatis Caraevallis [3] in Lombardia cui dictum committitur negotium in plenaria Ordinis potestate per censuram Ordinis castigentur, et quid inde, etc. Abbas de Capite lacus [4] hoc ei denuntiet.

Illustri viro domino Alphonso [5] comiti Pictaviae et Tholosae 36
scribatur ex parte Capituli generalis ut vicecomitem Toarci moneat, inducat et compellat ad solutionem centum solidorum turonensium annui redditus in quibus annis singulis tenetur Capitulo generali et ad arreragia persolvenda. Quod si per praedictum comitem idem negotium non poterit expediri, committitur abbati de Pinu [6] ut communibus expensis Ordinis ipsum conveniat per iudices delegatos et inde habeat litteras procuratorias Capituli generalis, et etiam litteras Capituli praesentet comiti memorato. Abbas de Castellariis [7] hoc dicto abbati denuntiet.

---

[c] cellerarii : L^1P^1. [d] dictae domus : L^1P^1. [e] sint in levi culpa : *M*.
[f] honorem : L^1.
34 : P^1.
35 : P^1.
36 : P^1.

---

[1] Beaulieu, in insula Cypro, *OC*, 238.
[2] Morimundus coronatus, in dioec. Mediolanen., *OC*, 33.
[3] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[4] S. Trinitas de Capite Lacus, in Lombardia, *OC*, 240.
[5] Fratri regis Ludovici IX, *BB*, I, 167.
[6] Le Pin, in dioec. Pictavien., *OC*, 65.
[7] N.-D. des Châtelliers, in dioec. Pictavien., *OC*, 150.

37 Cum venerabilis pater dominus Ioannes [1] presbyter cardinalis Sancti Laurentii in Lucina mandaverit Capitulo generali auctoritate Papae fieri infirmitorium in una grangia abbatiae Casaenovae [2], propter grangiarum et abbatiae distantiam, praecipit Capitulum generale ut mandatum domini Papae in hoc teneatur per omnia.

38 Viri religiosi abbas et conventus de Serse qui devote pro se petierunt orari ab Ordine, associantur beneficiis et orationibus Ordinis et inde habeant litteras Capituli generalis.

39 De magnae Ordinis misericordiae dispensatione conceditur a Capitulo generali ut frater Gosuinus [a] quondam abbas Loci Sancti Bernardi [3], qui et depositus fuit per idem Capitulum generale, pro eo quod privilegiis et libertatibus Ordinis incaute renuntians in Curia domini Papae, obligavit se pro persona saeculari per sigillum suum, iterato possit in abbatem promoveri, dummodo [b] aliud canonicum non obsistat.

1254

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto statuta sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

1 Pro [a] reverentia beati Roberti [4] domus Cistercii et Ordinis primi institutoris, ordinat Capitulum generale ut in litania [b] in singulis ipsius Ordinis domibus post beatum Bernardum nominetur, et in Laudibus et in Vesperis Beatae Mariae Virginis privatim de eo commemorationem faciant universi; in Laudibus antiphona *Collaudabunt multi*; in Vesperis antiphona *Iste cognovit*; versus *Iustus germinabit*; collecta *Intercessio*, etc.

---

37 : *$L^1L^2MP^1P^{10}$*.
38 : *P^1*.
39 : *L^1P^1*. [a] Gesanus : *L^1*. [b] ad ... non obsistat : *P^1*.
1254. [a] *Titulus apud P^1 tantum.*
1 : *$L^1L^2MP^1P^{10}T^5$*. [a] *Apud L^1 leguntur sequentia tantum* : Hic vocatur s. Robertus domus Cistercii et Ordinis primus institutor. [b] lythania : *L^2*; letania : *P^1P^{10}*.

---

[1] Ioannes de Toleto, ord. cist. card. 1244; Portuen. episc. 1262, † 1275, *HC*, I, 43, 36.
[2] Caja nova, in Aprutio, dioec. Pennen., *OC*, 199.
[3] In Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 240.
[4] S. Robertus, † 1110, *BB*, II, 3999.

Item ut Ordo noster assidue luce divinae [a] sapientiae resplen- 2
deat, sicut vitae rutilat sanctitate, et ibi laxentur [b] retia in capturam ubi abundat piscium multitudo, mandatum domini Papae directum Capitulo generali, quod apud Sanctum Bernardum Parisius [c] novitii recipiantur et ibidem secundūm formam Ordinis profiteantur, approbat et gratum habet hoc ipsum [d] Capitulum generale.

Statuit et ordinat [a] Capitulum generale ut [b] omnium solemni- 3
tatum quae in Ordine habent vigilias, si contigerit eas secunda feria evenire, praecedenti sabbato in cibo quadragesimali ieiunium celebretur, cum hoc ipsum Summus Pontifex duxerit statuendum ; missa [c] vero et totum officium fiet sicut fieri consuevit.

Cum pro vitandis animarum periculis et [a] scandalis restrin- 4
gendae sint personarum Ordinis ad domos alias emissarum evagationes, et ad aures Capituli generalis super huiusmodi [b] graves querelae pervenerint, statuitur ut si tales a debito itinere per unam dietam diverterint pro fugitivis habeantur, abbates vero, qui tales mittunt eis terminum rationabilem non nimis extensum praefigant, si vero dictos emissos per infirmitatem manifestam, vel alias causas certas et iustas contigerit retardari, abbas in cuius domo vel terra [c] talia impedimenta occurrerint, abbati ad quem mittuntur suas inde litteras dirigat testimoniales, nec non et alias de conductu ; tales vero si forte per civitatem Parisiensem [d] transierint, nisi una nocte ibidem pernoctare non praesumant.

De forma professionis fratrum capellanorum, clericorum et 5
conversorum monialium nostri Ordinis, sic determinat Capitulum generale ut videlicet [a] anno novitiatus expleto in Capitulum ipsarum monialium [b] venientes prostrati misericordiam petant, et deinde eisdem breviter exposita Ordinis asperitate perseverantiam promittentes, proprietati ibidem renuntient more Ordinis consueto, deinde libro regulae super genua abbatissae sedentis apposito, flexis genibus et manibus supra dictum librum dicant :

---

2 : $L^1L^2MP^1P^{10}T^5$. [a] divina sapere resplendeat : P^1. [b] leventur : M. [c] Parisiis : L^1 ; Parisien. : L^2. [d] ipsum : *deest* P^1.

3 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] hoc ipsum : L^1. [b] et : P^{10}. [c] missae : P^{10}.

4 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] et scandalis : *deest* L^1. [b] huiuscemodi : P^1. [c] ecclesia : L^1 ; circa : $L^1P^1P^{10}$. [d] Parisiis : L^1 ; Parisius : P^1P^{10}.

5 : $L^1L^2MP^1P^{10}T^5$. [a] verbi gratia : L^1. [b] ante analogium : T^5.

Promitto vobis obedientiam de bono usque ad mortem ; abbatissa vero respondeat : Det tibi Deus vitam aeternam ; conventus vero respondeat : Amen. Quibus peractis, osculato libro, recedant.

6 Cum dominus Cistercii commississet abbati de Sora [1] visitationem filiae suae de Herivado [a] [2] secundum formam Ordinis in [b] plenaria potestate, ipse assumpto filio suo abbate de Asylo [c] [3], certa die assignata ad visitationem faciendam, ambo pariter ad Capitulum venientes et visitationem incipientes in prima cessione [d] statim praecipitanter nulla causa peremptoria probata contra abbatem [e] loci, nulla copia sibi data deliberationis et defensionis, nulloque servato iuris ordine contra nostri Ordinis instituta, sicut nobis per litteras eorumdem patentes, et duos monachos unum de Cistercio et alium de dicta domo constitit evidenter, in abbatem dictae domus depositionis sententiam fulminarunt, quam sententiam dictus dominus abbas Cistercii et Capitulum generale denuntiant [f] esse nullam ; unde cum sit ab Ordine constitutum ut si quis abbas alium iniuste deposuerit recipiat talionem, dicti abbates de Sora et de Asylo [g] deponuntur in instanti [h]. Abbas de Esrom [i] [4] hoc eis denuntiet ; ista vero sententia, ut a simili praecipitatione in posterum caveatur, in omnibus domibus Ordinis habeatur [j].

7 Omnes orationes pro domino Papa [5], pro cardinalibus, pro statu Ecclesiae, pro domino rege Franciae [6], pro fratribus suis, pro uxoribus et liberis eorumdem, pro bono statu totius terrae [a] ipsorum [b], anno praeterito statutae, ab omnibus integraliter observentur ; collectam tamen *Adesto Domine*, etc. quae in horis B. Mariae dici solet, privatim nemo dicere teneatur ; loco etiam ipsius missae *Salus populi*, quae sexta feria dici consuevit dicatur

6 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*T*⁵*W*. [a] Herinado : *P*¹ ; Herivadi : *T*⁵. [b] in plen. potest. : *deest* *T*⁵. [c] Ariso : *L*¹ ; Sylo : *P*¹⁰ ; Assilo : *T*⁵. [d] prosessione : *P*¹. [e] dicti loci : *L*¹*P*¹. [f] denuntiat : *P*¹⁰. [g] Ariso : *L*¹ ; Asilo : *T*⁵. [h] *hic desin.* *L*¹. [i] Esron : *P*¹*M*. [j] *T*⁵ *add.* : Tria ibi commemorata monasteria de Sora, de Esrom et de Axilo extant in Dania.
7 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Terrae sanctae : *M*. [b] eorum : *P*¹.

[1] Soroë, in Dania, dioec. Roskilden., *OC*, 145.
[2] Herrevad, in Dania, dioec. Lunden., *OC*, 80.
[3] Seu As, in Dania, dioec. Lunden., *OC*, 197.
[4] In Dania, dioec. Roskilden., *OC*, 136.
[5] Innocentius IV, 1243-1254.
[6] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.

missa de sancta Cruce et collecta *Ineffabilem*, ad ipsam missam loco competenti. Dicantur etiam nihilominus pro domino rege et regina Franciae et fratribus ipsius et Isabella sorore sua et liberis eorum una missa de Spiritu Sancto, et alia de Beata Virgine, et tertia de sancta Cruce a singulis sacerdotibus per Ordinem universum.

Item [petitio] Pragensis episcopi [1] de anniversario suo faciendo **8**
post eius obitum per Ordinem universum, exauditur secundum quod abbas Morimundi petivit, videlicet quod post eius obitum pro quo fit anniversarium associetur.

Inspectio abbatiae de Bisso [2] in Polonia quae iam commissa **9**
fuerat de Andrea [3] et Copuinitia [4] abbatibus iterato eisdem committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et sit filia de Sylio [5], et quid inde, etc.

Abbates de Sancta Maria in Strata [6] et de Cliento [7] quibus **10**
commissa fuit inspectio abbatiarum Ordinis sancti Benedicti, scilicet de Sancta Maria in Monte [8], archiepiscopatus Ravennensis, de Sancta Maria in plano Esine et Sancti Angeli Camerinensis dioecesis, quae Ordini nostro incorporari volebant, qui super hoc renuntiaverunt Capitulo generali quod de duabus desperant, de tertia vero confidunt quod negotium perduci valeat ad effectum, iterum in negotio praedicto procedant auctoritate Capituli generalis, et quid inde, etc. Abbas Fontis vivi [9] hoc eis denuntiet.

Inspectio loci ad quem petunt transferri abbates et conventus **11**
sanctae Mariae in Strata [10] Bononiensis abbatiam suam, de Fonte-

8 : P^1.
9 : P^1.
10 : P^1.
11 : P^1.

[1] Nicolaus de Riesenburg, 1241-1258, *SE*, 303 ; *HC*, I, 408.
[2] Deinde vocata est Coronovia, Koronowo, in dioec. Vladislavien., *OC*, 250.
[3] Leg. Andreo, i. e. Andrejovia, in Polonia, antiq. dioec. Cracovien., *OC*, 117.
[4] Clara Provincia, Koprzywnica, in Polonia, dioec. Cracovien., *OC*, 184.
[5] Sulejow, in Polonia, dioec. Gnesnen., *OC*, 175.
[6] In dioec. Bononien., *OC*, 248.
[7] Cliente, in Piceno, dioec. Camerinen., *OC*, 66.
[8] Cf. ann. praec. stat. 16.
[9] In ducatu et dioec. Parmen., *OC*, 68.
[10] Cf. stat. praeced.

vivo [1] et de Brondolo [2] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et quid inde, etc.

12 Inspectio abbatiae monialium de Rintal [3] quam petit transferri comes de Friborch, de Paris [4] et de Sancto Urbano [5] abbatibus iterato committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et si sine magno proximarum domorum gravamine id fieri posse perspexerint dictam abbatiam transferri faciant et conventum illuc introducant, et quid inde, etc.

13 Querela abbatis de Rivo Sanctae Mariae [6] contra abbatem de Walquerede [7], de Campo [8], de Asmelenebogue [9] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pace etc., et quid inde, etc.

14 Querela abbatis de Sancto Leonardo de Calmis[10] contra abbatem de Bonavalle[11] in Pictavia committitur de Gratia Dei[12], de Morolia[13] et de Ré[14] abbatibus in plenaria Ordinis potestate pace, etc., et quid inde, etc.

15 Querela nobilis viri Ioannis comitis Burgundiae et domini Salinensis[15] contra abbatem de Salteria[a] [16], de Vaulereia[b] [17], de Bossoleia[c] [18] et de Strafort[d] [19] abbatibus committitur in plenaria

12 : *P*¹.
13 : *P*¹.
14 : *P*¹.
15 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Saltreia : *L*¹, *qui statim add.* : committitur, etc. Et deinde sequitur ut cum Ordo velit quantumcumque... *etc. ut supra.* [b] Vanleria : *P*¹. [c] Bosseleya : *P*¹.

[1] Cf. stat. praeced.
[2] In paludibus Venetiarum, dioec. Fossae Clodiae, *OC*, 232.
[3] Rheintal, *SM*, XXXVII, 35.
[4] Parisium, Pairis, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 56.
[5] Saint-Urban, in Helvetia, dioec. Basileen., *OC*, 200.
[6] Seu Scharnebeck, in provinc. Hannov., dioec. Verden., *OC*, 244.
[7] Walkenried, in dioec. Maguntin., *OC*, 15.
[8] Vetus Campus, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
[9] Amelungsborn, in dioec. Hildeshemen., *OC*, 38.
[10] St-Léonard des Chaumes, in dioec. Rupellen., *OC*, 156.
[11] Bonnevaux, in dioec. Pictavien., *OC*, 13.
[12] In dioec. Rupellen., *OC*, 34.
[13] B. M. de Moroliis, Moureilles, in dioec. Rupellen., *OC*, 132.
[14] N.-D. de l'île de Ré, in dioec. Santonen., *OC*, 139.
[15] Guillelmus de York, Savesberien. episc. 1247-1256, *SE*, 197 ; *HC*, I, 435.
[16] Saltrey, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[17] Waverley, in dioec. Wintonien., *OC*, 16.
[18] Boxley, in dioec. Cantuarien., *OC*, 91.
[19] Stratford Langthorne, in dioec. Londonien., *OC*, 102.

Ordinis potestate pace, etc., et quid inde etc. Et cum Ordo velit quantumcumque [e] secundum Deum potest esse dicto favorabilis et devotus, scribatur ei [f] quod ultra mare trahi non possunt abbates de Anglia in causam propter indulgentiam domni Papae in contrarium sibi factam.

Querela abbatis de Alta Christa [1] contra abbatem de Tela [2], **16**
de Roseriis [3], de Bonomonte [4] et de Alpibus [5] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate et quid inde, etc.

Querela abbatis de Orseria [6] contra abbatem et conventum de **17**
Melone [7], de Superaddo [8], de Meira [9] et de Monte fero[10] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pace, etc., et quid inde, etc.

Querela abbatis de Pipnella[11] contra abbatem de Wardona[12], de **18**
Quinquestade[13], de Combremare[14] et de Loco Sanctae Mariae[15] in Oilande abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate et quid inde, etc.

Querela abbatis de Stanleya[16] in Vailceyria contra abbatem **19**
Belliloci regis[17], de Waureleya[18], de Strafort[19] et de Waldona[20]

---

[d] Straffort : *M*. [e] quidcumque : *P*1 ; [f] si : *P*10.
16 : *P*1.
17 : *P*1.
18 : *P*1.
19 : *P*1.

---

1 Altacrista, Hautcrêt, in Helvetia, dioec. Lausanen., *OC*, 71.
2 Thela, seu Montheron, in dioec. Lausanen., *OC*, 34.
3 Rozières, in Burgundia, dioec. S. Claudii, *OC*, 26.
4 Bonmont, in dioec. Gebennen., *OC*, 20.
5 St-Jean d'Aulps, ad lacum Lemannum, *OC*, 41.
6 Ursaria, Osera, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 63.
7 In Gallecia, dioec. Tuden., *OC*, 69.
8 Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 67.
9 Meyra, in Gallecia, dioec. Lucen., *OC*, 73.
10 Monfero, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 207.
11 Pipewell, in dioec. Lincolnien., *OC*, 76.
12 Wardon, in dioec. Lincolnien., *OC*, 43.
13 Kirksted, in dioec. Lincolnien., *OC*, 55.
14 Cumbermera, in dioec. Conventren., *OC*, 100.
15 Seu Swineshead Abbey, in dioec. Lincolnien., *OC*, 101.
16 Stanleia in Ardenna, in dioec. Wigornien., *OC*, 137.
17 Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210.
18 Waverleia, cf. supra stat. 15.
19 Cf. supra stat. 15.
20 Wardon, cf. stat. praeced.

abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pace, etc., et quid inde, etc.

20 Querela abbatis Fontisfrigidi [1] contra abbatem Villaelongae [2], de Galertio [3], de Vallemagna [4] et de Borbona [5] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pace etc., et quid inde, etc.

21 Querela abbatis de Esron [6] contra abbatem de Dobran [7], de Herinado [8] et de Rinvalde [9] et de Novocampo[10] abbatibus iterato committitur in plenaria Ordinis potestate pace, etc. Et ipsis praecipitur a Capitulo generali quod cum dicta causa iam propter nimiam protractionem factam, sit tediosa, infra sequens Capitulum eamdem causam studeant terminare ; si vero consilio iuris peritorum indiguerint, in communibus expensis partium sibi consilium quaerant et dictam causam infra praedictum tempus terminent omni occasione remota, et quid inde, etc.

22 Querela monialium de Monceyo[11] contra abbatissam et conventum de Remorento[12], Aurelianensis dioecesis, de Oliveto[13], de Fontanis[14] in Turonia et de Pietate Dei[15] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pace, etc., et quid inde, etc.

23 Querela abbatis de Vacellis[16] contra abbatem de Dunis[17], de

20 : *P*¹.
21 : *P*¹.
22 : *P*¹.
23 : *P*¹.

[1] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[2] Villelongue, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 122.
[3] Calercium, Calers, in comitatu Fuxensi, dioec. Riven., *OC*, 115.
[4] S.-M. de Vallemagne, in Languedocio, dioec. Montispessulan., *OC*, 138.
[5] Bolbona, Boulbonne, in dioec. Tolosan., *OC*, 123.
[6] In Dania, dioec. Roskilden., *OC*, 136.
[7] Dobranum, Doberan, in dioec. Sverinen., *OC*, 161.
[8] Herivadum, Herrevad, in Dania, dioec. Lunden., *OC*, 80.
[9] Reinfeld, in dioec. Lubecen., *OC*, 192.
[10] Neuenkamp, in Pomerania, dioec. Sverinen., *OC*, 236.
[11] Mons coelestis, Moncé, in dioec Turonen., *GC*, XIV, 335.
[12] Lieu N.-D., prope Remorentinum, *GC*, VIII, 1591.
[13] In dioec. Bituricen., *OC* 81.
[14] Fontanae Albae, in dioec. Turonen., *OC*, 100.
[15] Seu potius Claritas Dei, in dioec. Turonen., *OC*, 243.
[16] Vaucelles, in dioec. Cameracen., *OC*, 24.
[17] Les Dunes, in Belgio, dioec. Brugen., *OC*, 51.

Claromarisco [1], de Laude [2] et de Capella [3] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pace, etc., et quid inde, etc.

Cum inter abbatem Mansiadae [4] ex una parte et abbatem Sal- **24**
vatuae [5] ex altera, causa fuerit coram iudicibus a Capitulo generali delegatis ventilata super filiatione monialium de Nonenca [6] et ipsi in eadem sententiam diffinitivam protulerunt, de qua querela ad dictum Capitulum generale est ex utraque parte delata, praecipit Capitulum generale quod anno sequenti cum omnibus actis, instrumentis, rationibus et sententia, utraque pars praedicta ad Capitulum generale veniat sufficienter instructa, ab ipso Capitulo generali quod iustum fuerit auditura ; interim vero ab utraque parte dictae sententiae pareatur.

Negotium de abbate Fullensi [7] de quo multa gravia proposita **25**
sunt in Capitulo generali, committitur patri abbati [8] in plenaria Ordinis potestate ut inde faciat quod secundum Deum et Ordinem viderit expedire, et quid inde, etc.

De monacho Floridi campi [9] quondam abbate Sancti Ber- **26**
nardi[10] qui dicitur procurasse quod insidiae ponerentur abbati Clari campi[11] ad Capitulum venienti, et rebus suis spoliaretur, de Scala Dei[12] et de Hierusalem[13] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate ut dictum monachum et complices suos taliter punire, compescere et refrenare studeant per censuras Ordinis quod ceteri metum habeant talia praesumenti, et quid inde, etc.

---

24 : *P*[1].
25 : *P*[1].
26 : *P*[1].

---

[1] In Artesia, dioec. Atrebaten., *OC*, 59.
[2] Laus B. M., Loos, in dioec. Cameracen., *OC*, 116.
[3] Seu Thosan, Ter Doest, in dioec. Brugen., *OC*, 173.
[4] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivarien., *OC*, 9.
[5] Silvanesium, Silvanès, in dioec. Ruthenen., *OC*, 39 ; cf. infra ann. 1255, stat. 31.
[6] N.-D. de Nonenque, *GC* , I, 290.
[7] Fulium, Feuillant, in Languedocio, dioec. Riven., *OC*. 157.
[8] i. e. abbas Cristae, in dioec. Lingonen., *OC*, 10.
[9] Bloemkamp, in Frisia, dioec. Leovardien., *OC*, 194.
[10] S. Bernardus in Adwert, in Frisia, prope Bolswardiam, *OC*, 194.
[11] Klaarkamp, in Frisia, dioec. Leovardien., *OC*, 154.
[12] Leg. Schola Dei, Ihlo, in Frisia, dioec. Bremen., *OC*, 231.
[13] Alias Gerricum, Gerka, in Frisia, dioec. Leovardien., *OC*, 243.

27 Scribatur patri reverendo domino Legato Allemaniae et comiti Guerrensi [a] per litteras excusatorias quod de incorporandis Ordini monialibus, pro quibus scripserunt Capitulo generali, ipsum Capitulum generale suam exaudire petitionem non potest, maxime cum a Sede Apostolica Ordini sit indultum, ne ad incorporationem alicuius abbatiae monialium teneamur [b].

28 Cum nobilis vir dominus Iacobus marchio de Carreto petat quod abbatia monialium Sancti Stephani [1] de Millesimo cuius fundator existit, fiat abbatia monachorum, Sancti Andreae [2] et Ripaltae [3] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc. Abbas de Stapharda [4] hoc eis denuntiet.

29 Cum illustris rex Castellae [5] petierit a Capitulo generali ut duae filiae Calatraviae [6] remotis magistris subderentur et adunarentur in temporalibus domui Calatraviae, attendens Capitulum generale quod, prout dicitur, sine praeiudicio iuris alieni hoc ad praesens non potuit consummari, committitur de Buxeto [7] et de Valle bona [8] abbatibus ut ad loca personaliter accedentes diligenter inquirant si praedictae duae filiae domus Calatraviae et illi quorum interest in hoc voluerint consentire, et quid inde, etc. Abbas Bonae vallis [9] in Hispania hoc eis denuntiet.

30 Committitur de Alpibus[10] et de Bonomonte[11] abbatibus quod efficaciter laborent quod duae abbatiae monialium filiae Bonimontis quae sunt pauperrimae redigantur in unam, requisito nihilominus et obtento concensu episcopi dioecesani et eorum qui eadem monasteria fundaverunt, et quid inde, etc.

---

27 : *L²MP¹P¹⁰W*. [a] Querrensi : *L²*; Gueldrensi (?) : *W*. [b] teneantur : *M*.
28 : *P¹*.
29 : *P¹*.
30 : *P¹*.

---

[1] Sic citata in *ms.* 925 *Arsenal.*
[2] S. Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Januen., *OC*, 22.
[3] In Pedemontio, dioec. Derthonen., *OC*, 180.
[4] Stafarda, in Pedemontio, dioec. Salutien., *OC*, 36.
[5] Alphonsus X, 1252-† 1284, *BB*, I, 165.
[6] Militia ex ord. cist. orta, *TB*, I, 547.
[7] Buxetum, Bugedo, in veteri Castella, dioec Burgen., *OC*, 167.
[8] Valbuena, in veteri Castella, dioec. Palentin., *OC*, 71.
[9] Bonaval, in Castella nova, dioec. Toletan., *OC*, 152.
[10] St-Jean d'Aulps, ad lacum Lemannum, *OC*, 41.
[11] Bonmont, in Helvetia, dioec. Gebennen., *OC*, 20.

Petitio abbatis de Castellariis [1] de facienda commemoratione beati Mavuntii et beatae Radegundis in domo sua in conventu, exauditur. 31

Petitio abbatis Sancti Georgii [2] de faciendo in domo sua festo eiusdem sancti cum una missa et XII lectionibus, exauditur. 32

Petitio abbatis de Ursaria [3] de festo sanctae Euphemiae, cuius corpus venerandum in cathedrali ecclesia habetur, in domo sua faciendo cum una missa et XII lectionibus, exauditur. 33

Petitio abbatis de Sancto Galgano [4] de faciendo festo eiusdem sancti in domo sua cum una missa et XII lectionibus, exauditur. 34

Petitio [a] nobilis dominae comitissae Flandriae [5], amicae Ordinis spiritualis, de conversis Ordinis assumendis de abbatiis terrae suae committitur abbati Claraevallis ita quod ipse auctoritate Capituli generalis eidem assignet religiosos et honestos quos viderit expedire, et quibus tamen nihil committatur contra Ordinis honestatem. 35

Petitio nobilis viri G. Dapfini Viennensis et comitis Albionensis de uno converso de domo Bonae vallis [6] secum pro eleemosynario assumendo, exauditur. 36

Petitio abbatis Sancti Pantaleonis [7] de festo eiusdem sancti faciendo in domo sua cum una missa et XII lectionibus, exauditur. 37

---

31 : *P*¹.
32 : *P*¹.
33 : *P*¹.
34 : *P*¹.
35 : *L*¹*P*¹. [a] *Apud L*¹ : Committitur abbati Claraevallis ut concedat auct. Cap. gen. dominae comitissae Flandriae, amicae Ordinis speciali, tot conversos de abbatiis terrae suae quot viderit expedire, modo nihil committatur contra ord. honestatem.
36 : *P*¹.
37 : *P*¹.

---

[1] N.-D. des Châtelliers, in dioec. Pictavien., *OC*, 150.
[2] Sive Vallis S. Georgii, in dioec. Maguntin., sive S. Georgius de Jubino, prope antiochiam Syriae, *OC*, 67, 217.
[3] Osera, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 63.
[4] In Tuscia, dioec. Volaterran., *OC*, 205.
[5] Margarita, de Constantinopoli dicta, † 1280.
[6] Bonnevaux, in Delphinatu, dioec. Viennen., *OC*, 7.
[7] In ditione et dioec Lucan., *OC*, 235.

38 Petitio abbatis Clari campi [1] in Frisia de faciendo festo sancti Bonifacii, dictae terrae apostoli, in domo sua cum una missa et XII lectionibus, exauditur.

39 Abbas de Choro Benedicti [2] qui iam pluribus annis non venit ad Capitulum generale et venire debuit, poenam peragat in Usibus constitutam, videlicet quod stallum abbatis non intret et omni sexta feria sit in pane et aqua donec Cistercio se praesentet, et sequenti anno veniat ad Capitulum omni occasione remota. Abbas Ieripontis [3] hoc ei denuntiet. Similem poenam sustineant abbates de Apulia, de Silicia, de Calabria et de Terra laboris qui hoc anno non venerunt ad Capitulum generale et nihilominus sequenti anno veniant omni occasione remota. Abbates de Sancto Galgano [4] et de Sancto Pantaleone [5] hoc eis denuntient.

40 Abbates de Luquena [6] et de Obra [7] qui simili modo non venerunt similem poenam sustineant. Abbas de Linda [8] hoc eis denuntiet.

41 Capitulum generale petitioni praepositi et priorissae de Novo Claustro [9] per abbatem de Welegrath[10] oblate annuens, concedit eis plenariam participationem omnium bonorum, quae fiunt in Ordine.

1255

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto statuta sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

---

38 : *MP¹W*.
39 : *P¹*.
40 : *P¹*.
41 : *W, ex Mecklenburger Urk. Buch, II*, 48.
1255. [a] *Hic titulus apud P¹ ; apud P¹⁰* : Anno D. 1255 haec statuta sunt apud Cistercium in Cap. generali. Alexandro papa 4°; b. Guidone 3°, abbate Cistercii 24°.

---

[1] Klaarkamp, in Frisia, dioec. Leovardien., *OC*, 154.
[2] Alias Monaster-Ore, Chore, in Hibernia, dioec. Cloynen., *OC*, 178.
[3] Jerpoint, in Hibernia, dioec. Ossorien., *OC*, 180.
[4] Cf. supra stat. 34.
[5] cf. supra stat. 37.
[6] Alias Wongrowitz, in dioec. Gneznen., *OC*, 72.
[7] In Polonia, dioec. Poznanien., *OC*, 241.
[8] Seu Landa, in Polonia, dioec. Gnesmen., *OC*, 90.
[9] Neumünster, cf. *TB*, II, 2095.
[10] Welehrad, in Moravia, dioec. Olomucen., *OC*, 211.

Licet Summus Pontifex largifluae bonitatis suae consilio gratiam suam circa Ordinem universum in hoc duxerit ampliandam [a] ut abbates cum suis subditis in illis casibus, in quibus excommunicatio seu irregularitas contrahitur, absolvere et dispensare valeat, dummodo tales non sint, ut propter ipsorum enormitatem merito sit ad Sedem Apostolicam recurrendum, consulitur et iniungitur abbatibus Ordinis universi, ne huius occasione [b] gratiae, in casibus dubitabilibus de facili, et non nisi de bonorum consilio cum suis dispensent subditis, ne forte oblatam Ordini gratiam amittere contingat, concessis abutendo. Ipsi vero abbates, si huiusmodi absolutione seu dispensatione indigeant, nisi magna et evidenti necessitate et periculo, dioecesanos suos super hoc adire de facili non praesumant. 1

Cum reverendissimus et sanctissimus pater noster dominus Papa Alexander IV [1] orationes speciales dignanter duxerit requirendas, petitioni suae digna cum devotione et reverentia assurgendo statuit et ordinat Capitulum generale, ut nomen ipsius in missae canone conscribatur et nominetur, et in missa quotidiana de Beata Virgine et in illa [a] etiam quae dicitur pro defunctis, collecta dicatur assidue *Deus fidelium omnium* pro eodem et nominetur in ea et nihilominus post eius obitum anniversarium fiat per nostrum Ordinem in conventu et pro eo celebrent universi, orationes autem generales, quae tam pro ipso domino Papa quam pro statu Ecclesiae antea per nostrum Ordinem dicebantur, statuit et ordinat Capitulum generale in suo robore permanere ut videlicet ad missam quotidianam in conventu dicatur psalmus *Deus venerunt gentes*, et inter collectas alias quae sequuntur [b] pro domino Papa, prima collecta dicatur specialis et nominetur ibidem ; *Salve Regina* dicatur post Completorium, et omni sexta feria fiat processio per claustra more consueto [c]. 2

Cum frequens relatio Capituli generalis auribus inculcetur super hoc quod patres abbates, ad sussurationes et detractiones malorum, non sive gravi animarum periculo, praecipitanter [a] et nimis 3

1 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] applicandam : L^2P^{10}. [b] indigeant, nisi magna et evidenti necessitate et periculo, dioecesanos suos super hoc de facili adire non praesumant : L^1.
2 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] alia : L^2. [b] sequitur : P^1. [c] solito : P^1.
3 : $L^2MP^1P^{10}T^5$. [a] praecipiant : P^{10}.

[1] Alexander IV, 1254-1261.

de facili ad depositionem filiorum abbatum [b] procedant, de cetero damnabili temeritate procedere patres abbates non praesumant, et eorum cessiones [c] sine magna necessitate et causa rationabili ullatenus admittant, ne huiusmodi damnosa facilitas deponendi vel absolvendi abbates transeat in abusum ; qui vero iniuste deposuerint, depositionis recipiat talionem.

4 Cum Summus Pontifex ad honorem Ecclesiae sanctae Dei pro festo beati Dominici [1] confessoris Ordinis Praedicatorum institutoris et beati Petri [2] martyris eiusdem [Ordinis] per Ordinem universum faciendo, devotis precibus, exhortationibus et mandatis dignatus sit aures Capituli generalis propulsare [3], tantisque precibus preces suas addiderit dominus Hugo [4] tituli sanctae Sabinae presbyter cardinalis, amicus Ordinis specialis, statuit et ordinat Capitulum generale ut festum beati Dominici confessoris die suo cum XII lectionibus et una missa tantum fiat per Ordinem universum, et fiat de eo sicut de beato Hieronimo ; festum vero beati Petri martyris eiusdem Ordinis fiat similiter cum una missa et XII lectionibus tertio kalendas maii. Sed quoniam dies illa officium beati patris nostri Roberti, primi Cistercii abbatis, occupat, fiat festum beati Petri martyris die precedente, et de eo fiat sicut unius martyris non pontificis.

5 Auctoritate Capituli generalis praecipitur omnibus abbatibus, quibus auctoritate ipsius Capituli generalis querelae Ordinis nostri committuntur, ut querelas ipsas infra annum a die susceptionis mandati praedicti Capituli generalis studeant quantocius et melius potuerint terminare, alioquin tamen qui hoc facere non potuerint, intimare procurent Capitulo generali et nihilominus interim omnem adhibeant operam et efficaciter elaborent qualiter querelae illae quantocius poterit commode finem debitum sortiantur ; in causis autem Ordinis de plano et sine iudiciali strepitu procedatur.

---

[b] seu cessationem compulsivam prorumpant, ea districtione qua potest fieri praecipit Capitulum generale ut statutis Chartae Charitatis diligenter observatis ad depositionem filiorum suorum patres abbates de cetero damnabili... : T^5, *etc. ut supra.* [c] cessationem : T^5.

4 : P^1.

5 : P^1.

---

[1] † 1221, canonis. 1234, *BB*, I, 1211.

[2] † 1252, canonis. 1253, *BB*, II, 3726.

[3] Potthast, *Regesta*, nº 15940 ; cf. Martène, *Thesaurus*, t. I, 1063.

[4] Hugo de S. Caro, ord. Praed. 1244-1263, *HC*, I, 46.

Cum filiatio fratrum de Calatravia [a] [1] ad domum Morimundi non solum diuturna temporis praescriptione, verum etiam ad petitionem Capituli generalis iam apostolica gratia confirmata pleno iure pertinere noscatur, universis abbatibus et personis Ordinis districtius inhibetur ne per alicuius litterae impetrationem seu consilium vel auxilium apponendo aliquid attentare praesumant, per quod dictae domus Morimundi turbetur possessio [b]; quod si qui ausu temerario praesumpserint, sciant se sententiae conspiratorum subiacere. 6

Praecipitur a Capitulo generali ut reverendo patri nostro et praecipuo Ordinis protectori I[ioanni] [2] tituli Sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali reddatur plenarium servitium et anniversarium suum post eius obitum solemniter in conventu in qualibet nostri Ordini abbatia et pro eo celebrent universi. 7

Petitio domini Nicolai [3], Pragensis episcopi, qui devote pro se orare petiit a Capitulo generali exauditur in hunc modum, quod inter familiares Ordinis computetur et in rotulo conscribatur annis singulis in Capitulo generali recitandus, in vita sua pariter et in morte. 8

Petitio dominae comitissae Flandriae [4] de anniversario post eius obitum in conventu pro ipsa solemniter faciendo, exauditur; et nihilominus pro ipsa et liberis eiusdem et statu terrae sua dicatur una missa de Beata Virgine a singulis sacerdotibus per Ordinem universum. 9

Conceditur abbati de Columba [5] propter multa incommoda quae diu in temporalibus sustinuit, ut hospites per quinquennium [a] minime recipere teneatur; idem conceditur abbati de Rupibus [6] per triennium et similiter abbati Vallis lucentis [7] per biennium. 10

6: *L²MP¹P¹⁰*. [a] Calatrava: *M*. [b] processio: *P¹*.
7: *P¹*.
8: *P¹*.
9: *P¹*.
10: *P¹*. [a] quienniun: *ms*.

---

[1] Militia ex ord. cist. orta, *TB*, I, 547.
[2] Ioannes de Toleto, ord. cist. card. presbyt. 1244, episc. Portuen. 1262, † 1275, *HC*, I, 43, 36.
[3] Nicolaus Henr. de Riesenburg, 1241-1258, *SE*, 303; *HC*, I, 408.
[4] Margarita, de Constantinopoli dicta, † 1280.
[5] S. M. della Colomba, in Italia, dioec. Placentin., *OC*, 45.
[6] Les Roches, in dioec. Nivernen., *OC*, 45.
[7] Vauluisant, in dioec. Senonen., *OC*, 16.

11 Inspectio abbatiarum monachorum Sancti Severi [1] et Sancti Benedicti de Fanali [2] quas abbas de Castamola [3] petit incorporari Ordini, Sanctae Mariae de Strata [4], et de Bronedab [5] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate ut ad loca personaliter accedentes, pensatis omnibus, etc., et sint filiae abbatiae de Castamola. Abbas de Locedio [6] hoc eis denuntiet, et quid inde, etc.

12 Inspectorum [a] qui dati sunt anno praeterito a Capitulo generali pro abbatia Sanctae Mariae de Strata [7], Bononiensis dioecesis, iurisdictio in suo robore perseveret, donec negotium finem debitum sortiatur.

13 Inspectio loci, ad quem petit abbas Sanctae Mariae de Rint [8] transferri abbatiam suam, committitur de Luca [9] et de Portu Sanctae Mariae[10] abbatibus in plenaria Ordinis potestate ut ad locum, etc., et quid inde, etc.

14 Inspectio loci, ad quem petunt transferri moniales de Leyme[11], committitur de Bona cumba[12] et de Bona valle[13] rutinensis abbatibus ut ad locum et quid inde, etc.

15 Inspectio loci, in quo intendit dominus de Montiniaco fundare abbatiam monachorum Ordinis nostri, committitur de Alpibus[14] et de Sancto Urbano[15] abbatibus qui ad locum, etc., et quid inde etc., et sit filia Altaeripae[16].

---

11 : *P*[1].
12 : *P*[1]. [a] Inspectores : *ms.*
13 : *P*[1].
14 : *P*[1].
15 : *P*[1].

---

[1] In dioec. Ravennaten., *OC*, 251.
[2] S. Benedictus de Monte Favali, in dioec. Pensauren., *OC*, 250.
[3] S. M. de Castaneola, Castagnola, in marchia Anconitana, *OC*, 91.
[4] In dioec. Bononien., *OC*, 248.
[5] Brondolo, in paludibus Venetiarum, dioec. Fossae Clodiae, *OC*, 232.
[6] In Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.
[7] Cf. stat. praeced.
[8] Rivus S. Mariae, Scharnebeck, in dioec. Verden., *OC*, 244.
[9] Luca, Loccum, in dioec. Minden., *OC*, 151.
[10] Seu Hude, in dioec. Bremen., *OC*, 234.
[11] Lumen Dei, Leyme, in dioec. Cadurcen., *GC*, I, 189.
[12] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
[13] Bonneval, in dioec. Ruthenen., *OC*, 144.
[14] St-Jean d'Aups, ad lacum Lemannum, *OC*, 41.
[15] St-Urban, in pago Lucernensi, dioec. Basileen., *OC*, 200.
[16] Hauterive, in dioec. Lausannen., *OC*, 50.

Inspectio hospitalis Sancti Viti [1], Pennensis dioecesis, quod nostro petiit Ordini incorporari, de Falera [2] et de Sancto Sebastiano [3] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et sit filia Sancti Anastasii de Urbe [4], et quid inde, etc. 16

Inspectio loci, in quo volunt aedificare abbatiam monachorum nobiles viri marchiones Brandeburgenses, de Cenna [5] et de Dombrolant [6] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc. et quid inde, etc. et sit filia de Lentuya [7]. 17

Inspectio loci, ad quem petit transferri abbatiam suam abbatissa de Alni fauce Sanctae Crucis [8], Sancti Salvatoris [9], Sancti Pantaleonis[10] committitur abbatibus in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et quid inde, etc. 18

Inspectio loci, ad quem petit transferri comes de Wriburez abbatiam monialium de Rinthach[11], de Porta Coeli[12] et de Aurora[13] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, et quid inde, etc. 19

Querela abbatis de Esron[14] super iniqua sententia contra ipsum lata super filiatione abbatiae de Dragon[15], sicut dicit, committitur Morimendensi abbati, ut per se vel per alium efficaciter infra proximum sequens Capitulum componi et pacificari intentat, in ple- 20

---

16 : P^1.
17 : P^1.
18 : P^1.
19 : P^1.
20 : P^1.

---

[1] In Aprutio, *OC*, 247.
[2] In patrimonio S. Petri, dioec. Civitatis Castelli, *OC*, 77.
[3] S. Sebastianus ad Catacumbas, prope Romam, *OC*, 162.
[4] SS. Vincentius et Anastasius, prope Romam, *OC*, 62.
[5] Coëna S. M., Zinna, in dioec. Brandenburgen., *OC*, 163.
[6] Dobraluca, Dobrilugk, in dioec. Misnen., *OC*, 153.
[7] Lehnin, in marchia et dioec. Brandenburgen., *OC*, 182 ; agitur hic de fundatione abbatiae Chorini, in dioec. Brandenburgen., *OC*, 253.
[8] In Etruria et dioec. Pisan., *OC*, LXXXI.
[9] S. Salvator de Monte amiata, in Etruria, dioec. Clusin., *OC*, 231.
[10] In ditione et dioec. Lucan., *OC*, 235.
[11] Rheintal, cuius fundator Friburgen. comes, in dioec. Constantien., *SM*, XXXVII, 35.
[12] Thennenbach, in Brisgoa, antiq. dioec. Constantien., *OC*, 142.
[13] Seu Frienisberg, in Helvetia, antiq. dioec. Constantien., *OC*, 51.
[14] In Dania, dioec. Roskilden., *OC*, 136.
[15] Dargunium, Dargun, in dioec. Sverinen., *OC*, 165.

naria Ordinis potestate, partes ad ea quae pacis sunt auctoritate Capituli generalis compellendo, alioquin sequenti Capitulo generali partes compareant cum actis et aliis ad discussionem causae necessariis, quod iustum fuerit recepturae, et quid inde, etc.

21 Querela abbatis de Kirieleison [1] contra abbatem de Tinterna [2] committitur de Dora [3] et de Stanleia [4] abbatibus in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

22 Querela abbatis de Berola [5] contra abbatem de Florano [6] committitur illis tribus abbatibus quibus commissa est querela delata contra ipsum a Capitulo generali in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

23 Querela monialium de Valle Sanctae Catharinae [7] contra abbatissam et conventum Sanctae Mariae in Regadas [8], Everbacensi [9] et de Othebrat[10] abbatibus committitur, et quid inde, etc.

24 Querela abbatis Albrune[11] qui, de patre suo Ebracen[si][12] abbate deposuit querimoniam in Capitulo generali quod idem pater suus in visitatione sua nimis iniuriose processit, nec dicit contra ipsum, praecipiendo monachis et conversis de Halbrune quod ipsi sive eiecti ab abbate suo sive alias gravati fuissent ab eodem, liberam et securam haberent facultatem veniendi ad ipsum, committitur de Caesarea[13] et de Salem[14] abbatibus auctoritate Capituli generalis in plenaria Ordinis potestate ut, vocato patre abbate, ad locum personaliter accedentes inquirant diligentius veritatem et corrigant tam in capite quam in membris

21 : *P*¹.
22 : *P*¹.
23 : *P*¹.
24 : *P*¹.

[1] Alias Odorney, in Hibernia, dioec. Artferten., *OC*, 137.
[2] Tinterna maior, prope Walliam, in dioec. Hereforden., *OC*, 19.
[3] Dore, in dioec. Hereforden., *OC*, 92.
[4] Stoneley, in dioec. Wigornien., *OC*, 137.
[5] Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[6] Flaranum, in Vasconia, dioec. Auxitanen., *OC*, 126.
[7] Katharinental, in dioec. Maguntin., *SM*, XXXVII, 21.
[8] Seligental (?) in dioec. Maguntin., *SM*, XXXVII, 38.
[9] Eberbach, in Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.
[10] Otterberg, in Palatinatu, dioec. Maguntin., *OC*, 82.
[11] Heilsbronn, in Bavaria, dioec. Eystetten., *OC*, 28.
[12] Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolen., *OC*, 13.
[13] Kaisersheim, seu Kaisheim, in dioec. Augusten., *OC*, 32.
[14] Seu Salmansweiler, in dioec. Constantien., *OC*, 50.

quaecumque secundum Deum et honorem Ordinis correctione viderint indigere, et quid, etc.

Querela abbatis de Chomor [1] contra abbatem de Iugo Dei [2], de Mellifonte [3], de Sancta Maria [4] iuxta Dublinium [a] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc. 25

Cum querela abbatum de Rilquescede [5] et de Revesbi [6] olim commissae fuit de Fontanis [7], de Bordeleia [8] et de Rievalle [9] abbatibus pace, etc., et negotium illud non absque dispendio nimis fuerit protelatum, districte praecipitur auctoritate Capituli generalis ut dicti abbates quibus alias commissio facta fuit, consideratis utriusque partis, iuribus, rationibus depositionibus testium, et... [a] in negotio procedant viriliter et festine et per compositionem aliquam vel per aliam viam pacis seu definitivae sententiae calculo ipsam diffiniant et decidant, et quid inde, etc. 26

Cum querela gravis super multiplicibus excessibus tam abbatis de Berola[10] et monachorum ac conversorum eiusdem domus quam [a] patris dictae domus, videlicet de Scala Dei[11], ad aures pervenerit Capituli generalis, de Fontefrigido[12], de Borbona[13] et de Populeto[14] abbatibus ipsius Capituli auctoritate praecipitur ut ad dictam domum de Berola personaliter accedentes, vocato patre abbate et aliis qui vocandi fuerint, inquirant diligentius veritatem et corrigant tam in abbatibus quam monachis et conversis quaecumque secundum Deum et formam Ordinis viderint expedire in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc. 27

25 : P^1. [a] Dubliam : *ms.*
26 : P^1. [a] *locus vacuus in ms.*
27 : P^1. [a] Quia : *ms.*

[1] Cumber, in Hibernia, dioec. Dunen., *OC*, 204.
[2] Seu Gray Abbey, in Hibernia, dioec. Dunen., *OC*, 196.
[3] In Hibernia, dioec. Armacanen., *OC*, 70.
[4] St. Mary's Abbey, *OC*, 104.
[5] Kirksted, in dioec. Lincolnien., *OC*, 55.
[6] Revesby, in dioec. Lincolnien., *OC*, 76.
[7] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.
[8] Bordesley, in dioec. Wigornien., *OC*, 53.
[9] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
[10] Cf. supra stat. 22.
[11] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosana., *OC*, 47.
[12] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[13] Seu Bolbona, Boulbonne, in dioec. Tolosan., *OC*, 123.
[14] Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.

28 Abbatia monachorum de Pernallio [1] quae fuit translata ad locum alium in praeiudicium, ut dicitur, archiepiscopi Januensis [2], ad locum de quo translata fuerat revocetur infra proximum Capitulum generale, nisi interim cum dicto archiepiscopo componatur, committitur autem de Morimundo [3] et de Longa aqua [4] abbatibus ut ad locum personaliter accedentes fratrem Iacobum monachum et alios monachos apostatas et conversos complices suos corrigant et puniant prout expedire viderint in plenaria Ordinis potestate, et abbatem et conventum ad locum priorem redire compellant, et quid inde, etc.

29 Querela abbatis Vallis Dei [5] contra abbatissas de Ruyremunde [6] et de Hoth [7], de Valle Sancti Lamberti [8], de Grandiprato [9] et de Veterimonte[10] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

30 Querela abbatis Casae novae[11] contra abbatem Ripaltae[12], Casemarii[13] et Fossae novae[14] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

31 Cum inter abbatem Mansiade[15] ex una parte et abbatem Salvaniae[16] ex altera coram abbatibus de Bonacumba[17], de Bona valle[18] rutinensi et de Candelio[19], datis iudicibus a Capitulo

---

28 : *P*[1].
29 : *P*[1].
30 : *P*[1].
31 : *P*[1].

---

[1] Preallum, del Preallo, in Liguria, dioec. Ianuen., *OC*, 241.
[2] Gualterius de Vezzano, 1253-1274, *SE*, 815 ; *HC*, I, 281.
[3] Morimundus coronatus, in dioec. Mediolanen., *OC*, 33.
[4] S. M. di Acqualonga, in Pedemontio, dioec. Papien., *OC*, 209.
[5] Val-Dieu, in Belgio, dioec. Leodien., *OC*, 179.
[6] Abbatia Het Munster vocata, apud Ruremundum, *GC*, V, 389.
[7] Hocht, in dioec. Leodien.
[8] In Belgio, dioec. Leodien., *OC*, 207.
[9] Grandpré, in dioec. Namurcen., *OC*, 234.
[10] Altenberg, in dioec. Colonien., *OC*, 29.
[11] In Aprutio ulter., dioec. Pennen., *OC*, 199.
[12] In Apulia, dioec. Civitaten., *OC*, 206.
[13] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[14] Fossa nuova, in dioec. Terracinen., *OC*, 37.
[15] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivarien., *OC*, 9.
[16] Salvanesium, Salvanès, in dioec. Ruthenen., *OC*, 39.
[17] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
[18] Bonneval, in dioec. Ruthenen., *OC*, 144.
[19] Candeil, in Languedocio, dioec. Albien., *OC*, 132.

generali super filiatione monialium de Nonenca [1] causa fuisset diutius agitata, iidemque iudices dictam filiationem abbati Salvanensi per sententiam diffinitivam adiudicassent, dicto abbate Mansiade super iniqua sententia conquerende, praecipit Capitulum generale ut anno sequenti cum actis omnibus, instrumentis, rationibus et sententia, utraqua pars sufficienter instructa ad Capitulum veniret generale, quibus diligenter inspectis et causae meritis plenius intellectis dictam sententiam in suo robore permanere iudicat Capitulum generale, dicto abbati Mansiade super hoc perpetuum silentium imponendo.

Abbas de Armentaria [2] qui nihil renuntiavit Capitulo generali 32
de querela abbatum de Orseria [3] et de Melone [4], de Superaddo [5], de Meyra [6] et de Monte fero [7] abbatibus commissa, poenitentiam peragat in Usibus constitutam et nihilominus hoc ibidem anno sequenti Capitulo denuntiet.

De abbate Chori Benedicti [8] qui anno praeterito venire debuit 33
ad Capitulum generale et non venit, de quo diffinitum fuit ut propter hoc poenitentiam ageret in Usibus assignatam, patri abbati [9] committitur in plenaria Ordinis potestate, qui causas suae remansionis diligenter inquirat, corrigat prout melius viderit corrigendum, et quid inde, etc. Ipse tamen abbas sequenti Capitulo se praesentet.

Abbas de Petra[10] qui hoc anno venire debuit ad Capitulum 34
generale et non venit nec legitime fuit excusatus, anno sequenti venire non omittat, pro tali remansione ad arbitrium Capituli generalis puniendus. Abbas Fontis frigidi[11] hoc et denuntiet.

---

32 : *P*¹.
33 : *P*¹.
34 : *P*¹.

---

[1] N.-D. de Nonenque, in dioec. Ruthenen., *GC*, I, 290.
[2] Armentera, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 146.
[3] Ursaria, Osera, in Gallecia, dioec. Aurien., *OC*, 63.
[4] In Gallecia, dioec. Tuden., *OC*, 69.
[5] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 67.
[6] Meira, in Gallecia, dioec. Lucen., *OC*, 73.
[7] Monfero, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 107.
[8] Seu Monaster-Ore, Chore, in Hibernia, dioec. Cloynen., *OC*, 178.
[9] i. e. abbas Magii, seu Nenay, in Hibernia, dioec. Limericen., *OC*, 114.
[10] N.-D. de Piedra, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 198.
[11] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.

35 Conceditur abbatibus Hiberniae quod ipsi possint commemorationem beati Malachiae [1] in suis facere abbatiis quas ipse sanctus fundavit, ad Vesperas et ad Laudes, et hoc ipsum tribus aliis abbatibus de partibus illis, si voluerint, concedit Capitulum generale.

36 Abbati Fossae novae [2] concedit Capitulum generale quod cum ipse habeat quamdam grangiam per XXIV, ut dixit, dietas ab abbatia sua remotam ac multum a qualibet alia Ordinis nostri abbatia distantem, liceat ei infirmitorium ibidem habere, in quo soli [a] monachi et conversi commorantes vescantur carnibus, cum necessitas exegerit secundum regulam et Ordinis nostri instituta.

37 Concedit Capitulum generale domino episcopo Covenarum [3] Ordinis nostri ut unum monachum de Ordine pro se mittere possit ad Curiam, dummodo eidem monacho nihil penitus iniungatur quod non deceat Ordinis honestatem.

38 Abbates Hispaniae qui hoc anno non venerunt ad Capitulum generale excusati per litteras domini regis Castellae [4] quibus ad praesens parcitur ob reverentiam dicti regis, sequenti anno veniant seipsos excusaturi in Capitulo generali. Abbates de Sacramenis [5] et de Buxeto [6] hoc eis denuntient.

39 De abbate Landesii [7] qui, contra formam Ordinis nimis de facili et sine maturo Ordinis consilio [cessionem recepit] coabbatis sui de Bardella [8] cui tamen ad praesens parcitur, praecepit Capitulum generale ut quadraginta diebus sit extra stallum abbatis, et tribus diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

40 Statuit et ordinat Capitulum generale ut illa unio de duabus

---

35 : *P*¹.
36 : *L*¹*P*¹. [a] solo : *L*¹.
37 : *P*¹.
38 : *P*¹.
39 : *P*¹.
40 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰.

---

[1] S. Malachias, Armacan. archiepisc. † 1148 apud Claramvallem, *BB*, II, 2966.
[2] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinen., *OC*, 37.
[3] Arnoldus Roger, Bonifontis abbas, dein Convenarum episc. 1241-1260, *SE*. 539; *HC*, I, 207.
[4] Alphonsus X, 1252-1284, *BB*, I, 164.
[5] Sacramoenia, in veteri Castella, dioec. Segovien., *OC*, 67.
[6] Seu Bugedo, in veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 167.
[7] Landais, in dioec. Bituricen., *OC*, 16.
[8] Barzelle, in dioec. Bituricen., *OC*, 50.

abbatiis videlicet Casae novae [1] et de Tremum [2] per dominum Innocentium [a] Papam IV quondam facta in suo robore perseveret, ita quod duarum domorum bona sint communia et sub unius abbatis regimine domus utraque gubernetur, et quod in ipso monasterio Tremitato [b] conventus habeatur iugiter et ibidem semper vigeat observantia regularis, cuius tamen abbas debeat appellari solius abbatiae vel duarum, venerabilis patris I[oannis][3] tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis prudentiae committendum ducit Capitulum generale.

Abbates Angliae a quibus ab archidiaconis obedientia canonica **41**
exigitur occasione parochialium ecclesiarum, quas tenent in usus proprios, caveant omnino ne illis talem obedientiam exhibeant contra Ordinis libertatem, sed in propriis ipsorum expensis, quibus super [a] praemissis inquietantur, prout viderint expedire ius suum prosequantur, et scribatur pro ipsis domino Papae et domino I[oanni] cardinali.

Petitio abbatis Casemarii [4] qui petit ut liceat ei facere comme- **42**
morationem beatorum martyrum Ioannis et Pauli solemniter in conventu in domo propria, in Laudibus et Vesperis, exauditur.

Petitio abbatis Roseriarum [5] qui petit ut scribatur domino **43**
episcopo Torcellae [6] pro abbatia monialium Sancti Iacobi de Palude [7] quod super iure episcopali multipliciter inquietat, cum iam sint incorporata Ordini, exauditur.

Abbatis Lucis crescentis [8] petitio qui petit ut ii qui, in cime- **44**
terio capellae suae de Gonce ecclesiasticam sepulturam elegerunt, bonorum omnium quae fient et fiunt in Ordine plenaria partici-

---

[a] quondam papam : *M*. [b] Tremetuno : *M*.
41 : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [a] super : *deest P¹, locus remanet vacuus.*
42 : *P¹*.
43 : *P¹*.
44 : *P¹*.

---

[1] Caja nova, in Aprutio ulter. dioec. Pennen., *OC*, 199.
[2] S. M. de Tremitis, in una ex quinque insulis maris Ionii, *OC*, LXXXII.
[3] Cf. supra, stat. 7.
[4] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[5] Rozières, in Burgundia, dioec. S. Claudii, *OC*, 26.
[6] Godefridus, ord. Praed. Torcellan. episc. 1253-1259 (?), *SE*, 772 ; *HC*, I, 489.
[7] Sic citata in *ms.* 925 *Arsenal.*
[8] Locus crescens, in Burgundia, dioec. Bisuntinen., *OC*, 33.

patio concedatur, exauditur ; et inde habeat litteras Capituli generalis.

45 Petitio abbatis Bonifontis [1] de commemoratione beati Bertrandi in domo sua et in duabus abbatiis filiabus suis facienda, exauditur.

46 Petitio abbatis Fossae novae [2] qui petit pro filio suo abbate de Sannona [3] ut in domo propria fiat commemoratio de Sancto Spiritu in missa conventuali, in Laudibus et Vesperis, exauditur.

47 Petitio abbatis de Luca [4] de festo beati Georgii in domo propria cum duodecim lectionibus faciendo, exauditur.

48 Petitio domini episcopi Cracoviensis [5] exauditur in hunc modum ut festum beati Stanislai pontificis et martyris, cuius vitae meritis gloriosae Ecclesia sancta miraculis multiplicibus honoratur, cum duodecim lectionibus et duabus missis fiat per totam Poloniam in domibus Ordinis nostri, et de eo fiat per omnia sicut de beato Thoma Cantuariensi fieri consuevit, hoc excepto quod collectae dicantur de eo quas dominus Papa dandas instituit et mandavit.

49 Petitio reverendi patris domini Coloniensis archiepiscopi [6] de festo XI millium virginum cum duodecim lectionibus facienda, exauditur in hunc modum, quod festum earumdem sanctarum virginum in omnibus abbatiis Ordinis nostri fiat per ipsius domini episcopi provinciam constitutis ; abbates autem Sancti Petri [7] et de Loco Sanctae Mariae [8] provideant de lectionibus, cantu et aliis ad festum pertinentibus memoratum ; idem conceditur abbati Atrebacensi [9].

---

45 : *P*¹.
46 : *L*²*P*¹*P*¹⁰.
47 : *P*¹.
48 : *P*¹.
49 : *P*¹.

---

[1] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[2] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinen., *OC*, 37.
[3] Perp. pro Ferraria, in regno Neapolitano, dioec. Theanen., *OC*, 178.
[4] Luca, Loccum, in dioec. Minden., *OC*, 151.
[5] Ioannes (beatus) Prandota, 1242-1266, *SE*, 349 ; *HC*, I, 213.
[6] Conradus de Hochstaden, 1238-1261, *SE*, 270 ; *HC*, I, 198.
[7] Vallis S. Petri, alias Heisterbach, in dioec. Colonien., *OC*, 189.
[8] Marienstadt, in Nassovia, dioec. Colonien., *OC*, 220.
[9] Legend. fors. : abbatibus Atrebatensis dioecesis.

Pro speciali devotione quam dominus Cassellensis[a] archie- 50
piscopus[1] habet ad nostrum Ordinem, concedit ei Capitulum generale ut duos honestos et probatos monachos secum possit assumere de quacumque nostri Ordinis[b] abbatia voluerit in Hibernia[c], dum ipsi honestis officiis occupentur[d].

1256

Anno[a] Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto statuta sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

In primis statuit et ordinat Capitulum generale ut orationes 1
solemnes, quae pro domino Papa et rege Franciae, pro statu Ecclesiae generalis antea dicebantur, in suo robore perseverent et omni sexta feria fiat per claustrum processio, sicut fieri consuevit.

Item, cum Summus Pontifex[2] ad honorem Ecclesiae Dei pro 2
festo beati Dominici confessoris Praedicatorum institutoris et beati Petri martyris Ordinis eiusdem, per Ordinem universum faciendo, devotis precum exhortationibus et mandatis dignatus sit aures Capituli generalis propulsare, statuit et ordinat Capitulum generale ut festum beati Dominici cum XII lectionibus fiat in vigilia beati Sixti papae et martyris per Ordinem universum et sic in martyrologio pronuntietur : Civitate Bononiae depositio beati Dominici confessoris ; et de eo fiat per omnia sicut de beato Hieronimo ; festum vero beati Petri martyris tertio calendas maii sic pronuntiatur : Mediolani passio beati Petri martyris ; festum autem ipsius fiat in crastino sancti Roberti primi Cistercii abbatis ; lectiones : *Si quis vult post me* ; homilia vero et cetera omnia sicut de beato Vincentio ; primum Alleluia : *Beatus vir qui suffert*, secundum *Laetabitur iustus*. Diffinitio facta super hoc anno praeterito revocatur.

50 : *MP*¹. [a] Castellensis : *M*. [b] nostri Ordinis : *deest M*. [c] abbatia Hibernia : *M*. [d] deputentur : *M*.

1256. [a] *Titulus apud P*¹ *tantum.*

1 : *P*¹.

2 : *P*¹.

[1] David Mac Carroll, Casellen. episc. 1254-1289, *SE*, 208 ; *HC*, I, 170.

[2] Alexander IV, 1254-1261.

3 Quoniam frequens querela super visitatorum [a] immoderatis expensis, grandi etiam [b] et nimis [c] gravi numero personarum et equorum, auribus insonuit Capituli generalis, statuit et ordinat idem Capitulum generale, et [d] auctoritate qua potest, visitatoribus praecipit [e] et iniungit [f] ut parcendo visitatis [g] domibus, moderate se habeant in numero personarum et equorum, et ne sub praetextu visitationis ex alia parte domus nimis graventur [h] in sumptibus, tertia die visitationis in visitatoris praesentia semper fiat computatio expensarum visitationis. Si quid [i] vero qui visitatus fuerit [j] cursoribus visitatoris dare voluerit ex gratia, summam XII denariorum monetae currentis in patria [k] non excedat, nisi forte ad partes valde [l] remotas transmittantur.

4 Item, statuit et ordinat Capitulum generale ut capellani monialium Ordinis professi ad domos Ordinis divertentes, a saecularium consortio, vel convictu sequestrati, in loco secreto et honesto recipiantur, et receptis ob reverentiam Ordinis liberaliter ministretur et honeste.

5 Item, auctoritate Capituli generalis firmiter [a] inhibetur abbatibus universis et abbatissis, ne litteras quaestuosas, quas pro subventione domorum suarum impetrant a Capitulo generali, per manus monachorum vel etiam [b] monialium per ecclesias de cetero faciant vel permittant deportari [c].

6 Item, statuit et ordinat Capitulum generale ut in [a] praecipuis solemnitatibus liceat nobis pannis sericis et holosericis [b] altaria nostra adornare.

7 Item, horrendae novitatis et novae turbationis materiam nova [a] detulit relatio ad aures Capituli generalis, videlicet [b] de fratre Warnero converso Maris stellae [1], qui in derogationem et subversionem libertatum Ordinis, divina parvipendens iudicia, suaeque oblitus salutis, quaedam privilegia a Sede Apostolica impe-

3 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*T*⁵. [a] visitatores : *P*¹. [b] etiam : *deest T*⁵. [c] nimis : *deest M*. [d] ut : *L*². [e] praecipitur : *M*. [f] iniungitur : *M*. [g] visitandis : *L*²*MP*¹⁰. [h] gravetur : *L*²*P*¹*P*¹⁰. [i] quod : *T*⁵. [j] fuerit : *deest M*. [k] provincia : *L*²*MP*¹⁰. [l] valde : *deest M*.

4 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*T*⁵.

5 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] firmius : *L*²*M* ; firmitus : *P*¹⁰. [b] et : *P*¹. [c] portari : *M*.

6 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*T*⁵. [a] in : *deest M*. [b] olosericis : *M*.

7 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*W*. [a] novam : *MW*. [b] verbi gratia : *L*¹.

[1] Alias Wettingen, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 230.

travit, per quae primo [c] abbatem proprium et conventum per executorem saecularem deputatum excommunicationis de facto fecit sententia innodari, quique grangiam [d] quamdam sibi ad suam vitam fecit improprie [e] appropriari, et alia multa indecentia et inhonesta nostraeque [f] simplicitati Ordinis [g] inimica obtentu dictorum privilegiorum obtinuit et commisit. Ne igitur [h] tantae temeritatis excessus praesumptoris [i] transeat in abusum, statuit et ordinat Capitulum generale, ut dictus conversus perpetuo carceri mancipetur, invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii saecularis. Cumque in canonem [j] latae sententiae ab Ordine inciderit, patri abbati committit Capitulum generale ut si poenitentem contritum et humilem invenerit [k], ipsum absolvat auctoritate Capituli generalis.

Item, si quis privilegia, indulgentias vel litteras quascumque contra communia Ordinis instituta impetrare praesumpserit, vel quoquomodo obtenta retinere, perpetuo carceri mancipetur. Abbas vero super praemissis convictus vel confessus [a], ipso facto se noverit depositum, et nihilominus taliter depositus carceri mancipetur usque ad nutum Capituli generalis. **8**

Item, statuit et ordinat Capitulum generale ut liceat conversis infra portas abbatiarum equitare, et ipsae portae extra terminos abbatiae habeantur. **9**

Cum inter venerabilem patrem Bonifacium [a] [1] abbatem Cistercii et conventum eiusdem domus ex una parte, et abbatem Vallium Sarnaii [2] ex alia, super filiatione abbatiae monialium de Porrecto [b] [3], longo tempore fuerit quaestio ventilata ; tandem pro bono pacis, hinc compromissum est a partibus tam super principali quam super accessorio, in venerabiles de Eleemosyna [4], **10**

---

[c] post : L^2P^{10}. [d] gratiam : L^2P^{10}. [e] et proprie : L^2P^{10}. [f] nostrique : *M*. [g] Ordinis : *deest* L^1. [h] Ille vero : L^1L^2 ; *Et ne* : P^{10}. [i] praesumptuosus : L^2 ; praesumptoribus : MP^1. [j] canonem : *deest M, qui add.* : excommunicationis. [k] invenit : P^{10}.

8 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] concessis : P^1 ; confessis : P^{10}.

9 : $L^2MP^1P^{10}$.

10 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] *nomen apud* P^1 *tantum*. [b] Porreto : L^2P^1.

---

[1] Abbas Cistercii, 1244-1257 (?), *GC*, IV, 995.

[2] Vaux-de-Cernay, in dioec. Versalien., *OC*, 96.

[3] Portus regis, Port-Royal, celebris abbatia monial. cist., *GC*, VII, 910.

[4] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.

de Fontefrigido [1] et de Ré [1] abbates, et eisdem abbatibus auctoritate Capituli generalis idem negotium totaliter est commissum. Litterae vero quae super lata sententia a dictis iudicibus datae fuerint, legantur in generali Capitulo, et pro diffinitione perpetua habeantur.

11 Item, retractatio, compilatio et ordinatio diffinitionum committitur abbatibus de Prulliaco [3], de Rigniaco [a] [4], de Maceriis [5], de Ré [b] [6], et de Roseriis [7] ut conveniant in communibus Ordinis sumptibus ad hoc opus, et opere consummato referant ad dominum Cistercii [c] et quatuor primos [d] abbates, et illi referant Diffinitoribus et per Diffinitorum manus quod dictum fuerit referatur Capitulo generali, et ad hoc in die sancti Lucae conveniant Prulliacum [e].

12 Item, statuit [a] Capitulum generale ut [b] quotiescumque visum fuerit domino Cistercii pro bono statu Ordinis, et pace ipsius conservanda et fovenda [c], liceat illi auctoritate Capituli generalis nuncios monachos, vel etiam abbates ad Curiam romanam, vel alibi mittere in communibus Ordinis expensis, prout emergentibus negotiis Ordinis viderit expedire, usque ad sequens Capitulum generale.

13 Piae recordationis domini Innocentii Papae IV [8] nuper defuncti, cui concessum est anniversarium suum [a] per Ordinem universum faciendum [b] septimo idus decembris fiat per totum Ordinem [c] et pro eo celebrent universi.

— Manifeste huic anno plura desiderantur decreta quae exciderunt de nostris fontibus, illa nempe specialia quae sub titulis *Petitiones* et *Commissiones* pro inspectione locorum vel pro querelis finiendis ordinarie leguntur.

---

[c] Sée : *M.*

11 : $A^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Regniaco : *M.* [b] de Ré : *deest* P^1. [c] Cisterciensem : P^1. [d] primis abbatibus : $L^2P^1P^{10}$. [e] Prulliacum : *deest* A^1.

12 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] et ordinat : L^1. [b] ut : *deest* L^2P^{10}. [c] et fruendo : L^1 ; *deest M.*

13 : MP^1. [a] suum : *deest M.* [b] universum faciendum : *deest M.* [c] per totum Ordinem : *deest M.*

---

[1] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[2] N.-D. de l'Ile de Ré, in dioec. Santonen., *OC*, 139.
[3] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[4] Rigny, in dioec. Senonen., *OC*, 15.
[5] Mazières, in dioec. Divionen., *OC*, 26.
[6] Cf. stat. praeced.
[7] Rozières, in Burgundia, dioec. S. Claudii, *OC*, 26.
[8] Innocentius IV, 1243, † 7 decemb. 1254.

1257

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo statuta sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

1 In primo ordinat et statuit Capitulum generale ut illae orationes solemnes quae solebant per totum Ordinem fieri pro terra sancta, pro bono statu regni Franciae et totius Ecclesiae generalis, adhuc in suo robore perseverent, excepto quod psalmus *Deus venerunt gentes*, et collectae quae ad missam dici consueverant usque ad nutum Capituli generalis obmittantur.

2 Quoniam ex levi et frequenti emissione monachorum et conversorum odor bonus Ordinis et fama plurimum [a] denigratur, districte prohibet Capitulum generale ne de cetero personae Ordinis emittantur, nisi in casibus infra scriptis, videlicet pro dispersione [b] et conspiratione [c], pro manifesto carnis contagio, pro omnimoda et contumaci rebellione, pro violenta manuum iniectione in abbatem, pro comminatione incendii vel homicidii, nisi in brevi resipuerint, et pro libello infamiae ; et supradictae personae [d] non nisi per proprios abbates de abbatia in abbatiam emittantur ; visitatores autem, si quos aliter emissos invenerint, faciant revocari, et praecipiant abbatibus sic emittentibus ut se recognoscant super hoc in Capitulo generali et libellum de causis emissionum [e] prior habeat et reservet [f].

3 Ad preces et admonitionem [a] sanctissimi patris nostri Summi Pontificis [1], qui super hoc scripsit Capitulo generali, statuitur ut abbatibus liceat uti cappis in omnibus solemnitatibus, quibus fit processio ; quoties [b] etiam albis induuntur, et portant baculum pastoralem, nec non et ministris altaris uti dalmatica et tunica, abbate dumtaxat celebrante. Possunt [c] etiam uti abbates cappis praedictis in benedictionibus novitiorum.

1257. [a] *Titulus apud* P^1Q.
1 : P^1.
2 : $L^1L^2MP^1P^{10}T^5$. [a] plurimum : *deest* M ; plurima : T^5. [b] depositione : L^1. [c] dispersione et conspiratione : *deest* T^5. [d] personae : *deest* P^{10}. [e] emissorum : $MP^{10}T^5$. [f] T^5 *add.* : quae sententia modificatur in sequenti capitulo 1258.
3 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] admonitiones : L^1. [b] quotiens albis : P^1. [c] possint et : P^1.

---

[1] Alexander IV, 1254-1261.

4 Petitio reverendi patris nostri Ioannis [1] tituli sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, qui ad mandatum domini Papae requisivit a Capitulo generali ut propter reverentiam sacramenti altaris percipiendi augmentaretur in Ordine numerus rasurarum, exauditur in hunc modum, quod duodecim sint rasurae, videlicet [a] in Nativitate Domini, in Purificatione B. M. V., prima dominica mensis martii, in Pascha Domini, in Ascensione eiusdem, in vigilia sancti Ioannis Baptistae, in vigilia Sanctae Mariae Magdalenae, in vigilia Assumptionis gloriosae Virginis, in vigilia Nativitatis eiusdem, in vigilia sancti Dionisii, in vigilia Omnium Sanctorum, et in prima dominica Adventus Domini ; rasura conversorum in suo usu antiquo [b] permanente.

5 Auctoritate [a] qua potest praecepit Capitulum generale, ut quicumque de Ordine litteras impetravit [b] vel etiam impetraverit [c] de cetero quarum auctoritate praeter conscientiam proprii abbatis suae voluntatis arbitrio confessorem eligat, abbati proprio reddat in instanti, alioquin pro excommunicato habeatur, et nihilominus careat impetratis, et hoc per omnia de monialibus observetur.

6 Inhibetur auctoritate Capituli generalis ne in sigillis suis vel litteris suarum [a] abbatiarum, abbates seu capellanos domini Papae vel ministros pauperum Christi se nominent, sed abbates.

7 Cum humani generis inimicus in agro dominico nostri Ordinis discordiae ac periculosissimae dissensionis seminaverit zizaniam per quam bonus status Ordinis periclitari totaliter videbatur, et divinae maiestatis inspirante gratia, facta sit magna tranquillitas, procurantibus ac laborantibus cum effectu domino Cistercii abbate cum coadiutoribus suis non sine magnis laboribus et expensis et onus quod omnes tangit ab omnibus approbari debeat et etiam supportari, statuit ac districtissime praecipit in virtute sanctae obedientiae Capitulum generale omnibus abbatibus ac personis Ordinis universi ut partem seu quantitatem quae sibi

4 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] verbi gratia : *L*[1]. [b] statu : L^2MP^{10}.

5 : $L^1L^2MP^1P^{10}Q$. [a] *Duplex huius statuti redactio apud* *L*[1] ; 1^a : Quicumque de Ord. nostro litteras impetraverit quarum auctoritate, *etc. ut supra* ; 2^a *est eadem ac supra*. [b] impetrat : *M* [c] impetravit : *M*.

6 : $L^1L^2MP^1P^{10}Q$. [a] duarum : L^1P^1.

7 : $L^2MP^1P^{10}$.

[1] Ioannes de Toleto, ord. cist. card. presbyt. 1244, episc. Portuen. 1262-† 1275, *HC*, I, 43, 36.

a venerabilibus patribus, videlicet de Cistercio, de Firmitate, de Pontiniaco [a], de Claravalle, de Morimundo unoquoque scilicet in generatione sua iniuncta fuerit vel indicta, locis, temporibus et conditionibus ab ipsis appositis solvere non omittant, alioquin ex tunc abbates gradum altaris non ascendant, priores vero ac cellerarii ac alii officiales seu monachi vel conversi, quos praedicti abbates nominaverint sint ab omni administratione suspensi, et omni sexta feria sint in pane et aqua usque ad dicti completionem mandati. Et quoniam in proximis nundinis Sancti Aygulfi [1] pruvini [b] instat solutio quorumdam debitorum Ordinis, memorati abbates mittant cellerarios suos vel aliquas personas idoneas cum pleno et sufficienti mandato ad nundinas supradictas et ad alias in quibus debita Ordinis solvi debent, qui solvant personis quibus Ordo tenetur unusquisque pro rata sua, et recipiant obligationis litteras ab eisdem, et si terminis debitis in solutione defecerint, ipsa generatio dictorum abbatum sic deficiens ad usuras quae [c] a festo beati Michaelis in antea current pro rata sua tenebitur [d] et ad omne aliud [e] interesse. Quilibet autem supradictorum abbatum scilicet dominus Cistercii et alii quatuor primi abbates filii sui plenam potestatem habeant coercendi [f] abbates et alias personas Ordinis maiori poena si necesse fuerit auctoritate Capituli generalis.

Petitio religiosi viri abbatis Sanctae Genevevae parisiensis [2] 8
de facienda commemoratione in festo virginis ipsius, videlicet tertio nonas ianuarii cum collecta *Exaudi nos Deus*, per Ordinem universum, exauditur.

Petitio abbatis de Cheminon [3] qui, propter multa quae sustinet 9
incommoda, petit absolvi a susceptione hospitum ad commorandum per triennium, exauditur.

Hoc idem conceditur abbati Casae novae [4] per biennium; 10

[a] Pontigniaco : *L²M*. [b] pruvini : *deest M*.
[c] qui : *P¹*. [d] tenebuntur : *P¹*. [e] aliquid : *P¹*. [f] cohercendi : *P¹⁰*.
8 : *P¹*.
9 : *P¹*.
10 : *P¹* ; *L¹ pro 2ª parte*.

[1] Saint-Ayoul de Provins.
[2] Celebris abbatia can. regul., *GC*, VII, 699.
[3] In dioec. Catalaunen., *OC*, 49.
[4] Sive in Pedemontio, sive in Aprutio, *OC*, 121, 199.

similiter conceditur abbati Villae novae [1] in Britannia per triennium.

11 De misericordia concedit Capitulum generale ut monachus ille qui fuit abbas de Esron [2] et anno praeterito per generale Capitulum depositus extitit, de cetero sit eligibilis dummodo aliud canonicum non obsistat; idem conceditur de illo qui fuit abbas Chesereti [3], si ad aliam domum assumatur.

12 Cum querela delata sit ad aures Capituli generalis, quod nonnulla Ordinis statuta usque adeo versa sint in abusum in locis aliquibus, ut [a] personae saeculares prope cimeteria et infirmitoria Ordinis [b] habitare, ac ibidem [c] carnes comedere contra honestatem ipsius Ordinis permittantur, auctoritate qua potest districte [d] prohibet Capitulum generale ut a permissione [e] huiusmodi in omnibus abbatiis Ordinis in posterum caveatur [f], propriis et [g] patribus abbatibus nihilominus iniungendo ut saeculares illos, qui iuxta infirmitoria Ordinis vel cimeteria nunc habitant, quam cito [h] poterunt [i] amoveri faciant, nec iuxta [j] septa monasterii extra infirmitoria saecularis aliquis [k] carnes comedat sicut in Usibus continetur.

13 Pro devotione virorum nobilium domini Guidonis de Capresia qui est de consilio regis Franciae, et domini Hernei fratris sui, qui dominus Guido specialiter propter hoc ad generale Capitulum accessit, conceditur ut una missa de Spiritu Sancto et alia de Beata Virgine dicatur in singulis domibus Ordinis universi, et una etiam missa pro defunctis pro utroque illorum in qualibet abbatia dicatur, audito obitu utriusque.

14 Pro parrochianis ecclesiae de Schardeburg iam defunctis dicatur una missa pro defunctis in singulis domibus Ordinis universi.

15 Petitio abbatis Sancti Severi [4] de Ravenna de facienda comme-

11 : P^1.
12 : L^1MP^1Q. [a] quod : L^1P^1. [b] Ordinis : *deest* L^1P^1. [c] ibi : *M*. [d] districte : *deest M*. [e] permissiones : L^1. [f] caveantur : L^1. [g] ita : L^1P^1. [h] quantocius : P^1. [i] potuerint : L^1 ; poterint : P^1. [j] intra : *M*. [k] aliquis : *deest* L^1P^1.
13 : P^1.
14 : P^1.
15 : P^1.

[1] In dioec. Nanneten., *OC*, 207.
[2] Esrom, in Dania, dioec. Roskilden., *OC*, 136.
[3] Chesiriacum, Chézery, in Sabaudia, dioec. Bellicen., *OC*, 61.
[4] In patrimonio S. Petri, dioec. Ravennaten., *OC*, 251.

moratione sanctorum Severi et Apollinaris in Laudibus et Vesperis in domo propria, exauditur.

Petitio abbatis Bonae vallis [1], videlicet quod in Lugdunensi et 16
Belicensi dioecesibus et provinciis Viennensi et Tarentasiensi, qui voluerint de Ordine faciant festum sancti Anthonii cum XII lectionibus et duabus missis, exauditur.

Petitio abbatis Vallis Sancti Georgii [2] de faciendo anniversario 17
sui fundatoris in domo propria, exauditur.

Petitio abbatis Casemarii [3] qui petit ut fratres de insula qui 18
Castica nuncupatur, qui nullam certam habentes regulam, si ab omni iure episcopali exempti sunt, ut dicitur, uniantur Casaemarii monasterio, sicut iam eidem monasterio beati Dominici monasterium unitum est et subiectum, exauditur.

Petitio abbatis de Candelia [4] de faciendo festo beati Salvii 19
patroni sui in domo propria cum XII lectionibus, exauditur.

Petitio abbatis Sancti Viti [5] de Piscaria de facienda commemo- 20
ratione beati Viti martyris in Laudibus et Vesperis in domo propria, exauditur.

Petitio abbatis Sancti Viti de Piscaria pro faciendo festo beato- 21
rum martyrum Viti, Modesti et Crescentiae cum XII lectionibus et duabus missis die suo in domo propria, exauditur.

Petitio abbatis Sancti Viti de Piscaria de faciendo festo bea- 22
torum martyrum Christofori, Elpridi et Marchialis, quorum corpora habent, cum XII lectionibus et duabus missis die suo in domo propria, exauditur.

Petitio abbatis Stamedii [6] de faciendo festo beati Petri Tarenta- 23

16 : P^1.
17 : P^1.
18 : P^1.
19 : P^1.
20 : P^1.
21 : P^1.
22 : P^1.
23 : P^1.

[1] Bonnevaux, in dioec. Viennen., *OC*, 7.
[2] Georgental, in dioec. Maguntin., *OC*, 67.
[3] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[4] Candeil, in Languedocio, dioec. Albien., *OC*, 132.
[5] SS. Vitus et Salvus, in Aprutio, dioec. Theatin., *OC*, 247.
[6] Tamié, in Sabaudia, dioec. Camberien., *OC*, 30.

siensis [1] archiepiscopi die obitus eiusdem in domo propria, exauditur.

24 Petitio abbatis de Asprone [2] de facienda commemoratione sancti Quiriaci in Laudibus et in Vesperis in domo propria, exauditur.

25 Petitio abbatis de Bungizberh [3], qui petit fieri anniversarium sui fundatoris in domo propria, exauditur; idem conceditur abbati de Campo liliorum [4].

26 Petitio domini archiepiscopi Londensi [5] de anniversario suo post eius obitum faciendo in abbatiis nostri Ordinis quae infra fines sunt suae primatiae constitutae, exauditur.

27 Petitio abbatis de Doberan [6] qui petit festum undecim m. virginum in domo sua et matre sua [7] cum XII lectionibus et una missa tantummodo, exauditur.

28 Petitio abbatis de Hyssennagen qui petit anniversarium fundatricis suae fieri in domo sua tantummodo, exauditur; idem conceditur abbati Sancti Georgii [8] pro fundatoribus suis.

29 Petitio abbatis de Casa nova [9], qui petit sibi uniri preposituram curtis vetulae Ordinis sancti Augustini thaurinensis dioecesis, exauditur. Item eidem conceditur quod in eadem prepositura possit tenere quatuor monachos et habere ita dumtaxat quod locus ille numquam nomen habeat abbatiae vel prioratus, absque licentia Capituli generalis. Eidem etiam abbati conceditur ut per biennium hospites recipere minime teneatur.

---

24 : *P*[1].
25 : *P*[1].
26 : *P*[1].
27 : *P*[1].
28 : *P*[1].
29 : *P*[1].

---

[1] Stamedii fundator, dein Tarentasien. archiepisc. 1147-1174, *SE*, 829; *BB*, II, 3749.
[2] Heilsbronn, Fons salutis, in Bavaria, dioec. Eystetten., *OC*, 28.
[3] Baumgartenberg, Mons Pomarius, in Austria, dioec. Lincien., *OC*, 69.
[4] Lilienfeld, in Austria, dioec. S. Hippolyti, *OC*, 212.
[5] Iacobus Erlandi, antea Roeskilden. episc., Lunden. in Dania archiepisc. 1253-1274; *SE*, 330, *HC*, I, 317.
[6] Dobranum, in dioec. Sverinen., *OC*, 161.
[7] i. e. Amelongsborna, in dioec. Hildeshemen., *OC*, 38.
[8] Vallis S. Georgii, Georgental, in dioec. Maguntin., *OC*, 67.
[9] In Pedemontio, dioec. Taurinen., *LC*, 121.

Petitio abbatis Regalis montis [1], qui petit festum gloriosissimi 30
confessoris Sulpitii in domo propria fieri cum XII lectionibus et duabus missis, antiphonis et responsoriis quae ad generale Capitulum detulit idem abbas, exauditur.

Petitio abbatis de Alcubatia [2], qui petit ut sibi liceat de beato 31
Vincentio facere in domo sua speciale et proprium officium, exauditur.

Petitio abbatis de Salceda [3] pro anniversario M[afaldae] [4] 32
quondam reginae Castellae in sua et in duabus abbatiis monialium faciendo, exauditur.

Petitio abbatis et conventus Claraevallis de festo quatuor mar- 33
tyrum faciendo et pro historia beati Malachiae in festo ipsius in Claravalle dicenda, exauditur.

Inspectio abbatiae monachorum de Morteto [5] quae petit incor- 34
porari Ordini, de Ponte [6] et de Sanctae Mariae in Strata [7] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, qui ad locum, etc. et sit filia Fontis vivi [8], et quid inde, etc.

Inspectio loci, in quo dominus Caminensis [9] episcopus abba- 35
tiam monachorum nostri Ordinis fundare proponit, de Reynelth[10] et de Novocampo[11] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et quid inde, etc.

Abbates de Dunemunde[12] et de Valcane[13] quibus anno prae- 36

---

30 : P^1.
31 : P^1.
32 : P^1.
33 : P^1.
34 : P^1.
35 : P^1.
36 : P^1.

---

[1] Royaumont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 230.
[2] Alcobaça, in Lusitania, dioec. Ulixbonen., *OC*, 110.
[3] Salzedas, in Lusitania, dioec. Lamecen., *OC*, 143.
[4] Mafalda (beata), Henrici I Castellae regis uxor, dein monialis cist., † 1252, *BB*, II, 2947.
[5] S. M. de Mirteto, in Etruria, dioec. Pisan., *OC*, 229.
[6] Pons Trebiae, seu Quartazzola, in dioec. Placentin., *OC*, 221.
[7] S. M. de Strada, in patrimonio S. Petri, dioec. Bononien., *OC*, 248.
[8] In ducatu et dioec. Parmen., *OC*, 68.
[9] Hermannus de Gleichen, Caminen. episc. 1251-1289 (?), *SE*, 266 ; *HC*, I, 161.
[10] Reinfeld, in Holsatia, dioec. Lubecen., *OC*, 192.
[11] Neuencamp, in Pomerania, dioec. Sverinen., *OC*, 236.
[12] Mons S. Nicolai, seu Dünamünde, in Livonia, dioec. Rigen., *OO*, 214.
[13] Varnhem (?) in Suecia, dioec. Scaren., *OC*, 120.

terito de inspectione loci in quo dominus archiepiscopus Lyvoniae [1] abbatiam monachorum nostri Ordinis proponebat constituere, ex parte Capituli generalis commissio facta fuit et renuntiare ea quae invenerint ibidem Capitulo generali, neglexerunt, poenam peragant in Usibus constitutam. Abbas de Campo [2] hoc eis denuntiet.

37 Abbas etiam de Rupe [3] in Anglia qui nec venire ad Capitulum generale, nec mittere diu est, ut dicitur, procuravit, poenae subiaceat praenotatae.

38 Inspectio loci, ad quem petit transferri filiam suam abbatiam de Focali [4] quae est in insula Maioricarum, abbas Populeti [5], Sanctarum Crucum [6] et de Scarpio [7] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, qui ad locum, etc., et quid inde, etc.

39 Abbas de Saracha [8] qui pluribus annis venire ad Capitulum generale debuit et non venit poenam peragat in Usibus assignatam et nihilominus anno sequenti proximo generali Capitulo se praesentet, in ipso super hoc veniam petiturus. Abbas Scalae Dei [9] hoc ei denuntiet.

40 Abbas de Superaddo [10] qui non expressit sufficientem causam suae remorationis a Capitulo generali, sex diebus sit extra stallum abbatis et nihilominus sequenti generali Capituli se praesentet.

41 Abbati Casae novae [11] cui concessum dispensative fuerat a Capitulo generali ut in grangia sua de sancto Satrone haberet infirmitorium, conceditur ut propter loci infirmitatem in aliam grangiam quae dicitur sanctae Agathae liceat permutare.

---

37 : P^1.
38 : P^1.
39 : P^1.
40 : P^1.
41 : P^1.

---

[1] Albertus Suerber, ord. Praed. Rigen. archiep. 1253-1273, *SE*, 306; *HC*, I, 420.
[2] In dioec. Colonien., *OC*, 11, sive Neuencamp, in Pomerania, *OC*, 236.
[3] Roche Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 95.
[4] Legend. Regali; S. M. de Regali, in insula Maiorica, *OC*, 239.
[5] Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.
[6] Santas Creus, in Catalonia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.
[7] Escarpe, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 217.
[8] De Saracaz, *OC*, 227.
[9] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[10] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellan., *OC*, 67.
[11] Caja nova, in Aprutio, dioec. Pennen., *OC*, 199; cf. supra ann. 1253 stat. 37.

De abbate de Berola [1] qui patri suo abbati inobediens extitit quarumdam praetextu litterarum quas de exemptione sua impetrasse vel etiam tenere manifeste dinoscitur contra Ordinis instituta, nec non de patre abbate [2] dicti loci qui eos gravasse dicitur, de Bellapertica [3] et de Berdonis [4] committitur abbatibus in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, diligenter inquirant et corrigant viriliter auctoritate Capituli generalis tam in capite quam in membris quae correctionis officio noverint indigere, taliter in hoc facto se habentes ne ulterius super hoc ad maiorem audientiam merito debeat deportari, et super hoc scribatur domino regi Arragoniae [5] et Infanti filio eiusdem. Abbas de Bellapertica hoc collegae suo denuntiet, et quid inde, etc. **42**

Abbatibus [a] de Campo [6] et de Valle Sancti Lamberti [7] anno praeterito commissae fuerunt querelae abbatiarum de Hoch [8] et de Herkenrode [9] et nundum sunt terminatae, tam de novis quam de veteribus cognoscentes eas usque ad diffinitivam sententiam prosequentur. **43**

44 Querela abbatis loci Restaurati[10], Ordinis Praemonstratensis, contra abbatem Montis regalis[11], de Ursicampo[12] et de Igniaco[13] committitur abbatibus in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

Querela abbatis Morimundi contra abbatissam Belli fageti[14], **45**

42 : *P*[1].
43 : *P*[1]. [a] Abbates : *ms*.
44 : *P*[1].
45 : *P*[1].

[1] Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[2] i. e. Scalae Dei abbas, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[3] Belleperche, in Vasconia, dioec. Montisalban., *OC*, 75.
[4] Berdona, Berdouës, in Vasconia, dioec. Auxitanen., *OC*, 48.
[5] Iacobus I, Aragon. rex, dein cist. monachus, † 1276, *BB*, II, 2307.
[6] Vetus Campus, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
[7] In Belgio, dioec. Leodien., *OC*, 207.
[8] Abbatia monialium, in dioec. Leodien.
[9] Abbatia monialium, in dioec. Leodien., *GC*, III, 1032.
[10] In dioec. Suessionen., *GC*, XI, 502.
[11] Royaumont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 230.
[12] Ourscamp, in dioec. Bellovacen., *OC*, 17.
[13] Igny, in dioec. Remen., *OC*, 14.
[14] Beaufay, in dioec. Lingonen., *OC*, LXXVII ; *GC*, IV, 655.

de Karo loco [1] et Theoloco [2] committitur abbatibus in plenaria Ordinis potestate, et quid inde etc.

46 Querela abbatis Villae novae de Oschos [3] contra praedecessorem suum, de Monte fero [4] et de Penna maiori [5] committitur abbatibus in plenaria Ordinis potestate pace etc., et quid inde, etc.

47 Querela abbatis Bonae vallis [6] in Pictavia contra abbatem Sancti Leonardi [7], de Valentia [8] et de Franesia [9] committitur abbatibus in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

48 Querela decani Sancti Dionisii de Vergeio contra abbatem de Charitate[10], committitur de Firmitate et de Lucela[11] abbatibus in plenaria Ordinis potestate pace, et quid inde, etc.

49 Querela abbatis Frigidi montis[12] contra moniales de Pantemont[13], de Regali monte[14] et de Briotel[15] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, etc., et quid inde, etc.

50 Querela abbatis de Binedone[16] contra moniales de Tharento[17] committitur de Bufehtre[18] et de Newalim[19] abbatibus in plenaria Ordinis potestate pace, etc., et quid inde, etc.

51 Cum gravis querela de excessibus monachorum Aquae frigi-

46 : *P*¹.
47 : *P*¹.
48 : *P*¹.
49 : *P*¹.
50 : *P*¹.
51 : *P*¹.

[1] Cherlieu, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 19.
[2] Tulley, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 19.
[3] In Asturia, dioec. Oveten., *OC*, 209.
[4] In Gallecia, diec. Compostellan., *OC*, 207.
[5] In Gallecia, dioec. Lucen., *OC*, 228.
[6] Bonnevaux, in dioec. Pictavien., *OC*, 13.
[7] St-Léonard-des-Chaumes, in dioec. Rupellen., *OC*, 156.
[8] La Valence, in dioec. Pictavien., *OC*, 233.
[9] Frenada, in dioec. Engolismen., *OC*, 129.
[10] In dioec. Bisuntinen., *OC*, 30.
[11] Lucelle, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[12] Froidmont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 63.
[13] N.-D. de Pentemont, in suburbio Bellovacen. civitatis, *GC*, VII, 924.
[14] Royaumont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 230.
[15] Briostel, alias Alnetum, Lannoy, in dioec. Bellovacen., *OC*, 103.
[16] Bindon Abbey, in dioec. Lincolnien., *OC*, 167.
[17] Tarenteensis abbatia, in agro Dorsetensi, *Monast. angl.*, V, 619.
[18] Buckfasta, in dioec. Exonien., *OC*, 103.
[19] Newham, in dioec. Exonien., *OC*, 246.

dae [1] qui inter alia abbatem suum expulisse dicuntur, delata sit Capitulo generali, de Kara valle [2] et de Locedio [3] abbatibus iniungitur auctoritate Capituli generalis ut ad locum, etc., et quid inde, etc.

Querela abbatis de Bona requie [4] contra abbatem de Saltraya [5] 52
in Anglia, de Begard [6] et de Parquelude [7] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, etc. Iudices autem apud Cantuariam diem assignant partibus prima vice, et si ibi componi non poterint inter partes aut iudices in sententiam modo quolibet convenire, secundus terminus praecipitur assignari partibus auctoritate Capituli generalis citra mare. Abbas de Begar hoc suo collegae denuntiet.

1258

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo acta sunt haec apud Cistercium [b] tempore Capituli generalis.

Statuit et ordinat Capitulum generale ut illae orationes solem- 1
nes quae solebant fieri per totum Ordinem pro domino Papa, pro terra sancta, pro bono statu regni Franciae et totius Ecclesiae generalis, in suo robore perseverent.

Item cum excessus vocum [a] in cantu dehonestet multipliciter 2
nostri Ordinis honestatem et [b] idcirco provide [c] ab antiquo per sanctos patres fuerit institutum quod mediocritas conservetur in [d] eo quod [e] gravitatem redoleat et devotionem debeat incitare [f], districte praecipitur cantoribus Ordinis universi, ut hoc ipsi [g] observent, et ab aliis diligentissime [h] faciant observari [i]; si quis

---

52: *P*¹.
1258. [a] *Titulus apud P¹V.* [b] in Capitulo generali: *V.*
1: *L²MP¹P¹⁰.*
2: *L¹L²MP¹P¹⁰QV.* [a] et cantuum: *V.* [b] et: *deest V.* [c] provide: *deest L¹V*; provinde: *P¹.* [d] in cantu quae et gravitatem: *V.* [e] quae: *P¹.* [f] excitare: *V.* [g] ipsum: *V.* [h] diligentissime: *deest MV.* [i] observare: *L¹.*

---

[1] Acqua Fredda, in Lombardia, dioec. Cuman., *OC*, 75.
[2] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[3] In Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.
[4] Bon-Repos, in dioec. Corisopiten., *OC*, 164.
[5] Saltrey, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[6] In dioec. Briocen, Britann. minoris, *OC*, 18.
[7] Parcum Ludae, Louth Park, in dioec. Lincolnien., *OC*, 56.

vero in cantando [j] modum gravitatis [k] huius excessisse [l] notatus fuerit, taliter castigetur quod poena illius ab excessu huiusmodi alios retrahat in posterum et compescat.

3 Item cum effrenatam multitudinem monachorum, in multarum abbatiarum Ordinis et maxime Cistercii matris nostrae, dispendium et gravamen venire contingat ad Capitulum generale contra antiqua et salubria Ordinis [a] instituta, volens idem Capitulum generale [b] huic morbo competenti antidoto obviare, ordinat et diffinit quod nullus abbas ab abbatia sua iter arripiens ad Capitulum generale secum [c] ultra primam abbatiam in via Capituli recto itinere existentem, vel locum aeque distantem [d], monachum vel in fraudem praemittere, seu etiam ut eum subsequatur [e], vel ut sibi occurrat, concedere praesumat [f] ullatenus vel attentet. Nullus etiam monachus ad dictum Capitulum venire, vel ut vocetur procurare praesumat, monachis duntaxat exceptis qui pro negotiis Ordinis ad romanam Curiam diriguntur [g] qui usque Divionem licite venire poterunt, ut ibidem petita licentia et obtenta iter quod coeperant prosequantur ; qui vero venire praesumpserint [h] contra statutum tam necessarium et salubre, si abbas fuerit, tribus diebus sit [i] in levi culpa uno eorum in pane et aqua [j]; si vero monachus eidem poenae subiaceat et nihilominus [k] omnium ultimus sit per annum. Excipiuntur iterum [l] ad hac lege [m] abbates illi quibus a Capitulo generali hactenus [n] est concessum, ut monachos et plures equitaturas adducant ad Capitulum generale.

4 Item [a] sicut dolentes accepimus, frater Andreas quondam abbas

---

[j] cantu : *V*. [k] repertus fuerit : *V*. [l] excesserit : L^1MP^1. — gravius puniatur : *V qui sic desin.*

3 : $L^1L^2MP^1P^{10}Q$. [a] nostri : L^1. [b] generale : *deest* P^1P^{10}. [c] equum : P^1. [d] equidistantem : P^1. [e] sequatur : *M*. [f] monachis duntaxat : *M, omittens sic integram sententiam.* [g] romanam : L^1. [h] praesumpserit : P^1P^{10}. [i] sit in levi culpa : *deest* P^1. [j] pœnitentiam peragat levis culpae : P^1. [k] nihilominus : *deest* P^1. [l] iterim : P^1. [m] ab hac lege : *deest M*. [n] hactenus : *deest M*.

4 : L^1P^1. [a] *paulo aliter et brevius apud* L^1 : Hic sequitur longa diffinitio Cap. gen. qua confirmatur sententia excommunicationis et suspensionis lata in abbatem de Berola fratrem Andream nomine per patrem eius abbatem de Scala Dei et iudices a Cap. gen. delegatos ob suam inobedientiam, contumaciam contra eundem patrem et Cap. gen., et quia in suae perversitatis cumulum et augmentum contra, *etc., et desin.* : ad perpetui carceris intrusionem solemniter condemnatur.

de Berola [1] post sui cordis ambulans pravitatem, confracto paternae et generalis Capituli obedientiae levi iugo, convertens quoque ovinam humilitatem in rabiem beluinam, non solum contumax inobediens et rebellis Capitulo generali et patri [2] extitit et existit, verum in suae perversitatis cumulum et augmentum contra libertatem et antiquam simplicitatem eiusdem Ordinis litteras impetravit, et eisdem usque adeo usus est et utitur abusive ut in dictum patrem suum indutus sacris execrabiliter et baculo pastorali munitus dicatur excommunicationis sententiam de facto pluries, etiam in ecclesiis saecularium temere, protulisse. Ne igitur tantae absurditatis pernicies per impunitatem unius pluribus damnabiliter transeat in exemplum, sententias excommunicationis, suspensionis in ipsum, et ipsius complices, monachos et conversos latas per dictum patrem scilicet de Scala Dei, nec non per iudices in praemissis a Capitulo generali deputatos, confirmat et ratas habet generale Capitulum ; et quia lenis ac frequens monitio dictorum Capituli et patris eius mitigare non valuit furorem spiritus concitati, cum crescente contumacia crescere debeat et poena, si infra mensem unum postquam in duabus vel tribus abbatiis suae abbatiae vicinis praesens diffinitio fuerit propalata (quam propalationem per dictum patrem ipsius vel eius nuntium absque dilatione fieri mandat generale Capitulum) noluerit resipisci, ad perpetui carceris intrusionem sententialiter condemnatur. Praedicti vero complices ipsius si (quod absit) in sua malitia permanserint, calcaneo ad supremum obfirmato, poenae conspiratorum subiacêant ista vice, quod si ad obedientiam Ordinis infrà praedictum terminum humiliter redierint, committitur de Oliva [3] et de Yrantio [4] abbatibus ut dictam poenitentiam contra ipsos monachos et conversos temperent, prout viderint expedire.

Item diffinitioni ad petitionem domini Papae de cappis, tunicis, 5
dalmaticis utendis anno praeterito factae, additur ut in solemnitatibus, quibus abbates celebrare tenentur, diacono et subdiacono tunica et dalmatica uti liceat, abbatum absentia non obs-

5 : $L^1L^2MP^1P^{10}Q$.

[1] Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
[2] i. e. Scalae Dei abbas, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[3] La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119.
[4] Irancium, Iranzu, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 176.

tante. Et quia novitates stringendae sunt potius quam laxandae, auctoritate qua potest prohibet Capitulum generale, ne cappis, tunicis, dalmaticis, emendis [a], seu modo quolibet de cetero acquirendis curiositate, pretiositate et varietate notabili adornatis alicui personae Ordinis uti liceat quoquomodo.

6 Quoniam [a] monachi Beati Dionisii [1] in Francia et Sancti Vedasti [2] Attrebatensis inter ceteros religiosos quadam speciali praerogativa [b] dilectionis personas Ordinis prosequuntur, volens generale Capitulum ipsos inter alios religiosos specialiter [c] honorare, benigne [d] concedit abbatibus et personis Ordinis, ut dictorum monasteriorum abbates et monachos praesentes pariter et futuros, quoties ipsos ad eos venire contigerit, in suis refectoriis admittant, auctoritate Capituli generalis.

7 Quoniam a nonnullis [a] solebat [b] in dubium revocari quid [c] poena suspensionis cum infligitur alicui, secundum intentionem Ordinis debeat importare, ita [d] diffinit et [e] determinat Capitulum generale quod is [f] qui auctoritate Capituli generalis suspenditur, ab altaris officio solummodo intelligatur [g] suspensus nisi aliquid [h] in sententia expressius habeatur.

8 Statuit [a] et ordinat Capitulum generale ut emissi [b] pro manifesto carnis contagio usque [c] ad decennium minime ad domos proprias revertentur [d], absque licentia Capituli generalis [e], diffinitione [f] super hoc anno praeterito lata penitus expirante.

9 Districtissime [a] inhibetur a [b] Capitulo generali omnibus abbatibus et personis Ordinis [c] universi, ne de cetero in hospiciis [d] monialium vel alibi in domibus Ordinis, in villis vel extra, cum

---

[a] utendis, anno emendis : P^1 ; trahendis : P^{10} ; omni modis seu modo : *Q*.

6 : $L^1L^2MP^1P^{10}Q$. [a] Quoniam : *deest* L^1 *qui breviorem habet formulam.* [b] L^1 *statim addit* : admittuntur in nostris refectoriis. [c] specialius : P^1P^{10}. [d] benigne : *deest M.*

7 : $L^2MP^1P^{10}QV$. [a] nullis : *Q.* [b] solet : *V.* [c] quod : *V.* [d] ita : *deest M.* [e] et determinat : *deest V.* [f] his : *V.* [g] intelligitur : *V.* [h] aliud : *V.*

8 : $L^1L^2MP^1P^{10}QT^5$. [a] P^{10} *in margine haec habet* : Hic deest sententia statuti adversus emissos quam vide p. 493 sequenti ad ann. 1260. [b] *hic incip.* L^1MT^5. [c] per decennium : *M.* [d] revocentur : $L^1MP^1T^5$. [e] *hic desin.* T^5. [f] ratione : *M.*

9 : $L^1L^2MP^1P^{10}QT^5V$. [a] Districtissime : *deest* L^1T^5. [b] ibidem : T^5. [c] nostri : *V* ; comedere : L^1V. [d] hospitio : *M* ; et ubicumque cum monialibus in eadem mensa : L^1.

---

[1] Celebris abbatia O. S. B., *GC*, VII, 332 ; VIII, 1756.

[2] Abbatia O. S. B., *GC*, III, 373.

eis comedere in eadem mensa praesumant [e], alioquin si abbates fuerint, omni sexta feria sint in pane et aqua usque ad sequens Capitulum generale in ipsi Capitulo super hoc veniam petituri ; monachi vero [f] sint ultimi [g] et omni sexta feria sint in pane et aqua per annum.

Cum relatione didicerit bona [a] fide Capitulum generale quod **10**
quaedam de novo in Ordinem [b] irrepserit in Ordine corruptela videlicet [c] ut principum et saecularium praelatorum sive [d] aliorum etiam magnatorum preces, in antiquae simplicitatis Ordinis praeiudicium in electionibus interdum [e] damnabiliter obtineant primum locum, ideo [f] inhibet Capitulum generale ne huiusmodi preces aliquatenus admittantur, vel aliquem [g] quocumque modo sortiantur effectum, quin potius is pro quo preces huiusmodi contigerit impetrari, ea vice nullatenus ibidem [h] eligatur, nisi forte constare posset legitimis documentis aut violentis praesumptionibis quod [i] eaedem preces ad impediendum alicuius electionem, et in fraudem huius constitutionis dolose forent ab aliquo procuratae ; sed et si quis [j] de Ordine talium precaminum extiterit [k] procurator, si super hoc convinci potuerit, de domo propria expellatur, non reversurus nisi de licentia Capituli generalis.

Cum in dubium verteretur a quo deberet abbatia de Ferraria [1] **11**
visitari, abbate et conventu de Berola [2] patribus dictae abbatiae in omnimoda rebellione et contumacia et excommunicationis sententia a generali Capitulo propter haec in ipsos lata, obstinato animo persistentibus, diffinit et ordinat Capitulum generale ut per abbatem Scalae Dei [3] patrem ipsius abbatiae de Berola in plenaria Ordinis potestate visitetur, corrigatur et ordinetur praedictorum abbatis et conventus de Berola contumacia perdurante. Et idem de abbatia monialium Tresonares [4] filia de Berola observetur.

---

[e] Abbates qui contra fecerint : L^1T^5. [f] ultra : L^1. [g] omnium : *V*.
10 : $L^1L^2MP^1P^{10}Q$. [a] digna : L^1Q. [b] in Ordinem : *deest* L^1L^2 ; in Ordine : *M*. [c] verbi gratia : L^1. [d] seu : L^1. [e] interdictum : L^2MP^{10}. [f] et : P^1. [g] aliquo : P^{10}. [h] idem : L^1P^1Q. [i] quia : P^1. [j] aliquis : L^2MP^{10}. [k] fuerit : P^1 ; constiterit : L^1.
11 : P^1.

---

[1] Seu Herrera, in veteri Castella, dioec. Calaguritan., *OC*, 163.
[2] Cf. supra stat. 4.
[3] Cf. supra stat. 4.
[4] Sic citata in *ms. 925 Arsenal.*

12 Cum diffinitio de concessione rasurarum anno praeterito edita propter longitudinem seu arctationem temporis, quae quandoque contingit correctione aliquantula indigeret, ordinat et statuit Capitulum generale, ut rasuris iam concessis una superaddatur rasura, quae fiat ad mensem Paschae et quae in Ascensione Domini fieri [a] consueverat, in festo Pentecostes habeatur, aliis rasuris permanentibus [b], sicut prius fuerat ordinatum. Conversis etiam conceditur ut quandocumque monachi rasuram habuerint et ipsi rasuram habeant, ut in Ordine uniformitas observetur.

13 Quoniam querela frequens et assidua et omnimode taediosa super emissione monachorum nostri Ordinis, et etiam conversorum auribus generalis Capituli taediosius innovatur, huic tanto morbo cupiens idem generale Capitulum congruam adhibere medelam duxit proinde statuendum, ut quandocumque aliquis monachus vel conversus fuerit suis exigentibus demeritis emittendus, de consilio prioris et quatuor aut quinque seniorum de domo sanioris consilii, qui emittendus fuerit emittatur, cuius culpa et omnium de cetero emittendorum, et etiam sponte sua de Ordine exeuntium, a priore diligentius conscribatur, causas vero emissionis eorumdem, hi qui ad consilium fuerint evocati, visitatori teneantur fideliter intimare. Diffinitio autem super emissionibus anno praeterito lata penitus revocatur.

14 Abbates [a] qui ad Capitulum generale non venerint anno quo tenentur, nisi legitima excusatio intercedat, videlicet gravis et evidens infirmitas prout in Charta Charitatis continetur, pro prima transgressione poenam sustineant in Usibus, quinta diffinitione, capitulo undecimo diffinitam. Si autem anno immediate sequenti non venerint nec praedicta infirmitatis causa legitime se poterunt tueri, omni alia excusatione cessante, auctoritate Capituli generalis absque retractatione aliqua deponantur. Si vero visitatores in praemissis fuerint negligentes poena plectantur irrefragabiliter antedicta, et quoniam quidam praetextu paupertatis excusationem praetendunt se expensis carere ad hoc sufficientibus asserentes, domino Cistercii et quatuor primis abbatibus filiis suis committitur auctoritate Capituli generalis ut de

---

12 : *L¹L²MP¹P¹⁰Q.* [a] haberi : *L¹M.* [b] prius ordinatis : *L¹.*
13 : *P¹Q.*
14 : *L²MP¹P¹⁰Q.* [a] Abbas : *P¹⁰.*

talibus abbatiis aliis coniungendis vel ut omnino ab Ordine expirent, pensatis quae secundum Deum et Ordinem sunt pensanda, unusquisque ipsorum in generatione sua ordinet [b] prout viderit expedire.

Auctoritate Capituli generalis statuitur [a] ut quicumque abbas 15
alicuius abbatis cedentis, et ad ipsum profitendi gratia divertentis, professionem recipere noluerit, usque ad sequens Capitulum generale sit extra stallum abbatis et omni sexta feria in pane et aqua, ob [b] quam causam venire teneatur in ipso super hoc veniam petiturus [c]. Sententia autem suspensionis, alias contra tales edita, penitus revocetur.

Cum non immerito durum iudicari debeat ab omnibus et ini- 16
quum in domibus nostris personas ordinis non admitti, et maxime personas Cistercii matris nostrae, quibus debet semper ab omnibus honor praecipuus exhiberi, abbati de Obazina [a] [1] committitur auctoritate Capituli generalis ut conversum de Garda [2] filia eius, qui monachum Cistercii inique repulit, nec ei voluit ministrare, et alios de dicta domo, quos in hoc invenerint culpabiles, graviter puniat, secundum quod ipsos in hoc deprehenderit excessisse [b]; abbas de Dalone [3] hoc ei denuntiet.

Cum [a] in sententia de servando silentio in mensis saecularium [b] 17
a nostri Ordinis monachis et conversis continetur [c], ut verba tantum [d] rara [e] et brevia loquerentur [f], hanc brevitatem et raritatem [g] ad hoc restringit Capitulum generale, ut tantum [h] sal, panem, aquam [i] et huiusmodi necessaria [j], ubi signa non intelliguntur [k], loquendo eisdem petere liceat, prout fieri consueverat ab antiquo.

Auctoritate Capituli generalis iniungitur abbatissis et [a] eorum 18

---

[b] ordinent : P^{10}.

15 : L^1P^1QVW. [a] *hic incip.* L^1VW. [b] ad quod Capitulum : L^1VW. [c] *hic desin.* *VW*.

16 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Obexina : P^{10}. [b] *hic desin.* L^1.

17 : $L^1L^2MP^1P^{10}QT^5V$. [a] Cum statutum : *V*. [b] saecularibus : T^5. [c] contineretur : $L^1P^1P^{10}T^5$; contineat : *V*. [d] tamen : T^5. [e] rationabilia : *V*. [f] loquentur : *V*. [g] rationabilitaten declarat : *V*. [h] tantummodo : *V*. [i] aquam : *deest V*. [j] necessitati eisdem loquendo : *V*. [k] intelligerentur : P^1, intelligentur : *M*.

18 : $L^1L^2MP^1P^{10}Q$. [a] ut : P^{10}.

---

[1] In dioec. Tutelen., *OC*, 106.
[2] Garda Dei, in dioec. Montisalban., *OC*, 122.
[3] In dioec. Tutelen., *OC*, 147.

visitatoribus ut capellanos monialium corripiant et castigent qui missas noluerint secundum formam et consuetudinem Ordinis celebrare [b].

19 Statuit et ordinat Capitulum generale quod si plures personas pro [a] dispersione ad aliquam domum mitti contigerit [b], abbas ad quem missi fuerint ad receptionem duorum tantummodo teneatur.

20 Inhibetur auctoritate Capituli generalis universis nostri Ordinis personis, ne sine corrigiis vandagia [a] sive sotulares portare praesumant; qui vero extravenire praesumpserit [b] a vino abstineat, quamdiu in transgressione huiusmodi duxerit persistendum.

21 Statuit et ordinat Capitulum generale ut in [a] anniversario generali episcoporum et abbatum, omnes qui ea die celebraverint, celebrare de anniversario teneantur.

22 Inhibetur [a] districtius [b] auctoritate Capituli generalis ne abbates in adventu visitatorum suorum, seu in ipsis visitationibus vel alias praesumptuosos faciant apparatus, sed visitatores [c] et visitati ea in praemissis sint mediocritate contenti [d], quae simplicitatem redoleat Ordinis et paupertatem, ita quod ad plus duo tantum genera pitantiarum tam eis quam omnibus aliis personis de cetero ministrentur; pueris autem visitatorum illam vini portionem pro quolibet duplicatam, qua contenti sunt monachi et conversi, et unicam pitantiam cum pulmento seu pulmentis. De cetero statuit Capitulum generale ministrari hoc idem eundo et redeundo in grangiis et cellariis domus visitatae vel etiam visitandae per omnia observetur, et hoc aeque [f] vel parcius circa [g] quoslibet transeuntes abbates observari decrevit idem Capitulum generale. Conversi autem seu aliqui de visitatorum familia vestes, caligas, vel ultra caligarum novarum valorem nullatenus quidquam recipere audeant, sine visitatorum speciali licentia et consensu, nec aliqua persona cum dictis visitatorum pueris comedere permittatur, huiusmodi statuti tam necessarii transgressoribus

---

[b] *apud* L^1: De capellanis monialium qui noluerint secundum ... celebrare, corripiantur ab abbatissis et visitatoribus.

19: $L^2MP^1P^{10}Q$. [a] propter dispersionem: P^1. [b] consueverit: P^{10}.

20: $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] vendagias: L^1P^{10}; vandagias: P^1. [b] praesumpserint, abstineant, duxerint: L^1MP^1.

21: $L^1L^2MP^1P^{10}T^5$. [a] *hic incip.* L^1T^5.

22: $L^1L^2MP^1P^{10}QV$. [a] Inhibet districtissime Capitulum ne: V. [b] districte: L^1. [c] visitatores et visitati ea in praemissis: *deest* V. [d] in hiis que redolent: V. [e] eundo: *deest* P^1. [f] aequaliter: L^1: aeque idem: P^1. [g] in ea: L^1.

hanc poenam duxit generale Capitulum infligendam, sive sit visitator sive etiam visitatus, ut videlicet [h] si sit abbas tribus diebus [i] uno eorum in pane et aqua sustineat poenam levis culpae, si vero monachus vel conversus eadem poena plectatur et ultimus omnium sit per annum, sententia autem de computationibus in visitatione faciendis quondam edita revocatur.

Sententiam [a] anno praeterito latam super eo quod personae [b] **23**
Ordinis non nisi per proprios abbates de abbatia in abbatiam mitterentur [c] interpretatur sic Capitulum generale quod illi abbates ad quos missi fuerint, per litteras suas eos ad alias [d] abbatias mittere valeant [e] de propriorum abbatum licentia [f] et mandato.

Petitio monachorum scholarium Parisius [a] qui petunt ut liceat **24**
eis festum undecim millium virginum cum duodecim lectionibus et duabus missis in domo Sancti Bernardi Parisius [b] celebrare, exauditur.

Conceditur venerabili patri episcopo Convennarum [1] plenarium **25**
servitium per totum Ordinem, et quod fiat ipsius anniversarium post eius decessum in domo Bonifontis [2] in qua novitius extitit et professus.

Inspectio abbatiarum Sancti Gaudentii [3] in Romaniola [a] et **26**
Sancti Severi [4] quae, licet sint incorporatae Ordini, nec tamen consueta gaudent Ordinis libertate, sicut relatum est auribus Capituli generalis, de Columba [5] et de Brondolo [b] [6] committitur abbatibus in plenaria Ordinis potestate, qui ad loca personaliter accedentes pensatis omnibus quae secundum Ordinem sunt pensanda, et super praemissis inquisita diligentius veritate, si non intellexerint dictas abbatias posse stare et vivere iuxta Ordinis praesentem et pristinam libertatem, eas auctoritate Capituli

---

[h] verbi gratia : L^1. [i] sit in levi culpa... : *MV*.
23 : $L^2MP^1P^{10}QV$. [a] Sententia... lata : *MV*. [b] monachi : *V*.
[c] ita : *V*. [d] domum aliam : *V*. [e] videant : P^{10}. [f] speciali : *V*.
24 : MP^1. [a] parisien : P^1. [b] Parisiis : P^1.
25 : P^1.
26 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Romania : P^1. [b] Blondolo : *M*.

---

[1] Arnaldus Roger, Convenarum episc. 1241-1260 (?), *SE*, 539 ; *HC*, I, 207.
[2] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.
[3] In Etruria, dioec. Fesulan., *OC*, 250.
[4] In dioec. Ravennaten., *OC*, 251.
[5] S. M. della Colomba, in Italia, dioec. Placentin., *OC*, 45.
[6] In paludibus Venetiarum, dioec. Fossae Clodiae, *OC*, 232.

generalis ab Ordine denuntient expirasse, alioquin eas eadem auctoritate denuntient permanere. Abbas de Brondelo [c] hoc collegae suo denuntiet.

27 Cum abbas de Strata florida [1] petierit veniam in Capitulo generali pro sui dispersione conventus, concessum est eidem ab eodem generali Capitulo ut si conventum suum in domo propria retinere potuerit, a susceptione hospitum ad commorandum per triennium absolvatur.

28 Petitio abbatis de Quimquestal [a] [2] qui petit quod liceat ei anniversarium fundatorum suorum in domo sua facere annis singulis, exauditur.

29 Petitio venerabilis patris episcopi Pictaviae [3] de habendo secum uno monacho, hilarie exauditur, ita tamen quod ille monachus honestis officiis deputetur.

30 Petitio abbatis Vallis Sancti Lamberti [4] de faciendo festo sancti Lamberti in domo propria cum historia propria et duabus missis, exauditur.

31 Petitio abbatis de Claro campo [5] de faciendo cum duabus missis in domo propria festo sancti Bonifacii, exauditur.

32 Petitio abbatis de Hylaria [6] de faciendo festo sanctae Chunegundis in domo propria cum una missa et duodecim lectionibus, exauditur.

33 Petitio abbatis de Lucana [7] de faciendo festo undecim millium virginum in domo propria et in generatione de Bergis [8] cum una missa et duodecim lectionibus, exauditur.

---

[c] Blondolo : *M*.

27 : *P*¹.

28 : *P*¹. [a] Qmqstal : *ms*.

29 : *P*¹.

30 : *P*¹.

31 : *P*¹.

32 : *P*¹.

33 : *P*¹.

---

[1] Stratfleur, in Wallia, dioec. Meneven., *OC*, 151.

[2] Kirkestal, Kirkstall, in Anglia, dioec. Eboracen., *OC*, 93.

[3] Hugo de Chateauroux, Pictaven. episc. † 1271, *SE*, 602 ; *HC*, I, 399.

[4] In Belgio, dioec. Leodien., *OC*, 207.

[5] Klaarkamp, in Frisia, dioec. Leovardien., *OC*, 154.

[6] Wilhering, in Austria, dioec. Licien., *OC*, 90.

[7] Seu Lukana, alias Wongrowitz, in dioec. Gneznen., *OC*, 72.

[8] Altenberg, Vetus Mons, in dioec. Colonien., *OC*, 29.

Querela abbatissae de Insulis [1] contra abbatem de Pontigniaco, committitur de Valle lucenti [2] et de Reigniaco [3] abbatibus in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc. **34**

Querela abbatis de Paradiso [4] contra abbatem de Obra [5], de Lugna [6] et de Lenich [7] et Conbreloch [8] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pace, etc., et quid inde, etc. **35**

Querela abbatissae de Portu regio [9] contra abbatissam de Thesauro[10], de Pruliaco[11], de Valle Beatae Mariae[12] et de Brolio[13] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pace, etc., et quid inde, etc. **36**

Cum plura gravia et inhonesta sint relata de abbate et conventu Vallis benedictae[14] auribus Capituli generalis, de Bona valle[15] patri eiusdem abbatiae, de Mansiade[16] et de Altacumba[17] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate ut ad dictam abbatiam personaliter accedentes, super excessibus quibus abbas et aliqui de conventu graviter infamantur, inquisita diligentius veritate, quos culpabiles invenerint taliter corrigant et castigent quod poena docente discant quam caute a culpa in posterum sit cavendum, et quid inde, etc. **37**

Querela abbatis Sancti Spiritus[18] de Sennona contra abbatem **38**

34 : P^1.
35 : P^1.
36 : P^1.
37 : P^1.
38 : P^1.

[1] Les Iles, in dioec. Autissiodoren., *GC*, XII, 480.
[2] Vauluisant, in dioec. Senonen., *OC*, 16.
[3] Rigny, in dioec. Senonen., *OC*, 15.
[4] Paradiz, in Polonia, dioec. Poznanien., *OC*, 240.
[5] In Polonia, dioec. Poznanien., *OC*, 241.
[6] Alias Wongrowitz, in dioec. Gneznen., *OC*, 72.
[7] Lehnin, in marchia et dioec. Brandenburgen., *OC*, 182.
[8] Dobrilugk, in Lusatia, dioec. Misnen., *OC*, 153.
[9] Port-Royal, prope Parisien. civit., *GC*, VII, 910.
[10] Le Trésor, in dioec. Rothomagen., *GC*, XI, 325.
[11] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[12] N.-D. du Val, in dioec. Versalien., *OC*, 42.
[13] Brolium Benedicti, Breuil-Benoît, in dioec. Ebroicen., *OC*, 103.
[14] Val-Benoîte, in dioec. Lugdunen., *OC*, 183.
[15] Bonnevaux, in Delphinatu, dioec. Viennen., *OC*, 7.
[16] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivarien., *OC*, 9.
[17] Hautecombe, ad lacum Burgeti, in dioec. Camberien., *OC*, 34.
[18] S. Spiritus de Semprone, in provincia Terrae-Laboris, dioec. Caietan., *OC*, 245.

Casaemarii [1] committitur Sancti Martini [2] prope Viterbium et Sancti Anastasii [3] de Urbe abbatibus in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

39 Querela abbatis Morimundi contra abbatissam et conventum monialium Belli fageti [4], de Longo vado [5] et de Clarofonte [6] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pace, etc., et quid inde, etc.

40 Querela abbatis de Altacumba [7] contra priorissam Boniloci [8], abbati de Bona valle [9] committitur in plenaria Ordinis potestate pace, etc., et quid inde, etc.

41 Querela abbatis de Fullano [10] contra abbatem de Eslis [11], de Bellapertica [12] et Bolbona [13] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pace, etc., et quid inde, etc.

42 Querela abbatis Belliloci regis [14] in Anglia contra abbatem de Ruppe [15], de Carreria [16] et de Brueria [17] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pace etc., et quid inde, etc.

43 Querela abbatis Clari loci [18] contra abbatissam Sanctae Helidis [19], de Sancto Benedicto [20] et de Tribus Fontibus [21] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

---

39 : P^1.
40 : P^1.
41 : P^1.
42 : P^1.
43 : P^1.

---

[1] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
[2] S. Martinus de Montibus Viterbii, in patrimonio S. Petri, *OC*, 124.
[3] SS. Vincentius et Anastasius, prope Romam, *OC*, 62.
[4] Beaufay, in dioec. Lingonen., *OC*, LXXVII ; *GC*, IV, 655.
[5] Longuay, in dioec. Lingonen., *OC*, 118.
[6] In dioec. Bisuntinen., *OC*, 24.
[7] Cf. supra stat. 37.
[8] Bonlieu, in Sabaudia, dioec. Gebennen., *GC*, XVI, 497.
[9] Bonnevaux, in Delphinatu, dioec. Viennen., *OC*, 7.
[10] Fulium, Feuillant, in Languedocio, dioec. Riven., *OC*, 157.
[11] Legend. Elnis, Eaunes, in Languedocio, dioec. Tolosan., *OC*, 122.
[12] Belleperche, in Vasconia, dioec. Montisalban., *OC*, 75.
[13] Boulbonne, in dioec. Tolosan., *OC*, 123.
[14] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintonien., *OC*, 210.
[15] Roche Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 95.
[16] Quarraria, Quarr Abbey, in Vecta insula, *OC*, 99.
[17] Bruern, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[18] Clairlieu, in dioec. Nanceien., *OC*, 127.
[19] S. Hoildis, in dioec. Tullen., *GC*, XIII, 1121.
[20] S. Benedictus in Wavria, in dioec. Meten., *OC*, 24.
[21] In dioec. Catalaunen., *OC*, 6.

Abbates de Renech [1] et de Novo campo [2] qui, de loco in quo dominus episcopus Caminensis [3] abbatiam monachorum nostri Ordinis fundare proposuit, nil renuntiaverunt hoc anno Capitulo generali, cum inspectio ipsius loci commissa fuisset eisdem, poenam peragant in Usibus constitutam. Abbas de Dargo [4] hoc eis denuntiet. **44**

Abbas de Otula [5] qui hoc anno non denuntiavit Sanctarum Crucum [6], Populeti [7] et de Scarpio [8] abbatibus, poenam peragat in Usibus constitutam. **45**

Abbates de Burferte [9] et de Nehuham [10], quibus anno praeterito ex parte Capituli generalis quaedam commissio facta fuerat, nec inde eidem Capitulo aliquam relationem fecerunt, poenam peragant in Usibus constitutam. Abbas de Parreia [11] hoc eis denuntiet. **46**

Inspectio loci, ad quem petit transferri abbatiam monialium de Fonte sanctae Mariae [12] iunior comes de Quiborch, de Lucela [13] et de Aurora [14] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et quid inde, etc. **47**

Inspectio loci, ad quem petit transferri abbatiam suam abbas Sanctae Mariae in Strata [15], de Fonte vivo [16] et de Colomba [17] **48**

44 : *P*[1].
45 : *P*[1].
46 : *P*[1].
47 : *P*[1].
48 : *P*[1].

[1] Reinfeld, in Holsatia, dioec. Lubecen., *OC*, 192.
[2] Neuencamp, in Pomerania, dioec. Sverinen., *OC*, 236.
[3] Hermannus de Gleichen, Caminen. episc. 1251-1289 (?), *SE*, 266; *HC*, I, 161.
[4] Dargunium, Dargun, in dioec. Sverinen., *OC*, 165.
[5] Ovila seu Obila, in Castella nova, dioec. Seguntin., *OC*, 173.
[6] Santas Creus, in Catalonia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.
[7] Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.
[8] Escarpe, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 217.
[9] Buckfasta, in dioec. Exonien., *OC*, 103.
[10] Newham, in dioec. Exonien., *OC*, 246.
[11] Legend. Carreia, i. e. Quarraria, Quarr-Abbey, in Vecta insula, *OC*, 99.
[12] Fraubrunnen, in Helvetia, dioec. Constantien., *SM*, XXXVII, 12.
[13] Lucelle, in Alsatia super., dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[14] Seu Frienisberg, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 51.
[15] S. M. de Strada, in dioec. Bononien., *OC*, 248.
[16] In ducatu et dioec. Parmen., *OC*, 68.
[17] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.

abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, qui ad locum, etc., et quid inde, etc.

49 Inspectio loci, ad quem petit transferri abbatiam suam abbatissa Vallis liliorum [1], de Valle Sanctae Mariae [2] et de Luca [3] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et quid inde, etc.

50 Inspectio loci, in quo fundare intendit abbatiam monachorum nostri Ordinis nobilis vir dominus de Rosamberch, marescallus Bohemiae, de Pangarbegin [4] et de Pomoch [5] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et quid inde, etc.

51 Petitio abbatum de Brondelo [a] [6] et de Landesio [7] qui petunt absolvi a susceptione hospitum ad commorandum per triennium exauditur.

52 Capitulum generale plenitudinem iuris paternitatis in abbatia de Dargon [8] adiudicat abbati de Dobrani [9] abbati de Esrom [10] super hac re perpetuum silentium imponens.

1259

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono acta sunt haec apud Cistercium [b] tempore [c] Capituli generalis.

1 In primis statuit et ordinat Capitulum generale ut [a] missa, quae cum duobus ministris de Beata Virgine solet cantari sabbatis pro officio cuiuscumque sancti, quod cum uno ministro [b] cantari

49 : *P*¹.
50 : *P*¹.
51 : *MP*¹. [a] Blondelo : *M*.
52 : *W ex Mecklenburger Urk. Buch.* II, 116.
1259. [a] *Titulus apud P*¹*V*. [b] Cystercium : *V*. [c] tempore Cap. gen. : *deest V*.
1 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰*QV*. [a] quod : *V*. [b] ministerio : *P*¹⁰.

[1] Liliental, in dioec. Bremen., *SM*, XXXVII, 24.
[2] Mariental, in dioec. Halberstaden., *OC*, 76.
[3] Seu Loccum, in dioec. Minden., *OC*, 151.
[4] Baumgartenberg, Mons Pomarius, in dioec. Patavien. hod. Lincien., *OC*, 69.
[5] Seu Nepomuk, in Bohemia, dioec. Budvicen., *OC*, 83.
[6] In paludibus Venetiarum, dioec. Fossae Clodiae, *OC*, 232.
[7] Landais, in dioec. Bituricen., *OC*, 16.
[8] Cf. supra stat. 44.
[9] Dobranum, Doberan, in dioec. Sverinen., *OC*, 161.
[10] In Dania, dioec. Roskilden., *OC*, 136.

debet, nullatenus omittatur, sed alicui id officium iniungatur a cantore.

Quoniam ad aures Capituli generalis relatione pervenit fide 2
digna quod quidam visitatorum ordinationi violenter in ipsis visitationibus se opponunt, statuit et ordinat Capitulum quod quicumque [a] monachus vel conversus visitatorum ordini [b] vel processui per se vel per interpositam personam [c] contradicere praedicto modo, vel se opponere de cetero attentaverit, sententiae conspiratorum per omnia subiaceat, omni super hoc sibi venia deneganda. Abbas [d] vero qui modo simili culpabilis inventus fuerit in hoc casu absque retractatione qualibet deponatur.

Quoniam [a] in fraudem hospitalitatis personis Ordinis exhi- 3
bendae, quidam grangiis et locis suis personas praeficiunt saeculares licet ipsorum locorum fructus et emolumenta perveniant [b] ad eosdem, statuit et ordinat Capitulum generale quod abbas in cuius locis praetextu fraudis huiusmodi personae Ordinis modo debito receptae non fuerint, omni sexta feria sit [c] in pane et aqua usque ad sequens Capitulum generale, in eodem super hoc veniam petiturus.

Sententia anno praeterito contra abbates qui tempore quo 4
tenentur ad Capitulum generale non veniunt edita, temperatur in hunc modum quod de Ungaria, de Polonia et de Livonia abbates, qui propter metum Tartarorum non veniunt, ut tenentur, pro excusatis habeantur, dummodo ipsorum visitatores dictum metum generali Capitulo per litteras insinuent esse iustum ; anno vero proximo sequenti venire modis omnibus teneantur nisi casu consimili fuerint impediti.

Item diffinitioni olim editae de fideiussione et custodia deposi- 5
torum distinctione undecima quae sic incipit : Nullus de Ordine nostro, additur quod quicumque abbas contra venire praesumpserit, ipso facto se depositum noverit et excommunicationis vinculo innodatum ; illi vero abbates qui iam praedictae diffinitionis transgressores fuerint, teste conscientia, ab administra-

---

2 : L^1MP^1QV. [a] *hic incip. MV*. [b] ordinationi seu : *V*. [c] violenter *MV* ; se opponunt : *V*. [d] Abbas deponatur : *M*.

3 : $L^1L^2MP^1P^{10}QV$. [a] Item abbates in fraude hospitalitatis grangias suas locant saecularibus personis aut eas preficiunt, si personae Ordinis, *etc, ut supra* : *V*. [b] proveniant : L^1. [c] sint ... petituri : *V*.

4 : P^1QWZ.

5 : $L^2MP^1P^{10}QV$.

tione spiritualium et temporalium abstineant, donec secum super hoc fecerint dispensari, salva nihilominus patrum abbatum animadversione cum sibi fuerit manifestum.

6 Item statuit et ordinat Capitulum generale quod festum [a] beati Roberti abbatis cum duabus missis fiat de cetero per totum Ordinem solemniter. Responsorium ad Vesperas : *Iste sanctus* ; et conversi laborabunt.

7 Diffinitioni editae de non accipiendo ad usuras additur hoc propter multos transgressores, quod qui [a] contravenerint seu taliter contrahendo seu fraudulenter celando, deponantur.

8 Mandatum domini Papae [1], et petitio domini archiepiscopi Remensis [2] et quorumdam suffraganeorum suorum de faciendo festo beati Nichasii martyris, exauditur in hunc modum quod in domibus Ordinis nostri in Remensi provincia constitutis, fiat de dicto festo festum duodecim lectionum cum una missa, et fiat de ipso sicut de beato Thoma martyre.

9 Petitio Fratrum Minorum de festo beati Francisci per Ordinem universum faciendo cum duodecim lectionibus et una missa, exauditur, et de ipso fiat per omnia sicut de beato Hieronimo.

10 Item cum relatione fide digna, necnon et litteras prioris et conventus Wanteliae [3] didicerit Capitulum generale eiusdem loci conventum abbati de Eleemosyna [4] dictae domus patri tanquam filios rebellionis et inobedientiae, visitationis tempore manifestissime restitisse, ac horribiliter excessisse, et tantus excessus a bonis sub dissimulatione nullatenus debeat praeteriri, de Boxelia [5] et Hiles [6] et de Quinquezode [7] abbatibus cum abbate de Eleemosyna committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

---

6 : *L¹P¹*. [a] *hic incip. L¹*.
7 : *P¹QVW*. [a] quicumque contravenerit ... deponatur : *V*.
8 : *P¹*.
9 : *P¹WZ*.
10 : *P¹*.

---

[1] Alexander IV, 1254-1261.
[2] Thomas de Beaumetz, 1251-1263, *SE*, 608 ; *HC*, I, 419.
[3] Waverley, in Anglia, dioec. Wintonien., *OC*, 16.
[4] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[5] Boxley, in dioec. Cantuarien., *OC*, 91.
[6] Hayles, in dioec. Wigornien., *OC*, 246.
[7] Kingswood, in dioec. Glocestren., *OC*, 58.

Item abbas de Fonte Danielis [1] qui suae famae prodigus et proprii persecutor honoris cum talis et taleis [a] lusisse dignoscitur, cui [b] propter subreptionis imprudentiam parcit Capitulum generale ad praesens, quadraginta diebus sit extra stallum abbatis et sex diebus in levi culpa duobus eorum in pane et aqua. **11**

Item abbas Bellae vallis [2] qui per decennium et amplius filiam suam de Dalfino [3] visitare neglexit, cum alias negligens et remissus asseratur, tribus diebus poenam sustineat levis culpae. **12**

Item frater Ioannes quodam abbas Locedii [4], qui administrationis suae tempore haeretico cuidam publice condemnato communicare praesumpsit [a], et ad eius consilium prohibitis locis et temporibus carnes manducavit, quique timore Dei postposito quamdam gloriosae Virginis imaginem gemmis quibus adornata fuerat nefarie spoliavit, omni sexta feria de cetero sit in pane et aqua, et ab esu carnium penitus abstineat, nisi forte gravissima infirmitas dispensationem exegerit in hoc casu [b], et de abbatia non exeat quacumque de causa nisi cum aliis ad laborem. **13**

Item abbas de Oliva [5] qui anno praeterito prout tenebatur non venit ad Capitulum generale, poenam peragat huiusmodi transgressoribus constitutam ; similiter et omnes alii qui praesenti anno prout tenebantur non venerunt ; visitatores sui hoc eis denuntient. **14**

Item domino Ebroicensi [6] electo conceditur post eius obitum plenarium servitium. Hoc idem conceditur domino Petro regis Francorum cancellario. **15**

Petitio domini regis Navarrae [7] de anniversario secundo idus augusti pro matre sua faciendo, et similiter pro se et uxore sua post ipsorum obitum per universum Ordinem, exauditur. **16**

---

11 : *L²MP¹P¹⁰*. — [a] aleis : *L²MP¹⁰*. — [b] sibi : *P¹*.
12 : *P¹*.
13 : *L²MP¹P¹⁰*. — [a] praesumpserit : *L²P¹⁰*. — [b] tantum : *M*.
14 : *P¹*.
15 : *P¹*.
16 : *P¹*.

---

[1] Fontaine-Daniel, in dioec. Valleguidonen., *OC*, 210.
[2] Bellevaux, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 8.
[3] Seu Daphni, in Attica, antiq. dioec. Athenien., *OC*, 214.
[4] In Pedemontio, dioec. Casalen., *OC*, 11.
[5] In Pomerania min., dioec. Wladislavien., *OC*, 186.
[6] Radulphus Grosparmi, Ebroicen. episc. 1259-1263, *SE*, 550 ; *HC*, I, 234.
[7] Theobaldus II, 1253-1270.

17 Petitio domini Roberti [1] abbatis Sancti Victoris Parisiensis, amici Ordinis, de faciendo pro ipso, quod pro uno de fratribus nostris fieri consuevit, post eius obitum, exauditur.

18 Item praecipitur ut anniversarium domini Renerii [2] iam defuncti fiat sexti idus decembris per Ordinem universum.

19 Petitio abbatis de Oratorio [3] qui petit absolvi a susceptione hospitum per triennium, exauditur; hoc idem conceditur abbati de Bellabrancha [4], et abbati de Buxeio [5] et de Novo castro [6] per biennium.

20 Petito senescalli Provinciae de duobus conversis Caroliloci [7] sibi concedendis, dummodo honestis deputentur officiis, exauditur.

21 Petitio domini Alphonsi regis Arragonensis primogeniti, de uno monacho concedendo, dummodo honesto deputetur officio, exauditur.

22 Petitio domini comitis Britanniae de monachis sibi concedendis ad celebranda [a] divina in capella propria, exauditur.

23 Petitio abbatis Herbertoniae [8] de non recipiendo hospites per triennium exauditur. Hoc conceditur abbati Cariloci [9].

24 Abbas Aquae longae [10] qui iam dicto haeretico quem alii evitabant [a], contempta censura ecclesiastica, familiariter nimis adhaesit, non sine scandalo plurimorum, carnes [b] quoque ipsius consilio in civitate Papie comedere non abhorrens, bonum nomen

---

17 : *P*¹.
18 : *P*¹.
19 : *P*¹.
20 : *P*¹.
21 : *P*¹.
22 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] celebrandum : *L*².
23 : *P*¹.
24 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] devitabant : *P*¹. [b] carnem : *P*¹⁰.

---

[1] Robertus II, de Meloduno, abbas Sancti Victoris, ord. sancti August., 1254-1264, *GC*, VIII, 678.
[2] Rainerius Capoccius, ord. cist. card. † 1250, *HC*, I, 4, 51.
[3] Le Loroux, in dioec. Andegaven., *OC*, 10.
[4] Bellebranche, in dioec. Cenomanen., *OC*, 132.
[5] Buxetum, Bugedo, in veter. Castella, dioec. Burgen., *OC*, 167.
[6] Neubourg, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 18.
[7] Châlis, in dioec. Bellovacen., *OC*, 44.
[8] Seu Aberconwey, in Norwallia, dioec. Bangoren., *OC*, 186.
[9] Cherlieu, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 19.
[10] In Pedemontio, dioec. Papien., *OC*, 209.

Ordinis quantum in ipso fuit, polluit et confundit [c], sententialiter deponitur in instanti, hoc addito quod per annum omni sexta feria sit in pane et aqua. Abbas de Locedio [1] patri abbatii ipsius denuntiet exequendum.

Abbas de Brueria [2] in Anglia qui abbatiam de Tinterna [3] de mandato patris abbatis providere debebat, secundum formam Ordinis, de pastore, et in generali Capitulo confessus est se ibidem clandestinam electionem fecisse, ut similis metu poenae ab huiusmodi abusivo processu ceteri terreantur, sex diebus sit in levi culpa duobus eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum abbatis. Praedictam vero electionem quae facta fuit nulla forma iuris vel ordinis observata, generale Capitulum denuntiat esse nullam; verum quoniam ipsa electio non personae sed formae vitio reprobatur, concedit Capitulum generale ut ille idem in eadem abbatia possit eligi, si ei aliquid canonicum non obsistat. **25**

Petitio abbatis de Albotractu [4], de faciendo anniversario episcopi Corgensis [5] et fundatorum suorum semel in anno in domo propria, exauditur. **26**

Petitio abbatis de Campania [6], de faciendo anniversario in domo propria episcopi Cenomanensis, qui in eadem domo sibi devotissime sepulturam elegit, favorabiliter exauditur. **27**

Petitio domini episcopi Cistrensis [7], qui petit unum sibi concedi monachum in confessorem, exauditur. **28**

Petitio abbatis de Pietate Dei [8] de faciendo festo XII lectionum de sancta Margareta in domo propria, exauditur. Hoc idem **29**

---

[c] confudit : *MP*[10].
25 : *P*[1].
26 : *P*[1].
27 : *P*[1].
28 : *L*[2]*MP*[1]*P*[10].
29 : *P*[1].

---

[1] In Pedemontio, dioec. Caselen., *OC*, 11.
[2] Bruern, in Anglia, dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
[3] Tinterna maior, prope Walliam, in dioec. Hereforden., *OC*, 19.
[4] Seu Tracton, in Hibernia, dioec. Corkagen., *OC*, 227.
[5] Cork, in Hibernia.
[6] Champagne, in dioec. Cenomanen., *OC*, 188.
[7] Ioannes Clipping, Cicestren. episc., 1253-1262, *SE*, 185; *HC*, I, 187.
[8] Alias Spallum, l'Epau, in dioec. Cenomanen., *OC*, 232.

conceditur abbati Casae novae [1] in Lombardia de festo sanctorum Sulpitii et Torpeti.

30 Omnibus abbatibus in regno Alemaniae constitutis, et alibi ubi habentur aliqua corpora undecim millium virginum, indulgetur ut in domibus suis, si voluerint, faciant de ipsis festum XII lectionum cum una missa.

31 Petitio abbatum de regno Angliae qui petunt quod liceat eis cantare historiam beati Edmundi [2], cum responsoriis sicut fit in Pontiniaco, exauditur.

32 Conceditur abbati de Langonio [3] quod liceat ei facere in domo propria anniversarium fundatorum suorum.

33 Conceditur abbati de Rupe [4], propter multa incommoda quae sustinuit domus sua, quod a Capitulo generali remaneat usque ad quinquennium, ista vice.

34 Quia conversi Bonaecumbae [5] pravi consensus vitio depravati, suis alias rebelles abbatibus extiterunt, iteratam puniendae temeritatis audaciam quam noviter attentarunt, non potest generale Capitulum conniventibus oculis pertransire ; fide siquidem didicit digna quod nuper visitationis tempore, in praesentia patris abbatis et aliorum abbatum qui ab ipso vocati convenerant super quodam furto ibidem commisso, modo debito tractaturi, conversi grangiarum qui factum furtum temere defensuri, domibus et animalibus suis derelictis, ad abbatiam non vocati venientes, et cum aliis ibidem consistentibus convenientes in unum passim et sine licentia mutuo loquebantur, abbatibus qui convenerant contumelias et vecturis eorum interitum comminantes, ne vero facti perversitas ipsis sicut alias transeat in exemplum, de Obazina [6], de Bellapertica [7] et de Grandisilva [8] abbatibus praecipit

---

30 : *P*1.
31 : *P*1.
32 : *P*1.
33 : *P*1.
34 : *P*1.

---

[1] In dioec. Taurinen., *OC*, 121.
[2] Cantuarien, archiep. † 1240, *BB*, I, 1274.
[3] Langonnet, in dioec. Corisopiten., *OC*, 41.
[4] Roche Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 95.
[5] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.
[6] In dioec. Tutelen., *OC*, 106.
[7] Belleperche, in Vasconia, dioec. Montisalban., *OC*, 75.
[8] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.

Capitulum generale quod ad locum ipsum personaliter accedentes, vel ad alium si viderint expedire, viriliter se habeant in correctione facinoris memorati, invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii saecularis ; et hoc infra Nativitatem Domini, si commode potuerint, exequantur, et quid inde, etc.

35 Ut [a] infesta contumaciae Berolensis [1] ad purum macula deleatur, statuendum censuit Capitulum generale quod fratres Durandus quondam prior, Rodericus de Bera, Sanctius de Valentia et Ioannes de Maillat monachi berolenses, qui ex aliis causis, sine cuiusque poenitentiae cauterio a domo propria sunt emissi, sententiae conspiratorum per omnia subiaceant, quia in praedictae pravitatis vitio magis culpabiles extiterunt ; fratres vero Sanctius de Tutela, Ioannes de Teust, Marcus et Semenius de Tarrascona eiusdem loci monachi, et Dominicus monachus de Oliva [2], quos contagium inficit facinoris memorati, a propriis emissi domibus, sententiae conspiratorum per omnia subiacebunt ; item fratrum [b] Dominici et Eneti [c] monachorum Berolae corpora de cimeterio exhumantur [d], eo quod in excommunicationis sententia quam [e] propter facinus idem [f] incurrerant contumaciter decesserunt, et nil [g] obedientia prodesse videretur humilibus si contumacia contumacibus non obesset [h]. Abbas autem de Berola illos quos a praedecessore suo eiectos invenerit minus iuste, de consilio patris abbatis [3] studeat revocare. Ceterum immoderatas expensas ab abbate Scalae Dei in praedicta factas executione negotii, sibi dictus abbas Berolae refundere teneatur ; de Sacramoenia [4] et de Buxeto [5] abbates totius praedicti negotii executores instituit Capitulum generale, qui praedictas taxabunt expensas et solutionibus praefigent terminos prout viderint expedire.

---

35 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] *brevius apud* L^1 : Per diffinitionem Capituli omnes monachi abbatiae de Berola, de qua supra qui inobedientes et contumaces fuerunt patri abbati et (*ms.* : de) Capitulo generali, declarantur poenae conspiratorum per omnia subiacere. Insuper praecipitur ab eodem Capitulo ut corpora fratrum Dominici, *etc.* [b] *hic incip.* L^2MP^{10}. [c] Eveti : L^1 ; Enoti : *M*. [d] exhumentur : $L^1L^2MP^{10}$; et extrahantur : P^{10}. [e] ibidem : L^1. [f] sc. contumaciae : L^1L^2M. [g] nihil : P^{10}. [h] *hic desin.* $L^1L^2MP^{10}$.

---

[1] Berola, seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.

[2] La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119.

[3] i. e. abbas Scalae Dei, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.

[4] In veteri Castella, dioec. Segovien., *OC*, 67.

[5] Bugedo, in veteri Castella, dioec. Burgen., *OC*, 167.

36 Cum abbatia Sancti Ioannis de Crisanto [1] in personis et rebus multiplices defectus patiatur, et abbas de Compuenice [2] pater ipsius non possit eidem commode subvenire, cessionem et concessionem paternitatis quam Placensi [3] abbati, de consensu abbatis Morimundi, fecit ex hac causa dictus abbas de Compuenice, confirmat et ratificat Capitulum generale.

37 Conqueritur Evrardus de Venantio civis Duacensis de abbate de Genliis [4] et petit iudices abbatem de Dondrai [5] et de Malitos [6] et episcopum de Mince [7]. Abbas de Fontibus [8] hoc eis denuntiet.

38 Querela abbatis de Mathaplana [9] contra abbatissam Sanctae Mariae Regalis de Brugis [10], de Spina [11] et de Sancto Petro de Gomer [12] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pacificanda, etc., et quid inde, etc.

39 Querela abbatis de Forda [13] contra abbatem de Senshem [14], de Tinterna [15] et de Loco Sancti Ebduardi [16] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pacificanda, et quid inde, etc.

40 Querela abbatis de Silvano [17] contra abbatem de Candelio [18], de Bona valle ruthensi [19] et de Bonacumba [20] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, etc.

---

36 : *P*¹.
37 : *P*¹.
38 : *P*¹.
39 : *P*¹.
40 : *P*¹.

---

[1] Abbatia quae paucis tantum vixit annis; cf. ann. 1249, stat. 28.
[2] Clara Provincia, Koprzywnica, in Polonia, dioec. Cracovien., *OC*, 184.
[3] Plassium, Plass, in Bohemia, dioec. Pragen., *OC*, 82.
[4] Glenluce, Vallis Lucis, in Scotia, dioec. Candidae Casae, *OC*, 193.
[5] Dundrainan, in Scotia, dioec. Candidae Casae, *OC*, 70.
[6] Melros, in Scotia, dioec. Glasguen., *OC*, 39.
[7] Legend. Manniae; Richardus episc. Sodoren. al. Manniae et Insularum, 1253-1274, *SE*, 197; *HC*, I, 456.
[8] Fountains, in dioec. Eboracen., *OC*, 37.
[9] Seu Matallana, in Castella, dioec. Palentin., *OC*, 170.
[10] S. M. la Real de las Huelgas, *TB*, I, 1471.
[11] Espina, in Legione, dioec. Palentin., *OC*, 108.
[12] S. Pedro de Gumiel, in veteri Castella, dioec. Oxomen., *OC*, 198.
[13] Ford Abbey, in Anglia, dioec. Exonien., *OC*, 40.
[14] Leg. forsan Neunham, Newham, in dioec. Exonien., *OC*, 246.
[15] Tinterna maior, prope Walliam, in dioec. Hereforden., *OC*, 19.
[16] Seu Netley, in dioec. Wintonien., *OC*, 242.
[17] Salvanesium, Silvanès, in dioec. Ruthenen., *OC*, 39.
[18] Candeil, in Languedocio, dioec. Albien., *OC*, 132.
[19] Bonneval, in dioec. Ruthenen., *OC*, 144.
[20] Bonnecombe, in dioec. Ruthenen., *OC*, 155.

Querela abbatis de Campo [1] contra abbatissam de Fonte [2], de Valle Sancti Petri [3] et de Claustro [4] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, etc. 41

Querela abbatis Vallis Sanctae [5] contra abbatem Populeti [6], Sanctarum Crucum [7] et de Rota [8] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc. 42

Querela domini abbatis Cistercii contra abbatem de Roseriis [9], de Balerna [10] et de Aurora [11] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc. 43

Querela abbatissae de Regali [12] contra abbatem de Berola [13], de Fiterio [14] et de Oliva [15] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc. 44

Querela abbatis Vallis viridis [16] contra abbatissam de Ochero [17], de Spina [18] et de Saltu novali [19] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, etc. 45

Querela abbatis Speciosae vallis [20] contra abbatissam de Pulkre [21], 46

41 : *P*[1].
42 : *P*[1].
43 : *P*[1].
44 : *P*[1].
45 : *P*[1].
46 : *P*[1].

[1] Vetus Campus, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
[2] Fons S. Mariae, antiquum nomen monasterii Viae coeli, apud Düsseren, in dioec. Colonien., *SM*, XXXVII, 10.
[3] Alias Heisterbach, in dioec. Colonien., *OC*, 189.
[4] Seu Himmerod, in dioec. Treviren., *OC*, 31.
[5] Val-sainte, in Provincia gall. dioec. Dinien., *OC*, 189.
[6] Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.
[7] Santas Creus, in Catalonia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.
[8] Seu Rueda, in Aragonia, dioec. Oscen., *OC*, 134.
[9] Rozières, in Burgundia, dioec. S. Claudii, *OC*, 26.
[10] In dioec. S. Claudii, *OC*, 41.
[11] Seu Frienisberg, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 51.
[12] S. M. la Real de las Huelgas, apud Burgos, *TB*, I, 1471.
[13] Seu Verola, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91,
[14] In dioec. Tirasonen., *OC*, 65.
[15] La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119.
[16] Val Verde, in Castella, dioec. Palentin., *OC*, 158.
[17] An legend. Olmedo ? in dioec. Abulen., *SG*, n° 93.
[18] In Legione, dioec. Palentin., *OC*, 108.
[19] Sandoval, in regno et dioec. Legionen., *OC*, 161.
[20] Schöntal, in antiq. dioec. Herbipolen., *OC*, 141.
[21] Pirkenfeld seu Birkenfeld, in dioec. Herbipolen., *SM*, XXXVII, 5.

de Molesbrune [1], de Alesbrune [2] committitur in plenaria Ordinis potestate, etc.

47 Cum sanctissimus pater noster Summus Pontifex [3] monasterium Sanctae Mariae de Stirpeto [4] Trannetensis dioecesis duxerit Ordini incorporandum ita quod abbas de Arabona [a] [5] mittat ibidem conventum et sit monasterio suo immediate subiectum, ipsius ordinatione humiliter deferens Capitulum generale, de Ripalta [6] et de Sancto Vito [7] abbatibus duxit firmiter iniungendum quod ad locum personaliter accedentes pensatis omnibus quae secundum Ordinem pensanda, mittant ibidem conventum, non expectata ulterius licentia Capituli generalis, et quid inde, etc. Ceterum cum [b] idem Summus Pontifex monasterium Sancti Stephani [8] de Rivomari [c] monasterio Arabonae [d] duxerit uniendum et monasterium Sancti Bartholomei [9] de Carpineto [e] monasterio Casaenovae [10], uniones ipsas gratas et ratas habet Capitulum generale, personis Ordinis quae in dicto monasterio Sancti Batholomei assidue morabantur [f] concedens usum [g] carnium regularem in loco ad [h] hoc congrue [i] deputato.

48 Inspectio loci in quo vult aedificare abbatiam monachorum dominus rex Ungariae [11], de Pelisio [12] et de Bocham [13] abbatibus committitur, etc.

49 Inspectio loci ad quem petit transferri abbatiam monialium

47 : *L*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Strabona : *L*². [b] *hic incip.* *L*¹. [c] Rivomaris : *L*¹*P*¹. [d] Sirbonae : *L*¹ ; Strabonae : *L*². [e] Cap-pincto : *M*. [f] morabuntur : *MP*¹. [g] esum : *L*¹*L*². [h] ad : *deest* *P*¹⁰. [i] congrue : *deest* *M*.

48 : *P*¹.

49 : *P*¹.

[1] Maulbronn, in dioec. Spiren., *OC*, 56.

[2] Heilsbronn, Fons salutis, in Bavaria, dioec. Eystetten., *OC*, 27.

[3] Alexander IV, 1254-1261.

[4] In Apulia, dioec. Tranen., *OC*, 253.

[5] S. M. di Rabona, in Aprutio citer. dioec. Theatin., *OC*, 215.

[6] In Apulia, dioec. Civitaten., *OC*, 206.

[7] SS. Vitus et Salvus, in Aprutio citer. dioec. Theatin., *OC*, 247.

[8] In Aprutio citer. dioec. Theatin., *OC*, LXXXI.

[9] In Aprutio ulter. et dioec. Pennen., *OC*, LXI.

[10] In aprutio ulter. et dioec. Pennen., *OC*, 199.

[11] Bela IV, 1235-1270.

[12] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 182.

[13] Zircium, Zircz, seu Curc in Bokan, in Hungaria, dioec. Vesprimien., *OC*, 181.

de Host [1] decanus Coloniensis, de Claustro [2] et de Bridelar [3]
abbatibus committitur, etc.

Inspectio loci in quo fundare intendit abbatiam monachorum **50**
nobilis vir dominus de Rosamberch, marescallus Bohemiae, de
Pangarbegin [4] et de Pomach [5] abbatibus committitur iterato in
plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

Inspectio loci ad quem petit transferri abbatiam suam [abbas] **51**
de Hisenago [6], de Hameborne [7], de Hernetonse [8] abbatibus com-
mittitur, etc.

Inspectio abbatiae monachorum quam vult fundare rex Bohe- **52**
miae [9], de Bongu[rtenberg][10] et de Hilaria[11] abbatibus committi-
tur, etc.

Incorporatio abbatiae monachorum quam petit incorporari **53**
Ordini dominus episcopus Reginensis[12], de Porta[13] et de Valcana[14]
abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid
inde, etc., et sit filia Dunemundae[15].

Inspectio et incorporatio abbatiae Sancti Thesibodi[16] Ordinis **54**
Sancti Benedicti, quam petit incorporari Ordini venerabilis pater

---

50 : *P*¹.
51 : *P*¹.
52 : *P*¹.
53 : *P*¹.
54 : *P*¹.

---

1 In dioec. Leodien., cf. supra ann. 1246, stat. 40.
2 Seu Himmerod in dioec. Treviren., *OC*, 31.
3 Bredelaria, in Westphalia, dioec. Padeburnen., *OC*, 203.
4 Baumgartenberg, in Austria sup. dioec. Licien., *OC*, 69.
5 Seu Nepomuk, in Bohemia, dioec. Budvicen., *OC*, 83.
6 Riddagshausen (?), in dioec. Halberstaden., *OC*, 84.
7 Amelungsborn, in dioec. Hildeshemen., *OC*, 38.
8 Hardehausen, in dioec. Padeburnen., *OC*, 60.
9 Ottokar II, 1253-1278.
10 Baumgartenberg, cf. supra stat. 50.
11 Wilhering, in Austria sup. dioec. Lincien., *OC*, 90.
12 Albertus Suerber, ord. praedic. Rigen. episc. 1253-1273 ; *SE*, 306 ; *HC*, I, 420.
13 Pforte, in Thuringia, dioec. Nuemburgen., *OC*, 25, Valkenae abbatia mater.
14 Valkena, Falkenau, in Livonia, dioec. Tarbaten., *OC*, 236.
15 Alias Mons S. Nicolai, in Livonia, dioec. Rigen., *OC*, 214.
16 Mons S. Disibodi, Disibodenberg, in Palatinatu, dioec. Maguntin., *OC*, 251.

archiepiscopus Moguntinus [1], de Ebrebarch [2] et de Soenoya [3] abbatibus committitur, etc., et sit filia de Coberbuch [4].

55 Inspectio abbatiae quam petit incorporari Ordini nobilis vir Xemenius de Faosi committitur de Scala Dei [5] et de Populeto [6] abbatibus etc., ut supra.

56 Incorporatio abbatiae monachorum de Buchonia [7] quam petit incorporari Ordini episcopus Caminensis [8], de Doberam [9] et de Novocampo[10] abbatibus committitur, etc., ut supra, et sit filia de Dargon[11].

57 Cum clamosa insinuatio super multis excessibus auribus Capituli generalis insonuerit contra abbatem Fossae novae[12], praecipitur patri abbati ut praedictos excessus corrigat in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

1260

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo sexagesimo statuta sunt haec apud Cistercium tempore Capituli generalis.

1 Cum ad honorem gloriosae Virginis anno praeterito generale Capitulum duxerit statuendum quod missa, quae in sabbatis de eadem cantari consuevit, pro aliqua missa, qua cum uno ministro cantari debebat, nullatenus omittatur, sic declarat idem Capitulum generale quod solemnes vigiliae quae evenerint sabbatis, et

---

55 : *P*¹.
56 : *P*¹.
57 : *P*¹.
1260. [a] *Titulus apud P*¹ *R*² *tantum.*
1 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰*QR*².

---

[1] Gerardus Wildgraf, Maguntin. archiepisc. 1251-1259, 25 sept., *SE*, 289; *HC*, I, 322.
[2] Eberbach, in Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.
[3] Sconaugia, Schönau, in Palatinatu, dioec. Wormatien., *OC*, 81.
[4] Otterburgum, Otterberg, in dioec. Maguntin., *OC*, 82.
[5] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[6] Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.
[7] Bucovia, Bukow, in Pomerania, dioec. Caminen., *OC*, 254.
[8] Hermannus de Gleichen, 1251-1289; *SE*, 266; *HC*, I, 161.
[9] Dobranum, in dioec. Sverinen., *OC*, 161.
[10] Neuencamp, in Pomerania, dioec. Sverinen., *OC*, 236.
[11] Dargunium, Dargun, in dioec. Sverinen., *OC*, 165.
[12] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinen., *OC*, 37.

sabbata infra octavas [a] Apparitionis et Ascensionis, et octava Sanctorum [b], et officia defunctorum missas suas habeant diffinitione prius edita non obstante.

Item statuit et ordinat idem [a] Capitulum generale ut abbatibus 2
cedentibus honor et humanitas exhibeatur ab omnibus, ita saltem quod a septimanis missarum, lectionis mensae, coquinae, invitatorii [b], a benedictione collationis, ab orationibus [c] horarum canonicarum et a communi labore sint penitus absoluti, et cum voluerint, signo facto priori, liceat eis in infirmitorio quiescere [d] quamdiu [e] eis videbitur expedire, ubi in loco aliquantulum honestiori honorifice provideatur eisdem.

Item cum non immerito super austeritate [a] quorumdam abba- 3
tum Ordinis, qui ad cessionem suos compellunt filios, litteras super hoc et [b] iuramenta instantissime requirentes, clamosa insinuatio pervenerit ad Capitulum generale, volens idem Capitulum austeritates [c] huiusmodi provide [d] refrenare, ordinat et diffinit quod a patribus abbatibus de cetero huiusmodi [e] litterae seu iuramenta nullatenus requirantur a filiis, et si requisita fuerint, filii [f] ipsorum dare minime teneantur. Patres autem abbates qui contraire [g] praesumpserint, gradum altaris non ascendant, donec reddiderint litteras memoratas, et filios suos a praestitis absolverint iuramentis ; et nihilominus se recognoscant in Capitulo generali. Si quae vero litterae iam sunt super praemissis datae, nullum robur obtineant [h] firmitatis.

Item cum sanctissimus pater noster [a] beatus [b] Bernardus Cla- 4
raevallensis [c] Ordinem universum tamquam supernae claritatis radius [d] doctrinis pariter et exemplis feliciter edoceat [e] et illustret, statuit et ordinat [f] Capitulum generale quod per totum Ordinem in die solemnitatis ipsius [g] de cetero [h] sermo in capitulo habeatur [i] et conversi nihilominus laborabunt.

---

[a] octavam : L^2MP^{10}. [b] octava Sanctorum : *apud* MR^2 *tantum*.

2 : $L^1L^2MP^1P^{10}$ (R^2 *cancellatum habet hoc statutum*). [a] idem : *deest* $L^1L^2P^1$. [b] invitatorii : *deest* MR^2. [c] ordinibus : P^1. [d] requiescere : MR^2. [e] quando : L^1.

3 : $L^1MP^1QR^2$. [a] autoritate : L^1. [b] haec eiuramenta : *M*. [c] autoritates : L^1. [d] proinde : L^1. [e] huiusmodi : *deest* L^1P^1. [f] ipsa : L^1 ; ipsis : P^1. [g] contravenire : L^1P^1. [h] obtinent : *M*.

4 : $L^1L^2MP^1P^{10}QR^2T^5$. [a] noster : *deest* $L^1L^2P^1P^{10}$. [b] beatus : *deest* L^1. [c] Claraevallis : L^1. [d] radiis : L^1. [e] doceat : P^1 ; edocet : R^2. [f] et ordinat : *deest* L^1. [g] eius : T^5. [h] de cetero : *deest* T^5. [i] fiat : T^5.

5 Item pervenit ad audientiam Capituli generalis quod quaedam [a] personae Ordinis contra ipsius Ordinis instituta quasdam allegant consuetudines, volentes praetextu ipsarum originalibus [b] statutis ipsius Ordinis obviare, quare decernit [c] idem Capitulum generale consuetudines quae sunt contra beati Benedicti regulam ac eiusdem Ordinis communia instituta, esse penitus irritas et inanes [d]. Si quis autem [e] eisdem consuetudinibus pertinaciter adhaerere [f] voluerit, si abbas fuerit, per viginti [g] dies sit extra stallum abbatis et omni sexta feria in pane et aqua usque ad sequens Capitulum generale, in quo super hoc veniam petens, a praesidente gravissime puniatur ; monachi vero vel conversi in poena conspiratorum a domibus propriis emittantur.

6 Item statuit [a] et ordinat Capitulum generale ut moniales Ordinis septies ad minus in anno sanctam communionem recipiant, vel etiam pluries, si earum visitatoribus visum fuerit expedire.

7 Item in electionibus abbatum de quibus diffinitum est a Capitulo generali quod sint competentis litteraturae, competentem litteraturam sic interpretatur Capitulum generale quod sciant loqui [a] litteraliter et competenter proponere verbum Dei.

8 Item cum venerabilis [a] pater noster dominus [b] Ioannes [1] tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, protector Ordinis, et in gratiarum et indulgentiarum impetratione in Curia domini Papae promptus adiutor, super [c] aliquibus abbatibus Ordinis quamdam indulgentiam de celebratione minorum ordinum in domibus Ordinis impetravit [d], propter evitandum [e] scandalum dioecesanorum, generale Capitulum ordinat et diffinit ad praesens ne ipsa indulgentia aliquis uti praesumat sine licentia Capituli generalis.

9 Item diffinitioni olim editae quinta distinctione, septimo capi-

---

5 : *$L^1L^2MP^1P^{10}QR^2T^5V$*. [a] *V incip.* : Quia quaedam ... [b] ordinacionibus : *V*. [c] decrevit : *MV* ; *hic incip.* *T^5* : Item decernit... [d] *hic desin.* *L^1*. [e] huiusmodi : *V*. [f] inhaerere : *V*. [g] *P^1 superscripsit* : 40 ; sex : *P^{10}*.

6 : *$L^1L^2MP^1P^{10}QR^2T^5V$*. [a] ordinando : *V*.

7 : *$L^2MP^1P^{10}QR^2T^5V$*. [a] loqui : *deest V*.

8 : *$L^1L^2MP^1P^{10}QR^2$*. [a] reverendus : *$L^1L^2P^{10}$*. [b] dominus : *apud P^1 R^2 tantum*. [c] nuper : *L^1*. [d] impetraverit : *$L^1P^1P^{10}$*. [e] devitandum : *$L^1MP^1R^2$*.

9 : *$L^2MP^1P^{10}R^2V$*.

---

[1] Ioannes de Toleto, ord. cist. card. presbyt. 1244-1262, dein Portuen. episc. † 1275. *HC*, I, 36, 43.

tulo [a], quae sic incipit : Pueri Ordinis, additur quod quicumque exierit vel eiectus fuerit de aliqua domo Ordinis, in alia non recipiatur, nisi litteris testimonialibus illius abbatis a quo recesserit sit munitus.

Item cum tempore quo venitur et reditur ad generale Capitu- **10**
lum, leprosorum et aliorum languentium adunatio [a] omnibus transeuntibus horrorem incutiat solo visu, ordinat et diffinit Capitulum generale quod nec illis nec aliis personis a domo Claraevallis, et domo [b] Firmitatis, a domo [c] Quintiaci [1] et a domo Theoloci [2] et a burgo de Dola [d] aliquae eleemosynae ab abbatibus largiantur [e], maxime cum intellexerit Capitulum generale a personis inhonestis quae ibi conveniunt, infinita mala et enormia perpetrari ; illas autem eleemosynas quas abbates consueverant illis temporibus erogare, ad generale Capitulum deferant, et in communi pixide [f], quae statuetur in introitu Capituli, eas ponant prout Dominus inspiraverit, ut per hoc aliquorum abbatum penuria relevetur.

Item nullus de Ordine nostro pro aliqua persona vel ecclesia, **11**
quae non sit de Ordine nostro, fideiussorem se constituat, vel per litteras seu per sigilla, se vel ecclesiam suam obligare praesumat, nec etiam ab aliquo mutuum accipiat, vel alii mutuet ; si quis autem abbas per se vel interpositam personam contravenire praesumpserit ipso facto, auctoritate Summi Pontificis ab omni administratione spiritualium et temporalium noverit se suspensum ; si vero summa contracti [a] mutui seu obligationis viginti librarum [b] turonensium valorem excesserit, ipso facto sit depositus a regimine abbatiae, et nihilominus [c] carceri mancipetur usque ad nutum Capituli generalis ; monachi vero vel conversi de quorum consilio factum fuerit, a domo propria eliminentur [d], non [e] reversuri donec [f] abbatia indemnitati fuerit restituta, nec aliquis mutuet pecuniam alicui qui non sit de Ordine nostro ultra summam viginti librarum. Abbas [g] qui contra facere prae-

[a] capite : *M*.
10 : $L^1L^2MP^1P^{10}R^2$. [a] adviatio : *M*.
[b] domo : *deest* L^2MR^2. [c] a domo : *deest* L^2MR^2. [d] Dula : MR^2.
[e] elargiantur : L^1. [f] pisside : P^{10}.
11 : $L^2MP^1P^{10}QR^2V$. [a] condicti : MR^2. [b] libras turonenses : L^2.
[c] nihilominus ... mancipetur : *deest* *V*. [d] eliminantur : R^2. [e] numquam : MR^2. [f] ydemptitas fuerit totaliter restituta : *V*. [g] vero : *M*.

[1] Quincy, in dioec. Senonen., *OC*, 27.
[2] Tulley, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 19.

sumpserit, veniam petat in Capitulo generali; quicumque [h] vero sine conscientia abbatis sui tale quid praesumpserit, omni sexta feria sit in pane et aqua per annum. Deposita autem [i] in domibus nostris non suscipiantur, nisi de conscientia ad minus [j] trium fratrum et hoc ad iussum abbatis, et sub bono testimonio reddantur. Abbas autem studiose [k] provideat quomodo commissa fideliter custodiantur [l]. Sententias vero super huiuscemodi materia factas [m] in distinctione undecima, capitulis septimo et octavo, penitus revocamus.

12 Item statuit et ordinat Capitulum generale ut commemoratio beatae Margarethae fiat tertio decimo kalendas augusti per Ordinem universum. Collecta: *Omnipotens sempiterne Deus, qui infirma*, etc.

13 Item de mandato domini Papae statuit et ordinat Capitulum generale ut festum sancti Anthonii fiat cum duodecim lectionibus et una missa sexto decimo kalendas februarii in singulis domibus Ordinis universi, et fiat de eo sicut de sancto Hieronimo.

14 Item petitio illustrissimi regis Francorum [a] [1] de faciendo officio [b] undecim millium virginum cum duodecim lectionibus et una missa in universis abbatiis, exauditur [c], et iniungitur de Campo [2] et de Valle Sancti Lamberti [3] abbatibus ut ad inveniendum ipsarum officium quam citius fieri poterit diligentius elaborent; et ipsum officium deferant ad proximum sequens Capitulum generale.

15 Petitio abbatis de Chyminum [4] qui petit absolvi a susceptione hospitum ad commorandum per quinquennium, exauditur. Hoc idem petit abbas de Sancto Vagio [5] cui per biennium conceditur. Hoc idem petit abbas de Eleemosyna [6] cui per biennium conce-

---

[h] monachi vero et conversi: *V*. [i] vero: *MR²V*. [j] ad minus: *deest MR²*. [k] studiose: *V*. [l] *hic desin. V*. [m] factas: *deest R²*.

12: *MP¹R²*.

13: *P¹R²*.

14: *MP¹R²*. [a] Franciae: *MR²*. [b] officio: *deest R²*. [c] *hic desin. MR²*.

15: *P¹*.

---

[1] Ludovicus IX (sanctus), 1226-1270.

[2] Vetus Campus, in dioec. Colonien., *OC*, 11.

[3] In Belgio, dioec. Leodien., *OC*, 207.

[4] Chemino, in dioec. Catalaunen., *OC*, 49.

[5] Legend. S. Sergio, in Syria, dioec. Byblen., *OC*, 239.

[6] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.

ditur. Hoc idem conceditur per triennium de Binedone [1] et de Mirerio [2] abbatibus.

16 Domino Ioanni [3] episcopo Priensi (*sic*) concedit Capitulum generale ut post eius obitum anniversarium suum anniversario praedecessoris sui societur.

17 Petitio abbatis Arrabonae [4] de anniversario fundatorum suorum in domo propria faciendo, exauditur. Hoc idem conceditur abbati de Ripa alta [5].

18 Petitio abbatis Montis Regalis [6] de faciendo anniversario Ludovici primogeniti domini regis Francorum [a] in domo propria, exauditur et associetur anniversario bonae memoriae Ludovici [7] avi sui, per Ordinem universum.

19 Petitio abbatis de Cheleonse [8] de faciendo festo sancti Salvarii cum duodecim lectionibus et una missa, exauditur pro domo sua.

20 Petitio abbatum de Hispania, de regno Castellae, qui petunt in domibus suis festum sanctae Marinae fieri cum una missa et duodecim lectionibus, exauditur.

21 Fratri Iacobo [9] quondam abbati Pontigniaci, in virtute sanctae obedientiae districtissime praecipitur auctoritate Capituli generalis ut ad hoc fideliter elaboret qualiter ipsa abbatia ad obligatione, qua ipsius tempore pro saecularibus tenebatur adstricta [a], penitus absolvetur, et nihilominus a celebratione missae abstineat, donec ex integro sublata fuerit obligatio supradicta.

22 Ceterum abbati Fontis Ioannis [10] committitur in plenaria Ordinis potestate, ut fratrem Gerardum professum Ordinis praedecesso-

---

16 : P^1.
17 : P^1.
18 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] Franciae : MP^{10}.
19 : P^1.
20 : P^1.
21 : $L^2MP^1P^{10}$ [a] obstricta : L^2 ; abstricta : P^{10}.

---

[1] Bindonium, Bindon Abbey, in Anglia, dioec. Lincolnien., *OC*, 167.
[2] Miratorium, Le Miroir, in dioec. Aeduen., *OC*, 20.
[3] Ioannes de Drazic, Pragen. episc. 1258-1278, *SE*, 303 ; *HC*, I, 408.
[4] S. M. di Rabona, in Aprutio citer. dioec. Theatin., *OC*, 215.
[5] Sive in Apulia, sive in Pedemontio ubi duo huius nominis monasteria extiterunt.
[6] Royaumont, in dioec. Bellovacen., *OC*, 230.
[7] Ludovicus VIII, 1223-1226.
[8] Caerleon, Karlionum, in Anglia, dioec. Landaven., *OC*, 190.
[9] Iacobus I, abbas 1249-1260 (?), *GC*, XII, 446.
[10] Fontaine-Jean, in dioec. Aurelianen., *OC*, 12.

rem suum, qui sibi et ecclesiae suae ad ratiocinia tenetur propter quaedam maxima debita, quibus ecclesiam suam, Dei timore postposito ac suae famae prodigus ac salutis, pro saecularibus enormiter obligavit, excommunicet ac prout melius potuerit compellere studeat, ut domum suam super obligationibus praemissis conservet indemnem [b].

23 De monacho de Brodelo [1] qui manum violentam in patrem abbatem usque ad enormem sanguinis effusionem iniecit, sic definit Capitulum generale ut in carcere detinetur usque ad nutum Capituli generalis. Abbas de Caravalle [2] hoc ei denuntiet.

24 Cum ad aures Capituli generalis clamosa insinuatio pervenerit, quod abbas de Begar [3] abbatem de Relec [4] filium suum hoc anno iniuste deposuerit, ut dicitur, de Savigniaco [5], de Buseio [6] et de Misericordia Dei [7] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

25 Cum in electione Sancti Anastasii [8] de Urbe nova et satis enormis nuper irrepserit corruptela et super excessibus gravissimis conversorum eiusdem domus, gravis querela delata sit ad aures Capituli generalis, ipsum negotium tam super electione quam super excessibus conversorum praedictis, abbati Claraevallis patri dictae domus committitur in plenaria Ordinis potestate, ita tamen quod conversi qui magis culpabiles inventi fuerint, in hoc casu de domo propria eliminentur, sententiae conspiratorum per omnia subiacentes. Abbas vero de Falera [9] qui contra formam et consuetudinem Ordinis retroactis temporibus observatam, filium suum abbatem Sancti Sebastiani [10] in eodem capitulo absolvit ab officio regiminis abbatiae et incontinenti eidem

---

[b] et indemnet : *L²MP¹⁰*.
23 : *P¹*.
24 : *P¹*.
25 : *P¹*.

---

[1] Brundulum, Brondolo, in paludibus Venetiarum, *OC*, 232.
[2] Chiaravalle, prope Mediolanum, *OC*, 39.
[3] Begardum, in dioec. Briocen., *OC*, 18.
[4] B. M. de Reliquiis, Relec, in dioec. Corisopiten., *OC*, 24.
[5] In Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.
[6] Buzaium, Buzay, in dioec. Nanneten., *OC*, 35.
[7] La Merci-Dieu, in dioec. Pictavien., *OC*, 129.
[8] SS. Vincentius et Anastasius, prope Romam, *OC*, 62.
[9] In patrimonio S. Petri, dioec. Civitatis Castelli, *OC*, 77.
[10] Ad Catacumbas, prope Romam., *OC*, 162.

iniunxit officium abbatiae Sancti Anastasii superius memoratae, licet gravissima esset poena plectendus, tamen quia ad preces et mandatum dominorum cardinalium dicitur hoc fecisse, tribus diebus sit extra stallum abbatis, et poenitentiam peragat levis culpae ; conversi vero de Sancto Martino [1] et Casaenovae [2] et Sancti Sebastiani qui contra Ordinem inventi sunt graviter excessisse, similiter poenae conspiratorum subiaceant, et patribus abbatibus iniungitur quod sententiam de non recipiendis conversis, ubi per conversos orta fuerit conspiratio, cartis suae visitationis inserant, et faciant firmiter observari.

Abbas de Gloria Dei [3] qui anno quo debuit venire ad Capitulum generale non venit, poenitentiam peragat in Usibus constitutam. Abbas de Scala Dei [4] hoc ei denuntiet. **26**

Cum a pluribus fide dignis extiterit generali Capitulo nuntiatum quod monachi et conversi monasterii de Hoc [5] frequenter abbatibus extiterint contrarii et rebelles, sicut patet per abbatum frequentem mutationem in monasterio memorato, abbati de Campo [6] committit Capitulum generale in plenaria Ordinis potestate, qui per se vel per alios quod in eodem monasterio correctione seu reformatione dignum invenerit, corrigat et reformet. Et simili modo eidem committitur correctio et reformatio abbatiae monialium de Geregma [7] quae Ordini dicuntur esse contrariae et rebelles, et quid inde, etc. **27**

Abbas de Forda [8] et alii qui anno praeterito impetraverunt iudices a Capitulo generali, nec causas suas prosecuti sunt diebus assignatis coram eisdem iudicibus minime comparantes, auctoritate Capituli generalis adversariis in expensis legitimis condemnantur. **28**

---

26 : *P*1.
27 : *P*1.
28 : *P*1.

---

[1] S. Martinus de montibus Viterbii, *OC*, 124.
[2] In aprutio ulter. dioec. Pennen., *OC*, 199.
[3] Portaglonium, alias Bouillas, in Languedocio, dioec. Auxitanen., *OC*, 121.
[4] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 47.
[5] Legend. forsan Boc, seu Buch, alias Vallis S. Aegidii, in Saxonia, dioec. Misnen., *OC*, 195. Cf. ann. seq. stat. 27.
[6] Vetus Campus, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
[7] Geffelsberg (?), in Westphalia, *SM*, XXXVII, 14.
[8] Ford Abbey, in dioec. Exonien., *OC*, 40.

29 Cum ad aures Capituli generalis de abbatia monialium Sanctae Mariae de Burgis [1] querela pervenerit, videlicet quod non velint datis ab ipso generali Capitulo iudicibus obedire, domino abbati Cistercii committit idem Capitulum generale quod excessum praedictum emendari faciat, sicut eius discretioni melius videbitur expedire.

30 Abbas de Oliva [2] qui mandatum Capituli [non] denuntiavit iudicibus, sicut ei fuerat a Capitulo constitutum, poenitentiam peragat in Usibus constitutam. Abbas de Scala Dei [3] hoc ei denuntiet.

31 Cum de facto Calatraviae [4] clamor devenerit ad Capitulum generale quod Magister eiusdem loci castra ad eumdem locum pertinentia alienaverit quodammodo regi Castellae, de eisdem castris homagium faciendo, et abbas Morimundi, pater Calatraviae, hoc audito, in continenti hanc alienationem revocaverit auctoritate paterna, et insuper excommunicaverit [a] omnes qui huic alienationi de cetero assensum praebuerint, dictam revocationem et excommunicationem approbat et confirmat dictum Capitulum generale. De eiectione [b] vero fratrum, et de aliis ad hanc causam pertinentibus committitur abbati Morimundi, quod per se vel per alios diligenter inquirat et corrigat, et [c] quae forte corrigere non potuerit, anno sequenti renuntiet Capitulo generali [d].

32 Correctio abbatiae monialium Pontis regis [5], quae suo visitatori et Ordini existunt contrariae et rebelles, de Paris [6] et de Sconogia [7] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, qui

29 : P^1.
30 : P^1.
31 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] excommunicavit : P^1. [b] gestione : L^2; *apud P^1 habetur locus vacuus.* [c] et : *deest M.* [d] *apud P^{10} legitur insuper* : sequitur sententia omissa anno 1258 pro nº 8 : Statuit Cap. gen. ut emissi pro manifesto carnis contagio usque ad decennium non revertentur absque gen. Cap., diffinitione super hoc anno praeterito lata expirante.
32 : P^1.

[1] S. M. la Real de las Huelgas, prope Burgos, *TB*, I, 1471.
[2] La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119.
[3] Cf. supra stat. 26.
[4] Militia ex ord. cist. orta, *TB*, I, 547.
[5] Königsbruck, in dioec. Argentinen., *SM*, XXXVII, 23.
[6] Parisium, Pairis, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 56.
[7] Schönau, in Palatinatu, dioec. Wormatien., *OC*, 81.

ad locum personaliter accedentes, quae ibidem correctione et reformatione digna invenerint corrigant et reforment, et sub poena absci[ssi]onis ab Ordine quae ibidem statuerint praecipiant observari, et quid inde, etc.

Cum olim quinque abbatibus Angliae fuerit a generali Capitulo **33**
commissum quod pro communi defensione Ordinis potestatem haberent convocandi alios abbates Angliae ad tractandum de negotiis Ordinis, illi commissioni addit Capitulum generale quod illi quinque per poenam suspensionis abbates praedictos de Anglia compellant ad se venire, quandocumque negotia Ordinis id requirent. Si vero dicti quinque similiter in huiusmodi negotiis convenire non potuerint, aliis se per litteras excusantibus, tres ex aliis nihilominus exequantur.

Cum super depositione abbatis Escherleiarum [1] per abbatem **34**
de Fontineto [2], patrem suum, facta, clamosa insinuatio pervenerit ad Capitulum generale, de Tribus Fontibus [3], de Theoloco [4] et de Oratorio [5] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, qui ad locum personaliter accedentes diligenter causas et processum praedictae depositionis examinent, et veritate comperta, faciant quod secundum Deum et Ordinis statuta viderint expedire, et quid inde, etc.

Sub forma praedicta committit Capitulum generale de Thi- **35**
lieto [6] et de Columba [7] abbatibus examinationem causae et processus depositionis abbatis de Cherreto [8], et quid inde, etc.

De Eleemosyna [9] et de Begart[10] abbates, qui contra diffini- **36**
tiones Ordinis inventi sunt graviter excessisse, licet eis parcatur ad praesens, tamen quadraginta diebus sint extra stallum

33 : P^1.
34 : P^1.
35 : P^1.
36 : P^1.

[1] Scarleiae, Escharlis, in dioec. Senonen., *OC*, 20.
[2] Fontanetum, Fontenay, in dioec. Divionen., *OC*, 8.
[3] In dioec. Catalaunen., *OC*, 6.
[4] Tulley, in dioec. Bisuntinen., *OC*, 19.
[5] Le Loroux, in dioec. Andegaven., *OC*, 10.
[6] Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquen., *OC*, 9.
[7] S. M. della Colomba, in dioec. Placentin., *OC*, 45.
[8] Ceretum, Cerredo, in Lombardia, dioec. Lauden., *OC*, 43.
[9] L'Aumône, in dioec. Blesen., *OC*, 10.
[10] Begardum, in dioec. Briocen., *OC*, 18.

abbatis, et sex diebus poenitentiam peragant levis culpae, duobus eorum in pane et aqua.

37 Querela abbatis de Comor [1] contra abbatem de Ynes [2], de Sancta Maria [3] iuxta Dubliniam et de Beatitudine [4] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pace, etc., et quid inde, etc.

38 Querela domini Aymonis de Molay militis contra abbatem de Dalpho [5], de Saratha [6] et de Sancto Angelo [7] in Constantinopoli abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate pacificanda, etc., et quid inde, etc.

39 Querela abbatis de Genna [8] contra abbatem de Dobrelon [9], de Lenin[10] et de Porta[11] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, etc.

40 Querela abbatis Sancti Thibosidi[12] contra abbatem de Unirvilorio[13], de Lucelensi[14] et Ebracensi[15] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc.

41 Querela abbatis Sancti Vitti[16] contra abbatem Casae novae[17], de Ferraria[18] et de Stirpeto[19] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, etc.

37 : *P*¹.
38 : *P*¹.
39 : *P*¹.
40 : *P*¹.
41 : *P*¹.

[1] Cumber, in Hibernia, dioec. Dunen., *OC*, 204
[2] Iniscourcey, in Hibernia, *OC*, 187.
[3] St Mary's Abbey, *OC*, 104.
[4] Seu Bective, in Hibernia, dioec. Miden., *OC*, 92.
[5] Dalphino, Daphni, in Attica, antiq. dioec. Athenien., *OC*, 214.
[6] Saracaz, in Achaia, dioec. Corinthien., *OC*, 227.
[7] Cf. *OC*, 219.
[8] Zinna, Coena S. Mariae, in dioec. Brandenburgen., *OC*, 163.
[9] Dobraluca, Dobrilugk, in Lusatia, dioec. Misnen., *OC*, 153.
[10] Lehnin, in marchia et dioec. Brandenburgen., *OC*, 182.
[11] Pforte, in Thuringia, dioec. Nuemburgen., *OC*, 25.
[12] Disibodenberg, in Palatinatu, dioec. Maguntin., *OC*, 251.
[13] Werneri Villerium, Werschweiler, in dioec. Spiren., *OC*, 162.
[14] Lucelle, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[15] Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolen., *OC*, 13.
[16] SS. Vitus et Salvus, in Aprutio, dioec. Theatin., *OC*, 247.
[17] In Aprutio, dioec. Pennen., *OC*, 199.
[18] Ferrara, in regno Neapolitano, dioec. Theanen., *OC*, 178.
[19] S. M. de Stirpeto, in Apulia, dioec. Tranen., *OC*, 253.

Querela abbatissae de Aquiria [1] contra abbatem de Villari [2] in Brabantia, de Signiaco [3] et de Valle Sancti Lamberti [4] abbatibus committitur, etc. **42**

Querela abbatis de Alna [5] contra abbatissam Vallis ducis [6], de Signiaco et de Valle Sancti Lamberti abbatibus committitur, etc. **43**

Querela abbatis de Saltreia [7] contra abbatem Girovallis [8], de Rievalle [9] et Suinehenechet[10] abbatibus committitur, etc. **44**

Querela abbatis Helnidense[11] contra abbatem de Luba[12], de Campo[13] et de Valcoddedrode[14] abbatibus committitur, etc. **45**

Querela abbatis Altaecumbae[15] contra abbatissam Boniloci[16], de Cherieto[17] abbati committitur, etc. **46**

Querela abbatis de Bodollo[18] contra abbatem de Capella[19], de Alna[20] et de Clarismasorisco[21] abbatibus committitur, etc. **47**

Querela abbatis de Sicham[22] contra abbatem de Arnesporc[23], **48**

---

42 : *P*[1].
43 : *P*[1].
44 : *P*[1].
45 : *P*[1].
46 : *P*[1].
47 : *P*[1].
48 : *P*[1].

---

1 Aywières, in dioec. Mechlinien., *GC*, III, 603.
2 Villers, in Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 87.
3 Signy, in dioec. Remen., *OC*, 33.
4 In Belgio, dioec. Leodien., *OC*, 207.
5 Aulne, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
6 Valduc, in Brabantia, dioec. Mechlinien., *GC*, V, 83.
7 Saltrey, in dioec. Lincolnien., *OC*, 95.
8 Seu Joravallis, Joraval, in dioec. Eboracen., *OC*, 119.
9 Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracen., *OC*, 22.
10 Swineshead Abbey, in dioec. Lincolnien., *OC*, 101.
11 Hude, seu Portus S. Mariae, in dioec. Bremen., *OC*, 234.
12 Legend. forsan Lucca, Loccum, in provincia Hannov. dioec. Minden., *OC*, 151.
13 Vetus Campus, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
14 Volkenrode, in Thuringia, dioec. Maguntin., Luccae abbatia mater,*OC*, 21.
15 Hautecombe, ad lacum Burgeti, in dioec. Camberien., *OC*, 34.
16 In Sabaudia, *GC*, XVI, 497.
17 Cheseriacum, Chézery, in Sabaudia, dioec. Bellicen., *OC*, 61.
18 Baudelo, in dioec. et civitate Gandaven., *OC*, 227.
19 Seu Thosan, Ter Doest, in dioec. Brugen., *OC*, 173.
20 Aulne, in Hannonia Belgii, dioec. Tornacen., *OC*, 108.
21 Clairmarais, in Artesia, dioec. Atrebaten., *OC*, 59.
22 Seu Sittichenbach, in dioec. Halberstaden., *OC*, 63.
23 Arnsburg, Castrum Aquilae, in dioec. Maguntin., *OC*, 169.

de Walgrene [1] et de Hemmerode [2] abbatibus committitur, etc.

49 Querela abbatis de Berola [3] contra abbatissam de Cambron [4], de Oliva [5] et de Petra [6] abbatibus committitur, etc.

50 Querela abbatis Populeti [7] contra abbatem de Berola [8], de Scarpio [9] et de Sacramoenia [10] abbatibus committitur, etc.

51 Item querela abbatis Populeti contra abbatissam et conventum Vallis bonae[11], de Sanctis Crucibus[12] et de Scarpio abbatibus committitur, etc.

52 Querela abbatis de Petra[13] contra abbatem et conventum de Oliva, de Rota[14] et de Orta[15] abbatibus committitur, etc.

53 Querela abbatis de Sunuona[16] contra abbatem de Casamaria[17], de Marmisio[18] et de Sancto Anastasio[19] abbatibus committitur, etc.

54 Inspectio loci ad quem petit transferri abbatiam suam abbatissa de Campo Sanctae Mariae[20], Sancti Bernardi[21] et de Scala Dei[22] abbatibus committitur, etc.

---

49 : *P*1.
50 : *P*1.
51 : *P*1.
52 : *P*1.
53 : *P*1.
54 : *P*1.

---

1 Walkenried, in dioec. Maguntin., *OC*, 15.
2 Hemmenrodium, in dioec. Treviren., *OC*, 31.
3 Seu Verola, Veruela. in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 91.
4 In dioec. Jaccae, primus locus monasterii de Sancta Lucia.
5 La Oliva, in Navarra, dioec. Pampilonen., *OC*, 119.
6 N.-D. de Piedra, in Aragonia, dioec. Tirasonen., *OC*, 198.
7 Poblet, in Catalonia, dioec. Terraconen., *OC*, 127.
8 Cf. stat. praeced.
9 Escarpe, in Catalonia, dioec. Ilerden., *OC*, 217.
10 In veteri Castella, dioec. Segovien., *OC*, 67.
11 Vallbona, prope Belpuig, provin. Ilerden. dioec. Terraconen., *SG*, nº 85.
12 Santas Creus, in Catalonia, dioec. Barcinonen., *OC*, 133.
13 Cf. supra stat. 49.
14 Seu Rueda, in Aragonia, dioec. Oscen., *OC*, 134.
15 Huerta, in veteri Castella, dioec. Seguntin., *OC*, 79.
16 Legend. Fossa nuova, in dioec. Terracinen., *OC*, 37.
17 Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC*, 58.
18 Marmosoglio, in dioec. Veliternen., *OC*, 156.
19 SS. Vincentius et Anastasius, prope Romam, *OC*, 62.
20 Maria's Kamp, in Batavia, provincia Drente.
21 S. Bernardus in Adwert, in Frisia, prope Bolswardiam, *OC*, 194.
22 Legend. Schola Dei, in Frisia, dioec. Bremen., *OC*, 231.

Inspectio domus Montis Pessulani in qua venerabilis pater dominus Ioannes tituli Sancti Laurentii in Lucina [1], presbyter cardinalis, petit studium fieri, Bonae vallis [2] Viennensis et Fontisfrigidi [3] abbatibus committitur, ut si viderint expedire, ea quae ad praedictum studium necessaria fuerint, faciant interim praeparari, hospitalitate dumtaxat personis Ordinis, in ipsa domo debita, in statu pristino permanente. 55

Inspectio loci ad quem transferri petit abbatiam suam abbatissa Pontis Salutis [4], Uterinae vallis [5] et de Milanbrim [6] abbatibus committitur, etc., ut ad locum, etc., et quid inde, etc. 56

Inspectio loci in quo illustris rex Castellae [7] in Hispania petit studium fieri, de Morerola [8] et de Sacramoenia [9] abbatibus committitur ut ad locum etc., pensatis de dispositione loci et aptitudine et aliorum necessariorum, et quaecumque invenerint, sequenti anno referant Capitulo generali, et si viderint expedire, ea quae ad praedictum [studium] necessaria fuerint, faciant interim preparari. Abbas de Merola hoc collegae suo denuntiet. 57

Inspectio loci ad quem transferre intendit abbas de Saracha[10] domum suam, de Dalphino[11] et de Fusiensis[12] abbatibus committitur, etc., ut supra; si vero propter locorum distantiam ipsum habere non potuerit, ipse solus negotium exequatur, et quid inde, etc. 58

Inspectio abbatiae monialium pro quibus dominus Papa dis- 59

---

55 : L^1P^1.
56 : P^1.
57 : P^1.
58 : P^1.
59 : P^1.

---

1 Cf. supra stat. 8.
2 Bonnevaux, in Delphinatu, dioec. Viennen., *OC*, 7.
3 Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
4 Heilsbrück, in dioec. Spiren., *SM*, XXXVII, 17.
5 Eussertal, in Bavaria Rhen. dioec. Spiren., *OC*, 114.
6 Maulbronn, in dioec. Spiren., *OC*, 56.
7 Alphonsus X, 1252-1284, *BB*, I, 165.
8 Moreruela, in Legione, dioec. Zamoren., *OC*, 23.
9 Cf. supra stat. 50.
10 Saracaz, in Achaia, dioec. Corinthien, *OC*, 227.
11 Seu Daphni, in Attica, antiq. dioec. Athenien., *OC*, 214.
12 Agitur forsan de monasterio S. Angeli non procul a Constantinopoli, antea de Ruphini vocato, *OC*, 219.

tricte scribit, de Valbach [1], de Aurora [2] et de Maris Stella [3] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc. Si includi potuerint, incorporant eas Ordini, si viderint expedire, et sit filia de Salem [4]. Sub eadem forma inspectio domus Consilii [5] a generali Capitulo et sit filia de Lucela [6].

60 Inspectio loci in quo abbas de Obezina [7] abbatiam monachorum aedificare intendit, de Petrosa [8] et de Palatio Beatae Mariae [9] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et sit filia Obezinae.

61 Petitio nobilis viri Mathei domini Montis mirabilis, qui petit fieri anniversarium suum et pro antecessoribus suis in domo de Vacellis[10], si ibidem sepultus fuerit, exauditur.

62 Capitulum generale omnibus fidelibus, qui abbatiam Portensem[11] in exstructione ecclesiae eleemosynis vel manu adiutrici adiuvant, fraternitatem bonorum operum per universum Ordinem concedit.

63 A. de Porta[11], Is. de Lenin[12], Wil. de Buch[13] abbates apud Cistercium in generali Capitulo constituti.

64 Abbatia monialium in Valle Comitis[14] Ordini incorporatur et monasterio Campensi[15] subiicitur.

---

60 : *P*[1].
61 : *P*[1].
62 : *W ex Wolf, Kloster Pforte, II*, 106.
63 : *W ex Riedel, Cod. dipl. Brandenburgensis, X*, 209.
64 : *W ex Chron. Campensi.*

---

[1] Walderbach (?) in Bavaria, dioec. Ratisbonen., *OC*, 78.
[2] Alias Frienisberg, in Helvetia, antiq. dioec. Constantien., *OC*, 51.
[3] Seu Wettingen, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 230.
[4] Seu Salmansweiler, in magno ducatu Badensi, dioec. Constantien., *OC* 50.,
[5] Rathhausen, in dioec. Basileen., *SM*, XXXVII, 34 ; cf. Potthast, *Regesta*, II, N° 16664.
[6] Lucelle, in Alsatia super. dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[7] Obazine, in dioec. Tutelen., *OC*, 106.
[8] La Peyrouse, in dioec. Petragoricen., *OC*, 134.
[9] Palais N.-D., in dioec. Lemovicen., *OC*, 150.
[10] Valcellae, Vaucelles, in dioec. Cameracen., *OC*, 24.
[11] Porta, Pforte, in Thuringia, dioec. Nuemburgen., *OC*, 25.
[12] Lehnin, in marchia et dioec. Brandenburgen., *OC*, 182.
[13] Seu Vallis S. Aegidii, in Saxonia, dioec. Misnen., *OC*, 195.
[14] Grafental, seu Neukloster, in dioec. Colonien., *SM*, XXXVII, 15.
[15] Vetus Camp, in dioec. Colonien., *OC*, 11.

1261

Anno [a] Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo [b] statuta sunt haec apud Cistercium [c] tempore Capituli generalis.

Cum per statutum anno praeterito factum a Capitulo generali de abbatibus qui cedunt, videatur derogari humilitati et obedientiae monachali, idem Capitulum statutum huiusmodi duxit penitus revocandum. 1

Cum frequenter abbates postulare soleant [a] quod sint ad tempus a susceptione hospitum absoluti, provida deliberatione dictum Capitulum ordinat et diffinit quod cum nos [b] teneamur iam plus in Ordine existentibus quam saecularibus qui petunt Ordini sociari, in domibus illis quae a susceptione hospitum absolvuntur, quamdiu durabit huiusmodi absolutio, novitii non recipiantur ibidem, nec nova et sumptuosa aedificia construantur, sed ruinosa [c] tantummodo reparari [d] concedit Capitulum generale. 2

Cum divinae flagellum iracundiae peccatis nostris exigentibus imminere videatur Ecclesiae sanctae Dei, quae praeter [a] solitum iam [b] tanto tempore summo Pontifice extitit viduata, et tuba praeconii terribilis nostris intonuerit [c] auribus super ingruente [d] saevitia Tartarorum, qui sibi, ut dicitur, subiugare intendunt universum populum christianum [e], in tantae necessitatis articulo debet et tenetur Christi [f] fidelium universitas pium [g] exhibere compassionis affectum et per devotae orationis subsidium huiusmodi ingruentes molestias propulsare. Hac igitur de causa statuit et ordinat Capitulum generale quod singulis diebus per universum Ordinem, soluto capitulo, eat ad ecclesiam conventus cantando Responsorium *Aspice Domine*, versus *Non enim*, versiculus *Ostende nobis Domine*, cum flexione genuum, et sequatur collecta *Ineffabilem*. Ad missam autem quotidie dicatur psalmus *Deus venerunt gentes*, sicut antiquitus fieri consuevit, et sequatur 3

1261. [a] *Titulus apud $P^1P^{10}R^2V$ tantum.* [b] acta sunt haec : P^1. [c] in Cap. generali : P^1P^{10}. *Apud P^{10} legitur in margina* : Urbano 4° papa ; b. Guidone abbate Cistercii 24. Hic Guido venitur cardinalis factus anno 1264.

1 : $L^1L^2MP^1P^{10}QR^2$.

2 : $L^2MP^1P^{10}QR^2$ [a] a Capitulo : MR^2 ; generali : R^2 [b] plus : MR^2. [c] ruinae : P^1P^{10}. [d] reparentur : MR^2 *qui sic desin.*

3 : $L^2MP^1P^{10}RWZ$. [a] propter : P^{10}. [b] tempus : P^{10}. [c] insonuit : P^1P^{10}. [d] ingente : P^1. [e] christianorum : L^2. [f] ipsa: M. [g] verum : M.

in fine collecta *Omnipotens sempiterne Deus in* [h] *cuius manu sunt omnium potestates*, et infra ubi dicitur *ad Romanorum benignus imperium*, dicatur *Respice ad christianorum benignus auxilium*, etc.

4 Festum beati [a] Barnabae apostoli, si in vigilia Pentecostes evenerit, usque ad feriam quintam [b] post festum Pentecostes differatur.

5 Cum de [a] diversis regionibus clamor devenerit ad Capitulum generale quod episcopi et alii ecclesiarum praelati communia privilegia et indulgentias Ordinis infringere moliuntur, statuit et ordinat Capitulum generale quod [b] in singulis provinciis, ubi aliquid tale [c] exortum fuerit, tres abbates, qui in illa provincia in Ordine priores extiterint, ad instantiam abbatum afflictorum [d], inquisita prius causa et causae [e] merito, videlicet si dicti afflicti bonam causam habuerint, et communia Ordinis privilegia et indulgentiae impetantur, universos abbates eiusdem provinciae convocent [f] ad locum medium auctoritate Capituli generalis, et ibi facta competenti [g] contributione in communibus expensis eiusdem provinciae per se vel per procuratorem idoneum in ipsa causa procedant, prout melius et [h] salubrius viderint expedire [i], committitur autem abbati Morimundi in praedictis ordinatio provinciae Moguntinensis, eo quod spaciosa sit nimis et longissima videatur.

6 Cum super evagatione [a] monachorum, qui abbates proprios super [b] egrediendi licentiam inquietant, refrenationem apponere decreverit [c] Capitulum generale, ordinat et diffinit [d] quod quicumque monachus vel conversus per inquietationem [e] abbatis licentiam obtinuerit, et egressus fuerit, in [f] sequenti visitatione veniam inde petat, ad visitatoris arbitrium puniendus.

7 Cum olim [a] in diffinitionibus Ordinis sit statutum quod tales in

---

[h] in cuius ... : *deest M.*

4 : MP^1QR^2V. [a] sancti : *M.* [b] sequentem differatur : *M.*

5 : $L^2MP^1P^{10}QR^2V$. [a] *V incip.* : Item quia dyocesani in diversis... nituntur privilegia... [b] ut : *V.* [c] talium : *V.* [d] inflictorum : P^1. [e] causarum : *M.* [f] vocent : L^2 ; conveniant : *M.* [g] communi : *M* ; computatione in quibus expensis eiusdem provinciae, per se... : *V.* [h] et salubrius : *deest M.* [i] *hic desin.* MR^2 ; *V add.* : et ad contribuendum alios compellat auctoritate Cap. generalis.

6 : $L^1MP^1QR^2$. [a] evagationem : L^1. [b] super... : *deest M* ; pro egredienda licentia : P^1. [c] decrevit : L^1. [d] et diffinit : *deest M.* [e] inquietudinem : L^1. [f] super hoc : P^1.

7 : $L^1L^2MP^1P^{10}QR^2V$. [a] olim. : *deest M.*

conversos recipiantur, qui possint laborem unius mercenarii compensare, ordinat Capitulum generale quod quicumque conversus laborem sibi iniunctum adimplere noluerit, redigatur ad [b] familiaris habitum usque ad nutum visitatoris, et pane vescatur interim grossiori.

Restrictio pitantiarum olim in diffinitionibus edita auctoritate 8
Capituli generalis ab omnibus inviolabiliter observetur ; transgressores autem, si abbates fuerint, veniam inde petant in Capitulo generali.

Cum ex perceptione sanguinis Domini, quem post sanctam 9
communionem in calice solent accipere [a] personae Ordinis [b] pericula gravia iam evenerunt [c], et possent [d] evenire in posterum graviora, ordinat Capitulum generale quod monachi, conversi et moniales Ordinis, exceptis ministris altaris, ad calicem more solito non accedant.

Cum [a] pro diversis casibus seu necessitatibus frequenter con- 10
tingere soleat quod abbates grangias in manibus saecularium sub annuo censu sive aliis modis committant, praecipitur auctoritate Capituli generalis, quod in grangiis saecularibus in quacumque forma, seu quocumque modo traditis seu tradendis, semper personis Ordinis hospitalitatis gratia conservetur [b].

Quaestionem in Capitulo propositam : quoto [a] anno abbates Or- 11
dinis remittere possent [b] hospites ad se missos ? Sic determinat Capitulum quod nullus [c] abbas hospitem ad se missum [d] infra annum remittere audeat, nisi in [e] casibus in quibus suum proprium ad domum aliam duceret [f] emittendum.

Cum Ordo Cisterciensis sanctos Dei de gremio suae congrega- 12
tionis [a] assumptos honorare tamquam patronos proprios teneatur, ordinat Capitulum generale quod sanctus Petrus [1] Taren-

---

[b] in familiarem : *MR²* ; ad habitum familiarem et pane... : *V*.
8 : *L²P¹P¹⁰QR²*.
9 : *L¹L²MP¹P¹⁰QR²T⁵*. [a] percipere : *MR²*. [b] in calice : *M*. [c] inde veniunt gravia : *MR²* ; evenerint : *L¹L²P¹*. [d] possint : *L¹P¹R²T⁵*.
10 : *L¹MP¹QR²V*. [a] *V incip.* : Si contigerit ex causa et necessitate quod grangie per abbatem locentur personis secularibus, semper in talibus grangiis personis... *etc.* [b] observetur : *MR²* ; reservetur : *V*.
11 : *L¹L²P¹P¹⁰QR²V*. quotto : *P¹*. [b] possunt : *L¹*. [c] *hic incip.* *V*. [d] ad cuiuscumque instantiam : *V*. [e] talibus : *V*. [f] duxerit : *V*.
12 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] conversationis : *P¹P¹⁰*.

---

[1] Sanctus Petrus, ord. cist. 1132 Stamedii primus abbas, 1141 Tarentasien. archiepisc. † 1174, *BB*, II, 3749.

tasiensis [b] et sanctus Guillelmus [1] Bituricensis post beatum Nicolaum in litania [c] nominentur.

13 Ad removendum Ordinis scandalum et praesumptores a praesumptionibus et temeritatibus deterrendum, de fratre Gerardo quondam abbate Fontis Ioannis qui domum ipsam laesit multipliciter, et pro persona saeculari aere alieno intolerabiliter obligavit, praecepit Capitulum generale firmiter et iniungit abbatibus Ordinis universi quod domnum [a] Gerardum in omnibus solemnitatibus quibus fit sermo in capitulo, candelis accensis, auctoritate Capituli generalis excommunicatum denuntient, praesentibus [b] etiam saecularibus, et si ad manum illorum [c] vel alicuius de Ordine devenerit, ipsum faciat carceri mancipari, invocato ad hoc si opus fuerit, auxilio brachii saecularis [d].

14 Sanctissimo patri nostro domino Alexandro Papae [2] iam defuncto cui concessum fuit plenarium servitium per universum Ordinem persolvatur, et fiat anniversarium eius in crastinum beatorum martyrum Ioannis et Pauli.

15 Pro reverendis in Christo patribus episcopis, presbyteris, diaconibus sanctae Sedis romanae cardinalibus, pro bono statu Ecclesiae sanctae Dei, et quod Dominus de pastore condigno provideat [3] eiusdem sanctae romanae Ecclesiae, statuit Capitulum generale quod dicatur una missa de Spiritu Sancto et alia de beata Virgine a singulis sacerdotibus Ordinis universi.

16 Pro domino B[onifacio] [4] episcopo Lausannensi, cui concessa fuit missa pro defunctis post eius obitum a singulis sacerdotibus Ordinis universi, persolvatur.

---

[b] Tharentasiensis : *P*¹. [c] lytania : *L*² ; letania : *P*¹.
13 : *MP*¹*R*². [a] dictum : *P*¹. [b] praesentibus ... saec. : *deest P*¹.
[c] illorum vel : *apud P*¹ *tantum*. [d] *apud R*² *cancellatum fuit istud decretum*.
14 : *P*¹.
15 : *P*¹.
16 : *P*¹.

---

[1] Guillelmus de Donjeon, ord. cist., 1184 Fontis Joannis abbas, 1187 Caroliloci abbas, 1199 Bituricen. archiepisc. † 1209, *BB*, I, 1934.

[2] Alexander IV, 1254, † 25 maii 1261.

[3] Urbani IV electio, die 29 aug. 1261 facta, nondum apud Cistercium nota erat die 12.septembris.

[4] Bonifacius (sanctus) de Bruxellis, Lausannen. episc. 1231-1239 ; resign. et apud moniales cisterc. de Camera, prope Bruxellas, recessit, † 1260, *BB*, I, 610.

Petitio abbatis de Charmeia [1] qui petit absolvi a susceptione hospitum per quinquennium, exauditur. Hoc idem conceditur de Pruliaco [2] et de Boeriis [3] abbatibus per biennium. **17**

Petitio abbatum de Alba ripa [4], de Ripatorio [5], de Moris [6], de Monte petroso [7] qui petierunt absolvi a susceptione hospitum per triennium, exauditur. Hoc idem conceditur abbati Longipontis [8] per biennium. **18**

Petitio abbatis Fulcardi montis [9] qui petit anniversarium fundatorum suorum fieri in domo propria, exauditur. **19**

Petitio abbatum Mediolanensis dioecesis de faciendo festo beatorum martyrum Gervasii et Prothasii cum duodecim lectionibus et una missa in eorum domibus, exauditur. **20**

Petitio episcopi Halberstadensis [a] [10] qui petit benefactores ecclesiae suae associari orationibus Ordinis, exauditur. **21**

Petitio abbatis de Holra [11] de faciendo anniversario fundatorum suorum in domo propria, exauditur. **22**

Abbas de Paludis [12] in Sardignia quinto anno de cetero veniat ad Capitulum generale. **23**

Ad petitionem abbatum de Wallia, qui petunt aliquos abbates terrae suae a generali Capitulo specialiter assignari ad convocandos alios abbates pro negotiis Ordinis exequendis, abbati **24**

---

17 : *P*¹.
18 : *P*¹.
19 : *P*¹.
20 : *P*¹.
21 : *P*¹. [a] *perp. apud ms. nostri transcriptorem (XVII*ᵃ *s.)* : haldusfinden.
22 : *P*¹.
23 : *P*¹.
24 : *P*¹.

---

[1] La Charmoie, in dioec. Catalaunen., *OC*, 155.
[2] Preuilly, in dioec. Melden., *OC*, 5.
[3] Bohéries, in Picardia, dioec. Suessionen., *OC*, 64.
[4] Auberive, in dioec. Lingonen., *OC*, 44.
[5] L'Arrivour, in dioec. Trecen., *OC*, 59.
[6] Morae, in dioec. Trecen., *OC*, 135.
[7] Montpeyroux, in Alvernia, dioec. Claromonten., *OC*, 13.
[8] Longpont, in Picardia, dioec. Suesssionen., *OC*, 22.
[9] Foucarmont, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 97.
[10] Volradus de Kranichfeld, 1254-1295, *SE*, 280 ; *HC*, I. 270.
[11] Leg. forsan Dora, in Anglia, dioec. Hereforden., *OC*, 92.
[12] S. M. in Paludibus, delle Paludi, in Sardinia, dioec. Turritan., *OC*, 211.

Claraevallis huiusmodi negotium committit dictum Capitulum generale, ut inde faciat quod ei videbitur expedire.

25 Ad petitionem piae recordationis domini Alexandri Papae, concedit Capitulum generale quod domus Sancti Michaelis [1] de Verruca quondam abbatiae Sancti Galgani [2] per domini Papae ordinationem unita, de cetero abbatia Ordinis existat, et Sancti Galgani filia censeatur ; et quoniam processus super institutione abbatis Sancti Michaelis de Verruca suspectus habetur, praecipit Capitulum generale quod institutus et instituens in proximo generali Capitulo se praesentent, super his quae eisdem de processu praedicto obiecta fuerint, responsuri. Abbas Casaemarii [3] hoc eis denuntiet.

26 Cum anno praeterito inhibitum fuerit a Capitulo generali ne in domo Sancti Anastasii [4] et in domo Sancti Martini [5], conversi reciperentur ulterius, ratione excessum in conversis dictarum domorum inventorum, patribus earumdem abbatiarum committitur auctoritate Capituli quod conversos ibidem recipi faciant, cum viderint expedire.

27 Commissio abbati de Campo [6] anno praeterito a generali Capitulo facta super correctione et reformatione abbatiae de Boch [7], eidem abbati de Campo a dicto generali Capitulo committitur iterato.

28 Cum cessio compulsiva abbatibus de Portu Sanctae Mariae [8] per abbatem Sanctae Mariae Dublinii [9] patrem suum facta denuntiata fuerit Capitulo generali, abbati de Savigniaco [10] committitur in plenaria Ordinis potestate, qui per se vel per alium ad locum accedens, diligenter causas et processum dictae compulsionis

25 : *P*1.
26 : *P*1.
27 : *P*1.
28 : *P*1.

[1] S. Michael de Verruca, in Etruria, dioec. Pisan., *OC*, 254.
[2] S. Galgano, in Tuscia, dioec. Volaterran., *OC*, 205.
[3] Casamario, in Campania romana, dioec. Verulan., *OC*, 58.
[4] SS. Vincentius et Anastasius, prope Romam, *OC*, 62.
[5] S. Martino del Monte, in patrimonio S. Petri, *OC*, 124.
[6] Vetus Campus, in dioec. Colonien., *OC*, 11.
[7] Seu Buch, alias Vallis S. Aegidii, in Saxonia, dioec. Misnen., *OC*, 195.
[8] Alias Dunbrody, in Hibernia dioec. Fernen., *OC*, 181.
[9] St. Mary's Abbey, prope Dublinium, *OC*, 104.
[10] Savigny, in Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.

examinet, et veritate comperta, faciat quod secundum Deum et statuta Ordinis viderit expedire, et quid inde, etc.

De Bello monte [1] et de Bello becco [2] in Cypro abbatibus qui 29
anno praeterito et praesenti tenebantur venire ad Capitulum generale, nec venerunt, committitur abbati Morimundi, quod quam citius fieri poterit, in scriptis causis remorationis ipsorum, compellat eosdem ad peragendam poenam in Usibus constitutam.

Cum querimonia gravis a decano et capitulo Aystacensibus [3] 30
et quibusdam comitibus, et baronibus de abbate Hasprogne [4] generali Capitulo sit delata, qui dicunt se per dictum abbatem multipliciter esse laesos ; de Hebraco [5] et de Bronebach [6] et de Speciosa valle [7] abbatibus committitur a Capitulo generali quod ad locum competentem convocatis partibus accedentes, auditis quae partes proponere voluerint, et inquisita super praemissis diligentius veritate, si dictum abbatem culpabilem invenerint, contra ipsum tam paterna quam Capituli generalis auctoritate procedant, prout secundum Deum et hominem viderint expedire, et qui inde, etc.

Cum super generali negotio Ecclesiae contra Tartaros litteras 31
speciales receperit a Sede Apostolica Capitulum generale, nec ad praesens super eodem negotio possit certum dare responsum, sive aliquid finaliter ordinare, donec Sanctae Sedi Romanae de Summo Pontifice sit provisum, Ordinis tranquillitati et paci volens providere dictum Capitulum generale, domino abbati Cistercii duxit provide committendum, quod cum tempus et necessitas procedendi in dicto negotio se obtulerit, convocatis quatuor primis abbatibus filiis suis et aliquibus de coabbatibus suis, procuratores mittat ad Curiam cum consilio eorumdem in forma et modo et posse, quibus viderit expedire.

29 : *P*[1].
30 : *P*[1].
31 : *L*[2]*MP*[1]*P*[10]*WZ*.

[1] Beaumont, in Syria, dioec. Tripolitan., *OC*, 139.
[2] Perp. pro Bello loco, in insula Cypro, suburbiis Nicosiae, *OC*, 238.
[3] Eichstätt.
[4] Heilsbronn, Fons salutis, in Bavaria, dioec. Eystetten., *OC*. 27.
[5] Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolen., *OC*, 13.
[6] Bronnbach, in dioec. Herbipolen., *OC*, 128.
[7] Schöntal, in dioec. Herbipolen., *OC*, 141.

32 Cum ad aures Capituli generalis gravis querimonia sit delata, quod in domo de Everbach [a] [1] per conversos multa sint enormia perpetrata, et maxime his diebus quidam conversus praedictae domus manibus sacrilegis abbatem suum [b] interfecerit; interdicit Capitulum generale ne in dicta domo de cetero recipiantur conversi, nisi de licentia eiusdem Capituli generalis, et ad cuiuscumque [c] manum abbatis dictus homicida devenerit, ipsum auctoritate Capituli generalis faciat carceri mancipari.

33 Abbati [a] Villae longae [2] qui ad matrem ascendere [b] noluit, licet de rigore Ordinis deberet depositionis sententiam sustinere, tamen [c], quia ad preces abbatis Morimundi eidem rationabiliter et propter alias causas [d] ad praesens parcit Capitulum generale, indicit dictum Capitulum quod pro transgressione praedicta, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua et decem diebus extra stallum abbatis.

34 Cum frater Humbertus abbas quondam Aquaelongae [3] pro quibusdam excessibus sententiam depositionis sustinuerit latam in ipsum a Capitulo generali, quod de cetero sit eligibilis, dummodo aliud canonicum non obsistat, misericorditer concedit dictum Capitulum generale.

35 Pervenit ad audientiam Capituli generalis quod Helvira abbatissa monasterii Sanctae Mariae Regalis [4] prope Burgos [a], dominum Cistercii [b] patrem proprium monasterii supra dicti ad officium visitationis admittere recusavit, et quod absurdius est, per procuratorem missum ad hoc, nomine suo et conventus sui et filiarum suarum, vocem appellationis emisit. Nolens igitur Capitulum generale tantae praesumptionis excessum sub dissimulatione transire, dictam Helviram et omnes personas Ordinis, quae eidem in huius praesumptionis crimine participaverunt, in ex-

32: *MP¹WZ*. [a] Eversat: *M*. [b] proprium: *P¹*. [c] cuiusque: *P¹*.
33: *L¹P¹*. [a] Abbas: *P¹*. [b] attendere: *P¹*. [c] parcitur ad praesens: *L¹*. [d] *hic desin. L¹*.
34: *P¹*.
35: *L²MP¹P¹⁰*. [a] Burges: *M*; burgenses: *P¹*. [b] Cisterciensem: *M*.

[1] Eberbach, in Nassovia, dioec. Maguntin., *OC*, 20.
[2] Villelongue, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 122.
[3] S. M. di Acqualunga, in Pedemontio, dioec. Papien., *OC*, 209.
[4] S. M. la Real de las Huelgas, *TB*, I, 1471.

communicationis et depositionis sententias, olim ab Ordine latas, et per Summum Pontificem confirmatas denuntiat incidisse. Cum vero dictum monasterium et alia ex eo nata, vel eidem filiationis nomine sociata, ad domimum [c] Cistercii tanquam ad patrem proprium pleno iure pertineant, universis personis Ordinis districtius inhibetur, ne dictorum monasteriorum visitationibus se aliquatenus intromittant, exceptis illis quibus dominus Cistercii commiserit vices suas, vel quos visitatores ab eodem missi secum [d] duxerint advocandos. Quaecumque autem abbatissa, vel quicumque conventus supradictorum monasteriorum, praedictos visitatores ad officium visitationis admittere renuerint [e], ipso facto tam abbatissae quam priorissae, suppriorissae et cellerariae se noverint in excommunicationis et depositionis sententias incidise. Conventus vero eorumdem monasteriorum interdicti sententiae supponentur [f]. Abbatissa vero quae in saepe [g] dicto monasterio Sanctae Mariae prope Burgos [h] canonice fuerit instituta, nec non et aliae abbatissae praedictorum monasteriorum, quae filias habent, illam omnino constitutionem observent quae in quinta decima distinctione, sexto capitulo continetur hoc modo : Abbatissae vero quae filias habent, non intersint visitationibus quae fiunt ab abbatibus, sed ipsi abbates per se visitent, corrigenda corrigant et statuant quae [i] secundum formam Ordinis viderint statuenda. Abbatissae vero matres, si postea accesserint, possunt caritative corrigere, si quae invenerint corrigenda, dummodo caveant prae omnibus ut de iis quae statuerint visitatores imminuere aliquid vel mutare omnino non praesumant, vel in contrarium statuere, vel quae ipsae statuerint [j] aut iusserint redigere in scripturam. In huius rei testimonium sigillum domini Cistercii, quo solo utitur Capitulum generale, praesentibus duximus apponendum.

Querela abbatis de Capella [1] contra abbatem de Lucela [2], de **36**
Monte Sanctae Mariae [3] et de Gratia Dei [4] in Lombardia abba-

---

[c] dictum Cisterciensem : *P*¹. [d] secus : *P*¹. [e] renuerit : *M*.
[f] supponantur : *M*. [g] saepe : *deest M* ; supra : *P*¹. [h] Burges : *MP*¹.
[i] quae ... statuenda : *apud P*¹ *tantum*. [k] statuerint aut : *deest L*²*P*¹*P*¹⁰.
36 : *P*¹.

---

[1] Cappel, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 184.
[2] Lucelle, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[3] In Burgundia, dioec. Bisuntinen., *OC*, 204.
[4] In Lombardia nullum sub isto nomine extabat monasterium, iuxta Ianau-

tibus committitur in plenaria Ordinis potestate pacificanda, etc., et quid inde, etc.

37 Querela abbatis et conventus Burgulii [1] contra abbatem et conventum Vallis Sarnaii [2], de Savigniaco [3], de Fulcardi monte [4] et de Noa [5] abbatibus committitur, etc.

38 Querela abbatis de Petrosa [6] contra abbatem de Dalone [7], de Gaduino [8], de Obezina [9] et de Vosconia [10] abbatibus committitur, etc.

39 Querela abbatis Grandisylvae [11] contra abbatem de Gemondi [12], de Sancto Marcello [13] et Fullantio [14] abbatibus committitur, etc.

40 Querela abbatis de Loco Sancti Bernardi [15] contra abbatissam de Nazareth [16], de Valle Dei [17] et de Bodulo [18] abbatibus committitur, etc.

41 Querela abbatis de Gondonio [19] contra abbatem de Florano [20], de Sancto Marcello [21] et de Bonofonte [22] abbatibus committitur, etc.

---

37 : *P*1.
38 : *P*1.
39 : *P*1.
40 : *P*1.
41 : *P*1.

---

schek, sed in Helvetia abbatiam de Thela invenimus quae in initio Gratia Dei audiebat, *OC*, 34.

1 Bourgueil, abbatia O. S. B. in dioec. Andegaven., *GC*, XIV, 654.
2 Vaux-de-Cernay, in Insula Franciae, dioec. Versalien., *OC*, 96.
3 Savigny, in Normannia, dioec. Constantien., *OC*, 95.
4 Foucarmont, in Normannia, dioec. Rothomagen., *OC*, 97.
5 La Noë, in Normannia, dioec. Ebroicen., *OC*, 80.
6 La Peyrouse, in dioec. Petragoricen., *OC*, 134.
7 Dalon, in dioec. Tutelen., *OC*, 147.
8 Cadouin, in dioec. Petragoricen., *OC*, 7.
9 Obazine, in dioec. Tutelen., *OC*, 106.
10 Boscania, Boscum cavum, Bouchaud, in dioec. Petragoricen., *OC*, 150.
11 Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 81.
12 Gimont, in Vasconia, dioec. Auxitanen., *OC*, 78.
13 In dioec. Caturcen., *OC*, 172.
14 Fulium, Feuillant, in Languedocio, dioec. Riven., *OC*, 157.
15 In Belgio, dioec. Mechlinien., *OC*, 240.
16 In Belgio, prope Lyram, dioec. Mechlinien., *GC*, V, 151.
17 Val-Dieu, in dioec. Leodien., *OC*, 179.
18 Baudeloo, in dioec. et civit. Gandaven., *OC*, 227.
19 Gondon, in Guiennia, dioec. Agennen., *OC*, 11.
20 Flaranum, in Vasconia, dioec. Auxitanen., *OC*, 126.
21 Cf. supra stat. 39.
22 Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosan., *OC*, 48.

Inspectio monasterii nigrorum monachorum quod petit incorporari Ordini comitissa Hollandiae, de Dunis [1] et de Campo florido [2] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate qui ad locum, etc., et quid inde, etc. **42**

Inspectio loci ad quem transferre intendit abbatiam suam abbatissa de Ponte salutis [3], de Strucebune [4] et de Alba [5] abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, et quid inde, etc. **43**

Inspectio loci in quo intendit fundare abbatiam monachorum dux Bavariae, de Salem [6] et de Caesarea [7] abbatibus committitur et sit filia de Audelspach [8], etc., ut supra. **44**

Inspectio loci ad quem petit transferri abbatiam Francarum vallium [9] dominus Carnonensis archiepiscopus [10], de Fonte frigido [11] et de Aqua bella [12] abbatibus committitur, etc., ut supra. **45**

Inspectio monasterii Cellae Sanctae Mariae [13] quod petit incorporari Ordini abbas Sancti Galli[14], de Sancto Urbano[15] et de Maris stella [16] abbatibus committitur, etc., ut supra, et sit filia de Lucela[17]. Sub eadem forma de Bonomonte[18] et de Altocresto[19] abba- **46**

---

42 : *P*¹.
43 : *P*¹.
44 : *P*¹.
45 : *P*¹.
46 : *P*¹.

---

[1] Les Dunes, in Belgio, dioec. Brugen., *OC*, 51.
[2] Bloemkamp, in Frisia, dioec. Leovardien., *OC*, 194.
[3] Heilsbrück, in dioec. Spiren., *SM*, XXXVII, 17.
[4] Sturzelbrunna, in Lotharingia, dioec. Meten., *OC*, 72.
[5] Alba Dominorum, Herrenalb, in dioec. Spiren., *OC*, 92.
[6] Seu Salmansweiler, in dioec. Constantien., *OC*, 50.
[7] Kaisersheim, Kaisheim, in Bavaria, dioec. Augusten., *OC*, 32.
[8] Alderspach, in Bavaria, dioec. Patavien., *OC*, 87.
[9] Franquevaux, in Languedocio, dioec. Nemausen., *OC*, 73.
[10] Guido de Fulcodi, *Narbonen.* archiep., mox Sabinen. card. episc. tandem 1265 elect. Sum. Pont. Clemens IV, *HC*, I, 8, 38, 356.
[11] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonen., *OC*, 86.
[12] Aiguebelle, in Delphinatu, dioec. Valentin., *OC*, 45.
[13] In dioec. Constantien., *GC*, V, 1075.
[14] Antiqua abbatia O. S. B. in dioec. Constantien., *GC*, V, 945.
[15] Saint-Urban, in Helvetia, dioec. Basileen., *OC*, 200.
[16] Alias Wettingen, in Helvetia, dioec. Constantien., *OC*, 230.
[17] Lucelle, in Alsatia, dioec. Argentinen., *OC*, 12.
[18] Bonmont, in Helvetia, dioec. Gebennen., *OC*, 20.
[19] Altacrista, Hautcrêt, in dioec. Lausannen., *OC*, 71.

tibus committitur inspectio monasterii de Augia [1], et sit filia Altaripae [2].

47 Inspectio monasterii Rippatensis [3] quod vult incorporare Ordini auctoritate domini Papae venerabilis pater dominus archiepiscopus Tarentasiensis [4], de Stapharda [5] et de Sancto Andrea [6] prope Ianuam abbatibus committitur in plenaria Ordinis potestate, etc., ut supra, et sit filia Firmitatis.

48 Wislaus Wladislaviensis [7] episcopus supplicat Capitulum generale, quatinus abbatem et conventum de Dobranensi [8] ecclesia transmittere dignetur in plantationem novellam Samburch [9] nuncupatam.

---

47 : *P*[1].
48 : *W ex Mecklenburger Urk. Buch*, II, 187.

---

[1] Augia sancta, ut videtur, i. e. Seldenau, in Helvetia, dioec. Constantien., *SM*, XXXVII, 38.
[2] Hauterive, in dioec. Lausannen., *OC*, 50.
[3] Sic citata in *ms.* 925 *Arsenal.*
[4] Rudolphus Grossi du Castelar, 1246-1271, *SE*, 829; *HC*, I, 472.
[5] Stafarda, in Pedemontio, dioec. Salutien., *OC*, 36.
[6] S. Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Ianuen., *OC*, 22.
[7] Iuxta Gams, *SE*, 345, et Eubel, *HC*, I, 533, Wladislavien. episc. erat tunc Wolimirus, 1253-1274; Wislaus fuit episc. 1284-1300.
[8] Dobranum, Doberan, in dioec. Sverinen., *OC*, 161.
[9] Antiquum nomen abbatiae de Polplino, Pelplin, in antiq. dioec. Wladislavien., *OC*, 257.

APPENDIX

Innocentii IV epistola ad Capitulum generale apud Cistercium congregatum anno 1243, nunc primum edita ex ms. 378 bibliothecae publicae civitatis Brugensis in Belgio. Hoc ms. membranaceum in abbatia de Dunis ord. cist. exaratum fuit saeculo XIII°.

Dictamen quod missum fuit a domino papa Innocentio IV capitulo generali anno ab incarnatione Domini M. CC. XLIII.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis generali capitulo Cistercii, salutem et apostolicam benedictionem.

In precelse dignitatis honore quo nos pretulit exaltator humilium, quasi honus importabile nostris est humeris alligatum. Cuius dum magnitudinem stupendam attendimus ad instar apostolorum principis quem pelagi fluctus exterruit non immerito formidamus. Sed ubi quodammodo ex fragilitatis nostre consideratione mergimur, ex fiducia divine clementie relevamus sperantes quod prospere huius procellosi maris transire possumus angustias, si nobis salutis impetretis auxilium, qui celesti sponso in conscientie sancte deliciis lectum floridum preparastis. Quid enim vobis a Dei pietate negabitur merentibus illam semper habere propiciam odore bonorum operum et candore virtutum ? Quid apud reginam prefulgidam matrem Domini gloriosam angelica vestra conversatio non habebit, quorum meritis splendet ecclesia, quorum exemplis viget et proficit religio christiana ? Quid beata sanctorum acies vestris votuum non impetrabit affectibus que vobis benigna reddatur et pro laudis divine preconiis et vite meritis innocentis ? Ecce regis eterni gratiam et celestis curie vos habere favorem claris argumentis presumitur et signis perspicuis comprobatur. Digne itaque universitatem vestram per Dei misericordiam obsecramus quatinus pia meditatione pensantes quantum ex eo nobis possit imminere stuporis quod qui cineris et pulveris essentiam gerimus, regnantis in secula vicarii sancti sumus, piis orationum subsidiis nobis gracie

divine presidium acquiratis. Supplici humilitate petentes ut is cuius ammiranda potencia dat per graciam esse fortissima que sunt fragilia per naturam, debilitatem nostram et robore fulciat et virtute perfundat. Detque nobis sic prosequi quod impotentie nostre credidit et humilitati commisit, ut inde glorie sue sequatur augmentum, christianus populus pace ac tranquillitate proficiat et tandem nobis ac illis claritatis eterne radiis illucescat. Ceterum cum dignum sit ut qui filialis devotionis fructum in vobis exquirimus, sinceritati vestre que sunt paterne dulcedinis offeramus. Cordibus vestris de nobis volumus inesse fiduciam quod vobis ac ordini vestro in hiis que sunt favoris et gracie secundum Deum nos benignos semper habebitis, et benivolos sencietis. Datum Anagnie viij Kalendas augusti pontificatus nostri anno primo.

INDEX

Introductio IX
Ann. 1221. Statuta 1
» 1222. Statuta 17
» 1223. Statuta 25
» 1224. Statuta 34
» 1225. Statuta 39
» 1226. Statuta 52
» 1227. Statuta 60
» 1228. Statuta 69
» 1229. Statuta 78
» 1230. Statuta 88
» 1231. Statuta 96
» 1232. Statuta 105
» 1233. Statuta 111
» 1234. Statuta 126
» 1235. Statuta 139
» 1236. Statuta 152
» 1237. Statuta 168
» 1238. Statuta 185
» 1239. Statuta 201
» 1240. Statuta 214
» 1241. Statuta 230
» 1242. Statuta 245
» 1243. Statuta 259
» 1244. Statuta 274
» 1245. Statuta 288
» 1246. Statuta 300
» 1247. Statuta 314
» 1248. Statuta 327
» 1249. Statuta 334
» 1250. Statuta 346
» 1251. Statuta 360
» 1252. Statuta 375
» 1253. Statuta 389
» 1254. Statuta 398
» 1255. Statuta 408
» 1256. Statuta 421
» 1257. Statuta 425

Ann. 1258. Statuta 435
» 1259. Statuta 448
» 1260. Statuta 460
» 1261. Statuta 475
Appendix 487

INDICES NOMINUM ET RERUM IN FINE TOTIUS OPERIS PRODIBUNT.

BIBLIOTHECA DOMUS GENERALITIAE S. ORDINIS CISTERCIENSIS
*6137

IMPRIMERIE J. DUCULOT, GEMBLOUX (BELGIQUE).